Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze (BNCF)

Luciani Erasmo interprete

Dialogi & alia emuncta. Quorum quædam recentius/quędam annos abhinc octo sunt versa: sed nuper recognita: vt indice ad finem apponendo declarabimus.

Quædam etiam a Thoma Moro latina facta: &

Quædam ab eodem concinnata.

BIBLIOTECA

Vęnundantur in ędibus Aſcenſianis.

Lucigni

ERASMVS ROTERODAMVS REVERENDISSIMO in Christo patri D. Gulielmo Archiepiscopo Cantuariensi totius Angliæ primati. S. D.

Mitto ad te Dialogos aliquot Luciani/ptim nuper a me traductos/ partim recognitos. Nugas inquis mittis. Nugas sane, sed literatas: nimirum vt rideas: si tamen vnq̃ ridere potes: homo tot curis districtus: tot negotiorum fluctibus obrutus. Sed cui potius mittam, quicquid fuerit illud, seu ludicrum/ seu serium/ quod meæ camœnæ produxerint, q̃ tibi vnico meo Mecœnati? qui solus et addis animum Erasmo/ et alis ingenium/ et otium suppeditas/ et ornas studia. Bene vale. Londini. tertio kalendas Maias. Anno Millesimo Quingentesimo Duodecimo.

SATVRNALIA LVCIANI D. ERASMO ROTE-RODAMO INTERPRETE.

Perſonæ. SACERDOS et SATVRNVS.

SACERDOS.

Dicmihi Saturne: quãdo tu quidẽ hoc tpe regnare videris: tibiq; et ſacrificatũ et litatũ eſt a nobis: qd potiſſimũ abs te p immolatis hoſtiis poſtulare debeam: quod poſtulatũ ferã? SATVR. Iſtud qdem te ipm ppẽdere oportuit, qd tibi foret optandũ: niſi q princeps ſit/ eundẽ et vatem eſſe vis: vt norit, qd maxime collubitum ſit animo tuo petere. Cæterũ ego, quantũ facultas ferret, non abnuã votis tuis. SACERDOS. Quin iſtud iam olim mihi ppenſum eſt: deſydero em̃ vulgaria iſta ac paſſim obuia: videlicet opes: multã auri vim: vtq; viris imperem: vtq; multa poſſideã mancipia: veſtes ſplendidas ac delicatas: tũ aurum et ebur: breuiter, ſiqd eſt præterea rerũ pretioſarum. Hæc igitur mihi da optime Saturne: vt et ipſe nonnihil emolumenti ex tuo ſentiam imperio: neue ſolus per omnẽ vitã earũ rerũ ſim expers. SATVR. Illud vide. Iã poſtulas: quod nõ eſt meę poteſtatis: neq; em̃ mearũ partiũ eſt iſta diſtribuere. Quare ne grauiter feras: ſi quæ petis/ non aſſequeris. Quin magis iſta a Ioue poſtulato: quũ ad eũ imperii vices redierint: id quod breui futurũ eſt. Nam ipſe præſcriptis conditionibus, rerũ adminiſtrationẽ ab illo ſuſcipio. Eſt aũt vniuerſum imperiũ meũ ſeptẽ duntaxat dierũ: quorũ ſi ius exceſſerit, ilico priuatus reddor: ac velut vnuſqlibet de plebeia multitudine. Nec tamen in his ipſis ſeptẽ diebus ſeriũ quippiã/ aut publicũ tractare mihi permiſſum eſt. Verũ potare/ inebriari/ vociferari/ ludere/ certare teſſaris: creare reges: famulos in cõuiuiũ adhibere: canere nudũ: laſciuo corporis motu ſaltitare: nonnũq; et in gelidã aquã dare pręcipitẽ, facie fuligine oblita. Hęc vti faciã permiſſum eſt. Cæterũ/ magna illa, puta diuitias et aurũ, Iuppiter ipſe dilargiť, qbus illi viſum fuerit. SACER. Imo ne ille qdẽ Saturne admodũ facile/ ac lubens id facit: adeo vt me iã vox defecerit magno clamore hęc ab illo flagitantẽ. At is nihil prſus audit: verũ ęgidẽ obuibrãs/ ac fulmẽ intentãs/ toruũq; obtuẽs/ pauefacit inſtãtes. Q2 ſiqñ etiã annuerit alicui/ diuitẽq; reddiderit, mirũ q̃ id nullo delectu facit: vt aliquoties præteritis pbis/ ac ſapientibus viris, ſceleratis ac ſtultis hominibus opes offundat: verberonibus atq; effœminatis: cuiuſmodi ſunt iſti plęriq;. Q2q̃ equidem cupio co

gnoſcere/quæñ ſint iſta tuæ poteſtati pmiſſa. SATVR. Haud quaq̃ parua/neq; omnino cõtemnenda: ſiqs vniuerſi imperii vim expendat: niſi forte tibi paruum eſſe videtur, vt in teſſerarum ludo vincas: cumq; cæteris alea in vnionẽ voluatur, tibi ſenionem ſemper in ſummo latere oſtendat. Nam hinc ſibi plærisq; victũ parant/vel ad ſaturitatẽ vſq;: qb⁹ ꝓpitia ac ſecunda aſpirarit teſſera. Rurſum alii nudi enatarũt naue eliſa/fracta ad tam minutum ſcopulum/puta aleam. Adde his potãdo q̃maxime hilareſcere/ac modulatius alio videri canere in cõuiuio. Præterea reliquis miniſtris in aquã præcipitatis (nã ea pœna eſt parũ dextre miniſtranti) te et victorẽ ꝓnũtiari: atq; ei quem viceris præmia præripe. Vides nimirũ q̃ ingens ſit bonũ. Quemadmodũ et illud: quũ talo victor ſolus omnibus rex præficeris: vt nõ ſolum ipſe nõ feras vlla ridicula imperata: verum etiam ipſe poſſis aliis imperare: huic vt turpe quiddã de ſe ipſo vociferetur: illi vt ſaltet nudus: vtq; ſublata in humeros tibicina, ter domum obambulet. An nõ hæc quoq; munificentiæ meæ non exiguæ ſunt argumenta! Q2 ſi cauſaberis regnum hoc nec verum eſſe/nec ſtabile, inſcite feceris: quum videas meipm qui iſta dilargior/exigui temporis imperium tenere. Ex his igitur quæ meæ facultatis eſt præſtare, Nempe de taxillis: de regnando: de canẽdo: deq; reliquis quæ modo recenſui: audacter quæ voles petito: nihil veritus: ne te ægide aut fulmine territem. SACER. Atqui iſtis nihil mihi eſt opus Titanũ optime. Tu tamen illud mihi reſpondeas velim: quod maxime cupiebã cognoſcere. Quod ſi mihi dixeris, ſatis magnam gratiã pro ſacro ꝓſolueris: quin et in reliquum tempus quæ debueris cõdono. SATVR. Roga modo: equidem reſpondebo, ſi forte quod rogaris ſciero. SACER. Illud in primis. Nũ vera ſunt iſta: quæ de te audimus! Quemadmodũ deuoraris liberos tibi ex Rhea natos: vtq; clam illa, ſubducto Ioue, ſaxũ infantis loco ſuppoſitum tibi deuorandum tradiderit. Deinde puer adultus/te regno expulerit bello ſuperatũ: mox arreptum in tartarum præcipitarit: vinculis iniectis tum tibi, tum omnibus copiis auxiliaribus, quæ tecũ in acie ſteterant. SATVR. Quid dixti! Niſi feſtũ celebraremus/eſſetq; licitum inebriari/atq; in dños impune cõuitia iacere, intelligeres profecto mihi permiſſum eſſe iraſci: qui quidem iſtiuſmodi roges: nihil reueritus adeo canum ac ſenem deum. SACERDOS. At ego hæc Saturne non ex meipſo dico. Quin et Heſiodus et Homerus, nolo em̃ dicere, reliq; ꝓpe mortales oẽs eadẽ de te credũt. SAT. An tu putas vel paſtorẽ illũ/vel hunc ampulloſum vere ꝙppiã de me ſciſſe! Rẽ ad hunc conſydera modũ. Eſt ne quiſq̃ hõ, non dicam deus, adeo durus: vt poſſit ipſe volens ſuos deuorare liberos! niſi ſiquis eſſet Thyeſtes: qui ab

impio circũuentus fratre comederet. Sed frugi esse qui possit/qui fiat/vt ignoret sese saxũ edere vice pueri? Ni forte dentibus sit hmõi: vt dolere nõ queant. Imo neq; bello cõflximus/neq; Iuppiter p vim imperiũ occupauit: sed ego illi volens et vltro rerũ administrationẽ tradidi/cessiq;. Porro neq; vinctũ esse me/neq; in tartaro esse vel ipse vides opinor: nisi prorsus oculis captus es/quemadmodũ Homerus. SACERDOS. Sed quid tibi accidit Saturne: vt imperiũ deponeres? SATVRNVS. Ego tibi dicã. In summa senex iam et podagrosus quũ essem ob ætatem (vnde etiã factũ est, vt plærique mihi compedes esse finxerint) impar eram viribus ad tam multa huiꝰ ætatis facinora puniendа: nã erat assidue mihi sursum ac deorsum cursitandũ obarmato fulmine: quo sacrilegos/periuros/ac raptores exurerẽ. Eratq; negotiũ plenũ laboris: quodq; iuuenem desyderaret. Itaq; mihi consulens/loui locum dedi. Qꝛg et alioqui recte facturus mihi videbar: si partitus filiis (nam erant) imperiũ/ipse plærãq; vitã conuiuiis per otium traducerẽ: nihil necesse habens/neq; vota facientibus operam dare/ nec ab iis qui cõtraria petunt molestia affici/neq; tonare/neq; fulminare/ neq; grandinem aliquoties immittere. Sed senilem hanc ac iucundissimã dego vitã/ meracius bibens nectar: atq; interim cum Iapeto/reliquisq; æqualibus diis cõfabulãs. At regnat quidẽ ille mille districtus negotiis: nisi q̃ hos pauculos quos dixi dies mihi visum est excipere: in quibus recipio principatũ: vt mortalibꝰ in memoriã reducam/cuiusmodi fuerit me regnante vita: quũ citra sementem/citraq; arationem cuncta illis ꝓuenirent. Haud tum qdem aristæ/sed panis paratus: carnes apparatæ: ac vinũ fluminũ instar fluebat: tum fontes mellis/lactisq;: propterea q̃ mortales oẽs probi essent et aurei. Hæc, inquã, mihi causa fuit/cur exigui temporis imperiũ geram: atq; ob id vndiq; plausus/cantiones/lusus/æqualitas omnibus seruis æque ac liberis. neq; emẽ me regnante quisq̃ erat seruus. SACERDOS. At ego Saturne coniecturã istã ad seruos et eos qui boias terunt/referebam: quasi ob eam causam tibi fabula tribueret erga hos humanitatẽ: q̃ memor teipsum aliquãdo seruitutem seruisse ac gestasse cõpedes/eos magnifaceres, qui simili essent fortuna. SATVRNVS. Num tu desines istiusmodi nugari nugas? SACERDOS. Bene mones: itaq; desino. Quin illud etiam mihi responde/ talis ludere in vsu fuit tui quoq; sæculi mortalibus? SATVRNVS. Erat sane. At nõ depositis talentis/ac decem nummũ milibus/quẽadmodũ vos facitis: verũ vt plurimo nucibus: ne videlicet discruciaretur qui victus esset: neue semp ploraret sese vnũ omniũ non habere quod ederet. SACERDOS. Et recte quidẽ illi. Nam quo tandẽ præmio certassent ipsi talis/ quũ ipsi toti essent aurei?

Itaq; te loquẽte tale quidẽ mihi venit in mentẽ: si quis vnũ aliquẽ ex aureis illis viris in hanc nostrã ætatẽ adductum vulgo offenderet, quid illi tandẽ eueniret? Nempe miserũ sat scio discerperent: haud aliter incursantes q̃ in Pentheum Mænades, aut in Orpheum fœminæ Thracię, aut in Acteonem canes: interq; sese decertarent quãtam quisq; maximam posset portionẽ auferre, vt qui ne in festo celebrando a lucri studio temperent: quin ipso etiam festo, ad lucri abutũtur incrementũ. Itaq; alii quidẽ tibi primitias immolãt amicos in cõuiuio dep̃dantes. Alii vero tibi cõuitiantur cũ nihil ad rẽ pertineat: tum ipsas cõmuniter tesseras: perinde quasi illis sit imputãdũ: qđ illi suapte sponte faciunt. Sed dic mihi & illud: quid tandẽ causæ fuit: vt deus vsq; adeo imbecillis ac senex, tempus inamœnissimũ delegeris: cũ iam nix omnia occupat: plurimus sæuit boreas: cũq; nihil nõ gelu cõcretũ est: arent arbores nudę decussis frondibus: squalent, horrẽtq; vacua floribus prata: cũ incurui cõtractiq; mortales pinde quasi extremo cõfecti senio ad focum ferme desedent: interea tu festũ diẽ agis? neq; em̃ accõmodũ seni tẽpus: neq; satis idoneũ genio indulgẽtibus. SATVR. Sed heus tu permulta quidẽ a me scisciṫaris cũ potare iã oporteat. Itaq; non exiguã tẽporis portionẽ tuis rogationibus mihi de festo p̃didisti: dũ ista mecũ philosopharis nõ admodũ ad rẽ pertinẽtia: quare nũc istis tãdẽ omissis cõuiuiũ agitemus, plaudam⁹, ac liberã agamus vitã. Deinde prisco more depositis nucibus ludamus tesseris, ac reges suffragiis creemus, ip̃siq; vltro pareamus. Siquidẽ ad eũ modũ effecerimus vt verũ videaṫ prouerbiũ/qđ dicũt: senes repueraſcere. SACERDOS. Immo cui ista quę dicis nõ probanṫ Saturne: precor vt ei nec tũ bibere liceat cũ sitit, quãdoqdẽ vt primo colloquio satis a te responsum est. Proinde videor mihi recte facturus: si nostrã hãc cõfabulationẽ, & quę ipse interrogarim, & quæ tu propitius respõderis literis prodita tradã amicis legenda: si qui sunt digni, qui tua dicta accipiant.

CRONOSOLON. i. SATVRNALIVM LEGVM LATOR. Erasmo Interprete.

Aec ait Cronosolon Sacrificus, & idẽ vates Saturni, earũq; legũ cõditor: quę qdẽ ad festũ pertinẽt. Quid pauperes facere oporteat id alio missio libro illis ipsis p̃scripsi. Neq; dubito qn eas leges seruent: alioq; obnoxii futuri poenis: q̃ grauissimę decretę sunt in eos q min⁹ paruerint. Vos autẽ diuites: videte, ne hæc mandata p̃tergrediamini, neq; negligatis. Nã si qs secus fecerit, is sciat se nõ me neglecturũ legis latorem: sed ipsum potius Saturnũ: q me condẽdis festis sui legibus delegit. Haud ille

quidē in somnis visus, sed nuper cū vigilāte palā cōgressus. Erat autē neq; cōpedibus vinctus, neq; situ obsitus: qualē eū pictores fingūt: exēplar a delyris poetis mutuati. verū falcē quidē tenebat peracutā. Cætera vero & hilaris erat, & validus, regioq; apparatu. Atq; hac qdē specie mihi visus est. Cęterū quæ locutus est plane diuina sunt: & in his hæc digna q̄ vobis pri⁹ exponā. Nā vbi me vidit animo mœstū inambulātē: mox intellexit, quippe deus, quænā esset molestię causa: videlicet grauiter me ferre paupertatē: vt qui non pro tēporis ratione/vnicā vestē haberē: cū iam esset gelu, multusq; flaret Boreas, glacies ac nix: aduersus quæ ego minime cōmunit⁹ erā. Multo magis autē q̄ cū festū instaret iam proxime reliquos videre apparantes quæ ad victimas queq; ad cōuiuia regrebātur: mihi vero ipsi res nō admodū ad festū instructas esse. Iam a tergo accedēs, aureq; prehēsa, ac vellicata Nam hac specie sese mihi consueuit ostēdere. Quid istud sibi vult (inquit) Cronosolon! videre mihi sollicitus. An nō æquū inquā here! Cū impios ac scelestos hoīes opibus supfluere, & solos delitiis frui videā: ipse vero mecūq; complures alii docti, cum inopia/ summaq; rerū pœnuria vitā degim⁹? Ne tu quidē here curas his rebus finē imponere: & ad equalitatē reuocare. Tum ille. Cætera qdē inquit, haud facile fuerit innouare: quæ vobis a Clothone, reliquisq; parcis accidūt. Porro paupertatis malū vobis corrigam, quatenus ad festū attinet. Sit autem hęc corrigendi ratio. Abi Cronosolon ac mihi leges aliquot conscribito/ ostendēs quid obseruandū sit in festo: vti ne diuites inter sese festum celebrent: sed vobis sua bona impertiant. At nō noui inquā leges conscribere. Quin ego inquit docebo te. Moxq; ingressus ordine me docuit. Deinde cū cuncta perdidicissem. Et illud inquit illis dicito: nisi seruarint hæc: tum ego profecto sine causa falcem hanc acutā circūfero. Alioqui ridiculus sim: si cum patrē Cœlum execuerim: non item castraro diuites istos: qcūq; leges meas violauerint: vt iā euirati Cybeli matri sese adiūgāt cū tibiis ac cymbalis. Hęc ille minabat. Quare recte facietis: si leges non ptergrediamini. Lex prima. Ne quis quid intra festi tēpus agito: neq; publicū, neq; priuatū: nisi quæ ad lusum, ad voluptatē, animiq; oblectationē pertinebunt. Opsoniorū & bellariorū artifices soli in opere sunto. Aequalitas oībus esto/seruis/liberis/pauperibus/diuitibus. Irasci, indignari ve minari ne cui liceat. Rationē exigere ab iis qui res curāt Saturnalitias ne id quidē fas esto. Ne quis argentū vestem ve expendito: neue inscribito solēnitatis tempore: ne quis exerceatur: neue literis operam dato: aut recitato: nisi si quæ sint vrbana, lepidaq;, quæ dicacitatem resipiant ac iocum.

Lex secunda. Multo ante festum diuites singulorum amicorum nomina

in tabella ſcribũto. Porro pecuniã paratã habẽto: ad decimã partẽ annuorũ fructuũ. Præterea quicqd illis ſupereſt veſtiũ & quicqd eſt cultus pinguioris: q̃ vt ipſis cõueniat. Ad hæc argẽteorũ vim nõ modicã. Atq; hæc qdem in promptu ſunto. Cęterũ ante ſolẽnitatẽ Scobinã circũagũto/atq; ex ædibus eiiciunto ſordes: auaritiã & quęſtũ: & ſi quæ id genus alia ſunt plęriſq; diuitũ domeſtica. Deinde vbi domũ perpurgarint: tũ rem diuinã faciũto: Ioui diuitiarũ largitori, ac Mercurio munifico, atq; Apollini magna donãti. Deinde circa veſperã tabulam illã amicorũ nomina tenentem relegũto. Diſtributis antẽ pro cuiuſq; dignitate muneribus/ante ſolis occaſum amicis mittunto. Porro qui deferant ne plures tribus quatuor ve ſunto: atq; hi certiſſima ex famulis fide: iãq; natu grãdes. Aſcribatur autẽ in literis: & qd mittatur: & quantũ: vt ne vtriq; ſuſpectos habere poſſint eos/qui perferũt. Atq; ipſi miniſtri vnico quiſq; calice epoto / domũ recurrunto. neq; p̃terea quicq̃ ab eis poſtulanto. Doctis omnia dupla mittũtor. Nam hos æquũ eſt geminã accipere portionẽ. De muneribus/q̃ modeſtiſſime ſimul, & q̃ pauciſſima verba fiunto, neq; graue quicq̃ in literis quiſq̃ aſcribito. nec odioſe laudato quę mittũtur. Diuiti diues ne quid mittito. Neq; locuples Saturnalibus a quali ſorte quempiã conuiuio accipito. Ne quid eorũ quæ in hoc deprompta fuerint vt mittantur ſeruanto. Neue cui muneris pœnitentia ſubito. Q2 ſi quis anno ſuperiore peregre fuit: eaq; cauſa munerum expers fuit: & illa accipito. Quin etiã tenuibus amicis ęs alienũ diuites cõdonãto: atq; etiã conductarũ ediũ pretiũ. ſi qui forte & hoc debẽt neq; ſunt ſoluẽdo. In ſumma vero, multo ante illud illis eſto curæ: vt cognoſcant, qua re maxime ſit opus. Rurſum qui accipiũt, ne de miſſis donis vt exiguis querantor. & quicquid mittetur qualecũq; fuerit, id magnũ ducũto. Vini cadus/ aut lepus/aut pinguis auis / inter munera Saturnalitia ne habentor. Neue Saturnalia dona in riſum vertũto. Remittito viciſſim diuiti pauper, Si doctus eſt libellũ aliquẽ veterẽ: aut ſi quid ipſe conſcripſit: qđ fauſti ſit ominis: et cõuiuiis accõmodũ: qualecũq; potuerit. Atq; id diues læto admodum hilariq; vultu accipito. Acceptũ protinus plegito. Q2 ſi recuſarit reieceritve ſciat ſeſe iis quæ de falce minatus ſum, obnoxiũ eſſe: etiam ſi miſerit/quicquid alioqui mittẽdũ erat. porro reliqui/coronas alii, alii turis fruſtula mittunto. Q2 ſi pauper aut veſtem/ aut argentũ /aut aurũ/ ſupra facultatẽ diuiti miſerit: id quidẽ, qđ miſſum fuerit /publicũ eſto: conflatũq; in Saturni theſaurũ infertor. Ipſe vero pauper poſtridie plagas a diuite manib⁹ ferulę ſuppoſitis accipito/nõ pauciores qnquaginta ſupra ducentas. Leges cõuiuiales. Lauãdũ eſt: vbi linea ſex erit pedũ. Ante lauãdũ nucibus ac talis

lusitãdũ. Vbicũq; casus cuiq; locũ dederit: ibi accũbito. Dignitas/aut gen⁹ aut diuitiæ/ parum momenti habento: vt prius alicui ministretur. Eodẽ de vino omnes bibunto. Neq; profit diuiti si causetur vel stomachi/vel capitis dolorẽ: vt ideo bibat de meliore. Carniũ omnibus æqua portio. Ministri ne cui quid fauore danto: neq; cõtantor: neq; ptermittũto: donec ipsis visum fuerit quæ tollẽda erũt. Neq; huic quidẽ magna: illi vero perexigua apponũto. Neue huic coxa suis: illi maxilla apponitor. sed in omnib⁹ æqualitas esto. Pocillator, acutis oculis vnũquẽq; obseruato: minus tamen herũ. Acutius etiã exaudito. Calices omnis generis sunto. Ad potandum inuitare/ si quis voluerit/ius esto. Omnes omnibus præbibũto: si libeat: vbi præbiberit diues. Neq; quisq̃ bibere cõpellitor: si nõ possit. In conuiuiũ ne quis vel saltatorem, vel citharœdũ iducito. Eum qui nuper discere cœperit: inducẽdi ius esto: si quis voluerit. Dicteriorũ is modus esto: vt ne quis vsq̃ lædatur. Pro nucibus ludunto talis. Si quis deposita pecunia talis luserit: in posterũ vsq; diẽ ieiunato. Et maneto quisq;: & abito cum voluerit. Porro cũ diues famulos suos conuiuio accipiet: tum amici quoq; vna cũ ipso ministranto. Leges hasce singuli diuites æreq; columnæ inscriptas in aulæ meditullio habento: ac legũto. Atq; id quidẽ sciendũ est: quoad ea columna manebit, neq; fames, neq; pestilentia, neq; incendium, neq; quicq̃ alioqui molestum in illorum domũ subibit. Q2 si quando (id quod dii prohibeant) tollatur: abominanda sunt quæ illis tum euentura.

EPISTOLAE SATVRNALES.

Ego Saturno Salutem.

QVidem & antea tibi scripsi, significans, quonam in statu essem: & quemadmodũ ob inopiam mihi periculum esset: ne solus omniũ expers relinquerer solennitatis quam indixisti. Addidi & illud (nam memini) iniquissimũ esse: si nostrum alii opibus ac delitiis superfluerent / nihil ex suis facultatibus impertientes pauperioribus: alii rursum fame contabescerent: atq; id quidem instantibus Saturnalibus. Verum quoniam tum ad meas literas nihil respondisti: operę pretiũ existimaui: te denuo iisdem de rebus cõmonefacere. Tuũ erat optime Saturne: sublata hac rerum inæqualitate/ bonisq; in medio depositis /postea celebrãdum festum edicere. Namvti nunc res habent/formica camelus: quemadmodum aiunt prouerbio. Quin magis tragœdiæ histrionem animo concipe: qui altero pede præaltis cothurnis sublimis insistat: cuiusmodi sunt Tragica calceamenta: altero vero sit incalceatus. Is si ad hunc modum instructus ingre-

diatur,vides neceſſario futurũ:vt nunc excelſus ſit/nunc humilis:aut hũc aut illum pedẽ viciſſim ꝓmouerit.Nec minor eſt ĩ vita noſtra inæqualitas: dũ illi cothurnis fulti/adornante fortuna/Tragœdias in nos agũt.Contra magna pars pedibus/atq; humi ingredimur : quũ et ipſi,ſcias velim,nihilo deterius illis fabulam agere poſſimus atq; ingredi :ſi qs nos quoq; ad eũdẽ iſtũ modũ adornarit.Atqui ex poetis audio/nihil harũ rerũ inter homines fuiſſe olim:quũ tu ſolus adhuc imperiũ teneres. Verũ tellus illis citra ferẽ di/arandiq; laborẽ bona ꝓgignebat:cœnã vnicuiq; paratã vel ad ſatietatẽ vſq;.Porro flumina partim vinũ/partim lac: erãt aũt et quæ mel manabãt. Quodq; eſt omnium maximum/aiunt illos ipſos homines aureos fuiſſe.Cæterum paupertatem omnino procul ab illis abfuiſſe.Nos contra non ſatis idonei ſumus:qui vel plumbum videri poſſimus/aut liquid etiã plumbo vilius:vt quorũ plæriſq; victus labore quæritur : ac paſſim pauptas/egeſtas/ ac deſpatio:et illud:Hei mihi:et vnde inueniã/et o fortunam:atq; id genus alia ꝓmulta apud nos nẽpe paupes abundãt:q̃q̃ his de rebus leuius diſcruciaremur:niſi diuites cõſpiceremus tãta fruẽtes felicitate.Qui qdẽ quũ tãtum auri/tantũ argenti conditum habeant:tantũ veſtiũ poſſideant:tot mãcipia/tot currus/familias/agros/atq; harũ rerũ omniũ magnã vim tenẽt: tamen adeo nobis nihil vnq̃ de his impertiũt:vt plebeios homines ne aſpectu quidem dignentur.Hæc (inquam)ſunt Saturne,quæ nos enecant maxime:planeq; rem intolerandam arbitramur:hunc in purpura accumbentem/tantis opum delitiis affluere/ructantẽ interim:et applaudentibus amicis perpetuo feſtũ diem agere:me vero/meiq; ſil'es ſomniorũ cõiecturas interpretari.Sicunde forte quatuor oboli cõtingant:quo videlicet pane/polẽtave expleti dormire queam⁹:naſturtiũ/aut lupinũ/alliũve opſonii vice arrodẽtes.Aut hæc igiť Saturne ad æquabilitatem vitę mutes/ corrigaſq; neceſſe eſt:aut quod eſt poſtremũ illis ipſis interdicas diuitibus: ne ſoli bonis fruanť:verũ e modiis auri tã multis vel heminã in omneis nos diſpergant. Porro ex veſtib⁹/ſiquas iam a tineis exeſas citra ſuum incõmodũ dare poſſint:malintq; hæc prorſus vetuſtate/ſituq; peritura,nobis dare qui induamur:q̃ ſinere vt in cubilibus ac ſcriniis multa carie cõputreſcant. Præterea vt cœnent ſinguli,nunc quaternis/nũc quinis paupibus ad cõuiuiũ adhibitis.Haud iſto quidẽ pacto,quo his temporibus cõuiuia pagunť:verum popularius:vt æqua ſit omniũ portio:neq; vt hic opſoniis ingurgitet ſeſe, famulo interim adſtante atq; opperiente donec herus vorãdo præfocetur. Cæterũ vbi ad nos venerit,quũ vix etiã apparauerimus admouere manũ/ ptinus ad alios tranſferatur:patina tantũ oſtenſa:vel ſiqd de placenta reli-

quum eſt. Neq; illatũ aprũ ita partiatur: vt domino totũ dimidiũ apponat vna cũ capite: reliquis autem oſſa tecta apponat. Vtq; præmoneant pincernæ ne contentur donec vnuſquiſq; noſtrum ſepties poſcat bibere: ſed ſemel iuſſus protinus infundant/et ingentem calicem impletũ tradant æque atq; ipſi domino: vtq; vnum et idẽ vinum cõuiuiis ſit omnibus. Alioqui vbinã iſta lex ſcripta fuit/aut recept⁹ mos: vt hic vino odorato/generoſoq; temulentus ſit: mihi cõtra muſto diſrumpat aluus! Hæc ſi correxeris/ nouariſq; Saturne: tũ demum effeceris: vt vita vere vita ſit: feſtum vere feſtũ. Sin minus: illi quidẽ epulentur: nos autẽ interim ſedentes precabimur: vt ſil atq; loti venerint/puer ſubuerſam amphorã rumpat: vtq; coquus ius adurat/ ac per obliuionem muriam piſcium in lentem infũdat: vtq; canis in domũ irruens opſoniorum, artificibus alibi intentis/exta deuoret vniuerſa: præterea placentæ dimidium: vtq; ſus ac ceruus/neq; non ſuculæ inter aſſandum idem faciãt: quod Homerus de Solis bobus commemorat: imo vti nõ ſerpant ſolum: verũetiã vna cum ipſis verubus in mõtem abripiãt ſeſe/fugiantq; vtq; ipſæ etiam aues pingues iam adẽptis plumis/ et ad coquendũ apparatæ/volatu aufugiãt: ne ſoli illis fruãtur. Quodq; futurũ eſt illis grauiſſimũ: vt formicæ tales quales ferũtur Indicæ/aurũ e theſauris effoſſum noctu in publicum efferant: vtq; veſtis curatorum indiligentia ita ab optimis muribus perforetur: vt cribrũ videri poſſit: nihilq; differat a caſſe venatorio: vtq; formoſi illorũ/comatiq; puelli (quos Hiacynthos/ aut Achilles/aut Narciſſos appellare ſolent) dum ipſis poculum porrigũt, ſubito defluente coma calui fiãt/et acutam edant barbam: cuiuſmodi in Comœdiis induci ſolent Sphenopogones: quibus a cuneata barba nomẽ inuentum eſt: vtq; vertex illis aſperis ac pungentibus pilis ſit hirta, reliqui capitis parte nuda. Hæc atq; his etiam plura illis imprecabimur: niſi deſinant vſq; adeo ſuis priuatim ſtudere commodis: velintq; in commune diuites eſſe/ nobis quoq; quantum æquum eſt/impertientes.

Saturnus mihi chariſſimo Salutem.

OVid tu obſecro nugas iſtas ad me/ac de rebus huiuſmodi ſcribis: iubeſq; vt de integro bonorũ faciam partitionem! quod qdem alterius munus fuerit: penes quẽ nunc eſt imperium. Etemi demiror te ſi ſolus omnium ignoras quemadmodũ iampridẽ regnare deſtiterim/ac priuatus eſſe cœperim liberis partitus imperiũ. q̃q̃ Iuppiter præcipue rerũ iſtiuſmodi curã agit. Porro mea poteſtas nõ nili ad taxillos vſq; ſaltationes/cantiones/et ebrietatẽ valet: idq; ſeptẽ nõ amplius diebus, Itaq;

grauioribus in cauſis,de qbus ſcribis,videlicet de tollenda rerũ inæquali-
tate:vtq; ex æquo omnes/aut opibus abundent/aut egeant: Iuppiter vobis
operam dabit. Q2 ſiqd in iis quæ ad feſtum ptinent/vel fraude detractũ eſt
alicui/vel additũ,id erit mearũ partiũ iudicare.Iãq; ſcribo diuitibus de cœ
nis/deq; auri hemina/neq; nõ de veſtibus:vt vobis quoq; ad celebrandũ fe-
ſtum nõnihil mittant.Quãdoquidẽ equa ſunt iſta/decetq; illos facere quẽ-
admodũ prædicatis:niſi forte habent iſti quod ꝓbabiliter ad hæc reſpon-
deant.In ſumma tamẽ illud ſcitote pauperes vos longe falli/neq; recte iudi-
care de diuitibus.Siquidẽ illos felices arbitramini/ ſoloſq; ſuauem vitã vi-
uere:propterea q̃ illis liceat opipare cœnare/vino ſuaui inebriari/formoſis
frui mulieribus/veſtib9 vti delicatis: verũ iſtam felicitatem cuiuſmodi ſit/
ignoratis.Siquidẽ hæ res nõ mediocribus curis eos diſtorquent:ſed ſingu-
lis inuigilare coguntur:nequid rerũ domeſticarũ diſpenſator fraudet/aut
clanculum ſuffuretur:ne vinũ aceſcat:ne frumentũ vermibus corrũpatur
ne latro tollat pocula:ne populus credat calumniatoribus:ſi illum dixerint
affectare regnũ.Atqui hæc quidem quota pars eſt eorum,quæ iſtos diſcru
ciant! Q2 ſi noſſetis metus et curas qbus obnoxii ſunt, plane fugiendas vo
bis eſſe diuitias exiſtimaretis.Alioqui creditis vel meipm vſq;adeo inſanũ
vt ſi præclara res eſſet opulentia/aut regnũ:depoſiturus hæc/aliiſq; ea ceſ-
ſurus fuerim/paterer q; vt nũc priuatus alieno parerem imperio!Quin po
tius quũ non eſſem ignarus huiuſmodi malorũ:quæ plurima diuitibus ac
regibus adſint neceſſe eſt:imperiũ depoſui:idq; ſapiẽter.Nã qđ tu nũc apd
me deos obteſtans deplorabaſ/illos apris ac placentis explerí:vos contra/na
ſturtiũ/lupinũve/aut cepe per feſti tempus opſonii loco arrodere: cuiuſmo
di ſit conſydera.Etenim in præſens quidem vtrũq; dulce eſt illis minimeq;
moleſtum.At poſtea res inuertitur.Quãdoquidẽ vobis deinde nõ accidit:
vt poſtridie ſurgatis capitiſ dolore grauati ob temulentũ:quẽadmodũ illi:
neq; ob immodicã ingurgitationem graue olentẽ/et acrem ſpiritũ ructatis
At illi hoc quoq; fructus ferunt:vt quo niã magnã noctis partem vario coi-
tu pro libidinis arbitrio tranſigũt:facile ſibi/vel tabem/vel tuſſim/vel mor
bum intercutẽ ex intẽperato voluptatũ vſu colligãt. Alioqui quotũquẽq;
potes oſtẽdere,q nõ plane palleat/ac faciẽ cadaueroſam præ ſe ferat! Quo-
tũquenq; aũt/qui quũ ad ſenectutem peruenerit/ſuis ipſius pedibus ingre-
diatur:ac non potius a quatuor baiulis geſtetur!foris quidẽ totus aureus/
intus putris ac pannoſus:cuiuſmodi ſunt Tragica indumẽta ex pãnis ad-
modum vilibus conſarcinata. Vos aũt quũ moleſtum eſt q̃ de piſcibus gu-
ſtare nõ liceat/q̃ inedia laboratis/non illud item cogitatis eoſdem et poda-

græ et tussis expertes esse: aut siquid aliud aliam ob causam illis incommodi contingit. Qz̃q̃ nec illis ipsis æque dulce est quotidie, supraq; satietatem istis vesci. Quin potius videas eos nonnunq̃ ita holus ac lupinũ appetere: vt tu non æque leporem appetas aut aprum. Vt de reliquis interim fileam quæ illos discruciant: puta si filius sit luxuriosus: si vxor vel amãs/vel amata a famulo / coacta magis q̃ ex animo cũ illo dormiat. In summa multa alia sunt: quæ vos ignorantes, tantũ aurum illorum ac purpuram videtis. Tũ siquando videritis eos albo puehi curru, inhiatis et adoratis. Qz si illos cõtemneretis/negligeretisq; : neq; ad argenteum currum oculos haberetis intentos: neq; inter colloquẽdũ smaragdum annulo inclusum respectaretis: neq; vestes obiter contrectantes molliciem admiraremini: sed sineretis eos ipsos sibi diuites esse: haud dubie futurum sit : vt ipsi vos vltro adirent: ad cœnam rogarẽt: nimirum vt vobis ostendere possint / lectos / mensas / ac pocula. Quarũ rerum nulla sit vtilitas: si sine teste possideantur. Certe reperietis plæraq; hæc illos vestra causa parare: non quo vtant ipsi : sed vti vos admiremini. Hæc ad consolandos vos scribo: vtrangq; vitam cognitam habens. Conuenitq; ita festum agere : vt cogitetis omnibus breui decedendũ e vita: et illis/depositis opibus: et vobis/relicta paupertate. Qz̃q̃ et illis scribam sicuti sum pollicitus: certumq; scio eos non neglecturos literas meas.

SATVRNVS DIVITIBVS SALVTEM.

Dauperes nuper ad me datis literis incusarunt vos : q nihil ipsis ex facultatibus quas possidetis / imptimini : atq; oino postularũt: vt oia bona facerẽ oibus cõmunia: vt ad singulos illorũ sua pars rediret. Aequũ em̃ esse: vt rerum æqualitas cõstituat : neq; decere: vt huic supsit: ille nullo modo sit pticeps voluptatũ. Ego vero respondi / hisce de rebus rectius louem cõsyderaturũ. Cæterum de præsenti negotio/deq; iuriis/quibus sese p festos dies affici putant / videbam mei officii esse sentẽtiã ferre: sumq; pollicitus me vobis scripturũ. Sũt aũt quę postulãt hæc / vt mihi qdem videt / æqua. Nã quo pacto inquiũt tãto frigore horrẽtes / tãteq; obnoxii esuritioni / postea diẽ etiã festũ celebrare possimus? Quare si vellem et illos festi participes esse / postularunt : vt cogerem vos : vt et de vestibus illis impertiamini : siquæ supersunt pinguiores / q̃ quæ vobis conueniant : vtq; de auro nonnullas guttulas in illos distilleris. Qz si ista feceritis inquiunt, non erit amplius disceptatio inter vos de bonis apud louem. Sin minus/minitantur sese ad nouam rerum partitionẽ prouocaturos : vt

primũ Iuppiter pro tribunali ſedere cœperit. Atq; hæc quidẽ facere vobis nequaq; graue fuerit: imptiri nõnihil de tãtis opibus:quas poſſidetis,& re-
ẽte poſſidetis.Quin de cœnis quoq;,vt vobiſcũ cœnarẽt.& hoc literis addẽ
dũ putarũt:quẽadmodũ vos in p̃ſentia foribus occluſis, ſoli delitiis fruere-
mini.Q; ſi quãdo vobis viſum fuerit:& illorũ quẽpiã poſt longũ tẽpus cõ-
uiuio adhibere:plus eſſe moleſtiæ in cœna q̃ voluptatis: multaq; illic ĩ pau
perũ cõtumeliã fieri:velut illud.Cũ nõ eodẽ de vino bibant dii boni, q̃ illi-
berale. plane dignũ,in quo & illi debeãt accuſari:q nõ ſurgãt potius,abeãt-
q; toto conuiuio vobis ſolis relicto. Q;q̃ negant ſeſe etiã ad ſatietatẽ ex illo
qualicũq; vino bibere. Propterea q; veſtri pincernç, aures habeãt cęra ob-
turatas:quẽadmodũ olim Vlyſſis ſocii.Porro reliqua vſq;adeo ſunt turpia
vt pigeat cõmemorare quę de carniũ ptitione criminãtur:deq; miniſtris q
cũ vobis aſſiſtãt donec pluſq̃ ad plenũ expleamini,ipſos p̃tercurrunt:aliaq;
huius generis pmulta ſordida,minimeq; digna viris ĩgenuis.Proinde ęqua
litas/res eſt oĩm iucũdiſſima,maximeq; cõuiuiis cõgruẽs. Atq; hac de cau
ſa vobis ęquus ille partitor in cõuiuiis p̃ficiẽt: vt ęquã oẽs habeãt portionẽ.
Videte igiẽ ne poſthac vos iterũ accuſare poſſint.Quin potius honorabũt
vos & amabũt:ſi paucula iſta a vobis acceperit:quorũ impẽdiũ a vobis nec
ſentietur qdẽ:penes illos muneris in tẽpore dati memoria ſemp mãſura eſt.
Prętera nec rẽpublicã adminiſtrare poſſitis,ni pauperes vna vobiſcũ in ea
verſenẽ,milleq; modis felicitatẽ veſtrã adiuuẽt.Neq; eñ habituri eſtis q di
uitias veſtras ſuſpiciãt : ſi ſoli atq; apd̃ voſipſos in tenebris eas poſſideatis.
Videat igiẽ vulgus,mireturq; veſtrũ argẽtũ:mẽſas:& quẽadmodũ p̃bibẽ-
tes ad potandũ inuitetis.Dein illi inter bibẽdũ poculũ vndiq; cõtẽplenẽ,ac
põdus expẽdant, manu librantes.Tũ argumẽti abſolutã celaturã. Tũ auri
vim,viciſſim artẽ cõdecorãtis.Nã ad iſtũ modũ,nõ ſolũ illi vos probos vi-
ros & humanos p̃dicabũt:verũ etiã inuidiã illorũ effugietis.Quis enĩ inui
deat impętiẽti,dãtiq; qd̃ ęquũ eſt! Quis nõ potius optet,vt q̃diutiſſime vi-
uẽs bonis ſuis fruatur! Verũ vt nũc res vobis habẽt, & felicitas veſtra teſte
caret:& diuitiæ inuidioſę:& inſuauis vita.Neq; enim pinde iuuat,opinor,
ſi qs ſolus expleat̃:quẽadmodũ aiũt leones facere: & ex luporũ genere:quos
ſolitarios vocãt:q̃ ſi cũ lepidis hoibus,ac per oia gratificari paratis,cõuiua
tis.Qui primũ nõ ſinẽt cõuiuiũ ſurdũ aut mutũ eſſe:verũ cõſuetudine ſua
fabulas cõuiuiis aptas,dicteriaq; miníme moleſta,variaſq; voluptates adfe
rẽt.Quibus rebus tẽpus iucũdiſſime trãſigiẽt. Idq; gratũ eſt Baccho,gratũ
Veneri,gratũ etiã Gratiis.Deinde poſtero die,dũ comitatẽ veſtrã referũt,
beniuolẽtiã vobis cõciliant.Hæc etiã magno fuerãt emenda. Nã illud a vo

bis ſciſcitabor: ſi pauperes abeãt tacíti, ſic enim fingamus, nonne vos ea res vreret: cũ nõ haberetis, quibus oſtẽtaretis purpureas veſtes, comitũ multitudinẽ, annulorũ magnitudinẽ? Neq; iam libet referre neceſſario futurũ: vt pauperũ inſidię atq; odia in vos oriantur: ſi ſoli delitiis frui velitis. Nam quę minantur vobis impcaturos ſeſe, prorſus abominãda ſunt. Ac dii phibeant, ne vnq; ad eiuſmodi impcationes venire cogantur. Quandoquidẽ ſi id fiat, neq; inteſtina poſthac guſtabitis, neq; placentã: niſi ſi quid canis reliquũ fecerit. Pręterea lenticula ſaperdæ liquamen vobis habebit. Porro ſus aut ceruus interim dũ aſſantur / e veru in montes aufugere parabũt. Tum aues quoq; pingues abſq; alis fugam molíẽtes / ad pauperes auolabunt. Denicq; qđ eſt omniũ grauiſſimũ, pocillatores formoſiſſimi repẽte vobis calui fient: idq; etiã fracta amphora. Super his rebus cõſulite: quę & feſto ſint digna: & vobis q̃ maxime tuta: atq; illis pauptatis onus ſubleuate, exiguo vectigali illos amicos habituri, neutiq̃ malos.

DIVITES SATVRNO.S.

AVm putas Saturne / de rebus iſtis ad te ſolũ ſcripſiſſe pauperes? Quin potius louis ipſius aures iã obſurduerũt illorũ querelis: dũ hęc eadẽ vociferãtur, ac nouã rerũ partitionẽ flagitãt: ac ſimul et fatum incuſant: q; nõ æqualiter diſtribuerit: & nos q; nihil ipſis velimus imptíri. Verũ nouit ille, quippe cũ ſit Iuppiter, penes quos ſit culpa: eoq; illos plęrũq; obaudit. Nihilominus tamẽ purgabimus nos tibi, quã doquidẽ hoc certe tẽpore princeps noſter es. Nos enim omnia iſta quę ſcribis ob oculos habẽtes, q̃ ſit honeſtũ de magna rerũ copia opitulari iis q̃ indigent: quantoq; ſit iucundius, ſimul cum pauperibus verſari & conuiuiũ agitare: ad eũ modũ aſſidue facimus: adeoq; in ratione vitæ nos æquamus, vt nihil poſſit incuſare is quẽ ad conuictum admittimus. Verũ illi, primũ aiunt ſibi paucis opus eſſe. Deinde vbi ſemel illis fores aperuerimus nũq̃ deſinunt alia ſuper alia poſtulare. Q2 niſi protinus omnia, ſimulq; cum dicto acceperint, mox paratum odiũ: in promptu cõuitia: etiã ſi quid de nobis ſit mentiẽdum. Porro qui audiũt, fidem illis habent: rati videlicet illos probe ſcire quæ dicũt, propterea q; nobiſcum conſuetudinẽ habuerint. Ita fit vt in alterutrum incidamus: vt aut ſi nihil demus illos prorſus habeamus hoſtes: aut profuſis omnibus / ipſi protinus egeamus: iãq; in pauperum gregẽ veniamus. At cætera quidẽ vtcũq; ferenda ſunt: verũ inter cœnas ipſas nõ ſatis habent ingurgitari cibis: atq; aluũ explere: ſed iidẽ vbi plus ſatis adbiberint, tum aut puellæ formoſę cyathũ porrigentis manũ vellunt: aut cõ-

cubinam vxorẽ ve ſollicitant. Poſtremo cõuomito conuiuio/poſtero die no bis obtrectant: narrantes quẽadmodũ ſitierint, eſurierintq;. Q2 ſi hęc ad uerſus illos mẽtiri videmur, veſter illis paraſitus Ixion in memoriã redeat: qui ad cõmunis menſę honorẽ admiſſus, ac vobis dignitate ęquiparatus, iã ebrius vir ille egregius Iunonem adortus eſt. Hæc atq; huiuſmodi ſunt p pter quę in poſterum ſtatuimus, quo res noſtrę ſint in tuto, ne poſthac illis in donũ aditũ prębeamus. Q2 ſi te auctore pacto recipiãt: ſeſe moderate pe tituros quẽadmodũ nũc aiunt: neq; quicq̃ flagitioſe in cõpotationibus ad miſſuros: age, conuiuant nobiſcũ, ſimulq; cœnẽt bonis auibus. Ac de tuni cis, ſicuti iubes mittemus, & de auro, quantũ facultas patietur: ac ſumptus augebimus: ĩ ſumma, nihil omittemus officii noſtri: modo viciſſim deſinãt ipſi arte nobiſcum viuere: ſintq; pro paraſitis & adulatoribus amici. Ita ni hil crit: qđ in nobis deſyderes: ſi ipſi quoq; ſuo fungi volent officio.

DE LVCTV, ERASMO INTERPRETE.

Perępretium ſane fuerit obſeruare, ea quę in luctu vulgo tum dicantur, tum fiant: item quę dicãtur ab iis, qui eos conſolantur ſcilicet: q̃q; non ferenda putent lugentes: ea quę acciderũt: & ſibiipſis, & iis quos flent. Cũ haud quaq̃ pernouerint mala ne ſint iſta, ac dolenda: an contra, iucũ diora, melioraq; iis quibus accidunt. Sed ex more & con ſuetudine dolorẽ accerſunt. Itaq; cum mortuus fuerit aliquis/faciũt ad hũc modum. Quin prius volo tibi narrare: quas habeant de morte ipſa opinio nes. Sic enim palam fiet, qua gratia ſuperuacanea iſta moliãtur. Vulgi qdẽ hominũ multitudo, quos ſapiẽtes iſti vocant idiotas, Homero/Heſiodo/ re liquiſq; fabularũ auctoribus ſuper his fidẽ habẽtes, & illorũ poeſim pro le ge ducẽtes, locũ quẽdã ſubter terrã pfundũ eſſe putãt: quẽ tartarũ vocãt. Eũ exiſtimãt magnũ & ſpatioſum eſſe: caliginoſum atq; opacũ: q tamẽ iſtis haud ſcio quo pacto illuſtrari videtur: quo ſingula quę illic ſunt introſpici ant. Tum regnare in hoc ſpecu louis fratrem, cui nomen Plutoni: vt mihi rettulit quidã harũ rerum mire peritus: ob id eo vocabulo honeſtatum q; mortuorũ copia diues eẽt. porro Plutonẽ hũc inferor̃ rẽpublicã & manib vitam conſtituiſſe in hanc formã. Nã ſorte obtigiſſe huic vt vita defunctis imperaret. Quos vbi demiſſos receperit, arreptos vinculis ineffugibili bus coercet: nulli prorſus permittens, vt ad ſuperos redeat: prætercq̃ ad modum paucis ex vniuerſo æuo: idq; grauiſſimis de cauſis. Interluitur au tem regio illius fluuiis & magnis & horrendis, vel ſolo nomine. Siquidem

Cocyti,Phlegethõtes,atq; huiuſmodi vocabulis appellant.Quodq; eſt grauiſſimũ:preiacet Acherontica palus:quę prima excipit obuios: quã nõ poſſis/neq; trãſmittere/neq; trãſire/ſine vectore. Nã & profundior eſt/q̃ vt pedibus trãſiri poſſit/& ſpatioſior q̃ vt tranari queat.In ſumma : huiuſmodi eſt:vt nec auium manes poſſint eã tranſuolare.In ipſo vero deſcẽſu portaq; quę quidẽ eſt adamantina Aeacus eſt regis patruelis: cui mãdata eſt cuſtodia:iuxtaq; hũc canis triceps ſęuus admodũ.Is aduenientes ſatis amice pacateq; intuetur.Cęterũ ſiquis conetur aufugere/latrat/territoſq; ĩ ſpecum redigit.Iã qui tranſmiſſa palude igreſſi ſunt,eos excipit pratũ ingẽs Aſphodelo conſitũ,ac fluuius memorię hoſtis eoq; Lethe nomen eſt inditũ. Nam hęc/videlicet priſcis illis mortalibus narrarunt:q illinc redierant. Nempe Alceſtis & Proteſilaus Theſſalus vterq;.Neq; nõ Theſeus Aegeo prognatus:& Homericus Vlyſſes:teſtes admodũ graues:digniq; qbus habeatur fides:q mihi non vidẽtur e fonte/illo bibiſſe : alioqui non meminiſſent horũ. Itaq; Pluto & Proſerpina vt aiebãt illi,rem publicã adminiſtrant, rerumq; omniũ dominatũ obtinẽt.Sed ĩſeruiunt his,& ĩ adminiſtrãdo principatu adiuuãt/igẽs turba/furię/pœnę/terrores/ac Mercurius:q̃q̃ his ſane nõ adeſt perpetuo.Pręfecti autẽ & Satrapę & iudices ſedẽt duo. Minos & Rhadamãthus:vterq; Cretẽſis:vterq; louis filius.Atq; hi qdem bonos ac iuſtos viros qui cũ virtute vitã peregiſſent:vbi iã multi collecti fuerint:velut ĩ coloniã quandã emittunt ĩ campum Elyſium:vitã optimã inibi victuros.Q2 ſi malos aliquos ceperint:hos furiis traditos in ĩpiorũ locum eiiciunt pro ratione malefactorũ puniendos.Quo qdem ĩ loco/quid tãdem mali non patiuntur!torti,exuſti,a vulturibus arroſi,rota circũacti,ſaxa ſurſum voluentes. Nam Tantalus ipſe ad paludẽ ſtat:ĩ periculũ adductus/ne ſiti moriatur infelix.Rurſum alii mediocris vitę,ſunt autẽ hi cõplures,vagãtur ĩ prato ſine corporibus iã vmbrę facti:& ad tactũ ceu fumus euaneſcẽtes.Alũtur autẽ videlicet noſtris libationibus iferiiſq; quę ſepulchris iferuntur. Adeo vt ſi cui nullus ſit ĩ terra reliquus amicus aut cognatus : hic mortuus ieiunus ac famelicus iter illos verſatur. Hęc vſq; adeo valide vulgi aĩos perſuaſerũt vt ſimulatq; familiaris quiſpiã mortu⁹ fuerit:primũ obolũ illi ĩ os ĩponũt: traiectionis mercedẽ quã vectori daturus ſit:nec illud prius expẽdũt:cuiuſmodi nomiſma legitimũ ſit,ambuletq; apud iferos:& apd illos valeat. Atticus/an Macedonicus/an Aeginẽſis obolus. At ne id qdem cogitãt:multo ſatius eſſe/ non poſſe naulum reddere.Sic enĩ fiat:vt non recipiente portitore/poſt liminio redeant ĩ vitã. Poſt hęc lotos eos perinde quaſi tartarea pa

lus nō ſatis ſit idonea lauādis his q illic degunt: & vnguētis optimis vncto corpore, iāq; victa graueolentia, tum coronatos pulcherrimis floribus proponunt ſplendide veſtitos: ne videlicet algeant per viam: neve nudi conſpiciantur a Cerbero. Accedunt ad hęc mulierū eiulatus: omniū certe lachrymę: pectorum planctus: comę dilaniatio: genarum cruentatio. Aliis autē & veſtis diſcerpitur: & puluis capiti inſpergitur: adeo vt viuētes miſerabiliores ſint mortuo. Nā illi humi volutantur ſępenumero: capita ſolo allidunt. Hic vero decorus ac formoſus/ac diligētiſſime coronatus/ſublimis propoſitus eſt & excelſus velut ad pompā adornatus. Deinde mater/atq; adeo pater quoq; ex mediis cognatis progreſſus: ac mortuo circumfuſus (Nam finge iuuenem aliquem ac formoſum propoſitum eſſe: quo magis ī hunc competat actio fabulæ) abſurdas ac ſtultas voces emittit. Ad quas mortuus ipſe reſponſurus ſit: ſi contingat vocem recipere. Ait enim pater flebili quadam voce verbum vnūquodq; producens in longum: fili iucundiſſime periſti mihi: mortuus es: ante diem pręreptus es: me ſuper hæc miſero ſolo relicto. Non duxiſti vxorē: non paraſti liberos: non militaſti: nō coluiſti agros non ad ſenectam perueniſti. Non comeſſaberis poſthac: non amabis fili: neq; cum æqualibus in compotatione inebriaberis. Porro hęc atq; id genus alia dicet, quaſi putet filium adhuc rebus his egere poſt obitum, ac deſyderare quidem/verum potiri non poſſe. Sed quid hęc loquor? Quot enim ſunt qui equos ac concubinas, rurſum alii qui pincernas etiam ī funere mactarunt: qui veſtem/reliquumq; mundum/pariter in rogum iniectum exuſſerunt: aut vna cum cadauere ſepelierunt: perinde quaſi illic ſit vſurus/& apud inferos fruiturus! At ſenex iſte luctum agens, hæc omnia atq; his etiam plura quæ dicit, neq; filii cauſa iactare videtur: vt quem ſciat non auditurum, etiam ſi Stentorem clamore vincat: neq; rurſum ſua ipſius gratia. Satis enim erat illi, cogitare/& cognoſcere/vel ſine voce. Nihil enim opus eſt: vt quis apud ſeſe clamet. Supereſt igitur, vt ad hunc modum delyret, ob eos qui adſunt. Cum neſciat: neq; quid acciderit ipſi filio: neq; quo conceſſerit. Imo cum ne ſuam quidem ipſius vitam cuiuſmodi ſit perpenderit. Neq; enim alioqui ceu rem acerbam grauiter ferret, illum ex hac demigraſſe. Filius igitur huic ita reſponderit exorato Aeaco atq; Orco/quo liceat tantiſper e ſpecu proferre caput: dum patrem inſanientem compeſcat. Homo infelix quid clamas! Quid mihi moleſtus es! Deſine vellicare comam ac vultus etiam cutem lacerare. Quur mihi conuitium facis ac miſerum appellas & infortunatum, qui iā ſim te multo tum melior tum felicior! Aut quid acer

bí mihi pùtas accidiſſe! An quia non ſim factus ſenex talis qualis es tu / capite caluo / facie rugoſa / incuruus genibus / ſegnis / in ſumma totus ætate putris / multis expletis Triacadibus & Olympiadibus: deniq; ad iſtum modum delyrãs apud teſtes tam multos! O demens: quid tibi videtur in vita boni: quo poſthac non ſimus potituri! Nimirum vſuras dicis, ac cœnas, veſtemq; & concubitus: eoq; metuis ne rerum harum inopia peream. Non cogitas autem, longe bellius eſſe: non ſitire, q̃ bibere: non eſurire: q̃ edere: non algere, q̃ veſtibus abundare. Age igitur: quando quidem ignarus videris: docebo te lugere verius. Iamq; denuo incœpto luctu, clama. Fili miſer / nõ amplius ſities: non amplius eſuries: non amplius algebis. Periſti mihi infelix: qui morbos effugeris: qui febrem iã non timeas: non hoſtem, non tyrannum: non amor diſcruciabit te: nõ auocabit coitus: neq; huius rei cauſa bis aut ter quotidie perdes impenſam. Heu calamitatem. Neq; conteneris factus ſenex: neq; moleſtus eris iuuenibus: ſi quando conſpiciaris. Hæc ſi dixeris pater: an non putas te multo veriora magiſq; ridicula dicturum q̃ iſta quæ modo! At vide ne illud te male habeat: dum noctem quæ apud nos eſt, magnamq; cogitas caliginem: proinde metuis, ne tibi præfocer: concluſus in monumento. Verum in his illud oportet perpendere: oculis putrefactis, atq; adeo exuſtis (Siquidẽ paulopoſt exurere me decreuiſtis) nihil opus erit: nec ad tenebras nec ad lumen inſpiciendum. Atq; iſta fortaſſis / vtcũq; ferenda. Verum eiulatus iſte veſter, quid mihi confert! aut quid iſta pectorum ad tibię modos percuſſio! aut quid mulierum immodica lamentatio! Quid autem ſaxum quod ſepulchro imponitur, coronis ornatum! Aut quid valet, quod merum infunditis! Num putatis illud ad nos deſtillaturum! & ad orcum vſq; permeaturum! Nam de parentalibus ipſi quoq; ni fallor, videtis: quod ex apparatu potiſſimum ad nos redire debuerat: id fumo correptum, ſurſum in cœlum abire: neq; quicq̃ iuuare nos: qui inferne agimus. Porro quod ſupereſt / puluis eſt inutilis: niſi creditis nos cinere veſci. Non eſt vſq; adeo ſterile, neq; infrugiferum Plutonis regnum, neq; nos deſtituit Aſphodelus, vt a vobis cibos huc deportemus. Itaq; iuro per Tiſiphonem: iampridem mihi libebat vehementer exclamare: ſuper his quæ & faciebatis, & dicebatis: ſed vetabat linteum ac lanę: quibus mihi fauces obligaſtis.

Atq; ita profato: mors vltima lumina clauſit.

Sed dicito per louẽ. Si conuerſus ad eos mortuus ille, loquat hęc cubito innitẽs: an non videbit rectiſſime dicturus! Attamẽ vecordes iſti vociferant,

& accersito quopiam lamẽtorum artifice qui multas antiquas calamitates in vnũ congerat, certaminis adiutore & Chorago abutũtur vbicũq; : cœperit ille, ipsi ad melos eiulatu respondentes. Verũ quãtum ad lamentationes attinet, oĩbus eadẽ est ineptiendi cõsuetudo. At deinceps sepulturę rationẽ in varios diuidũt modos. Nã græc⁹ exurit. Persa defodit. Indus adipe suillo oblinit. Scytha deuorat. Muria condit Aegyptius. Atq; his quidem rem a me visam narro. desiccatũ cadauer cõuiuam & compotorem adhibet. fit autem frequenter, vt Aegyptiũ aliquem indigentẽ pecuniæ, leuet egestate pignus frater aut pater in tẽpore factus. Nam libationes, pyramides, colũnę, tituli ad breue tẽpus duratura an non superuacanea? & ludicris simillima! Sunt vero qui ludos quoq; cõstituant ad sepulchrũ: ac funebres orationes. perinde quasi patrocinentur, ac testimoniũ perhibeant defuncto apud inferos iudices. Post hæc omnia superest exequialis cœna. Iamq; adsunt necessarii: vt defuncti parentes consolentur: suadẽtq; vti cibum capiant. q̃q̃ illi per Iouem non illibentes ad id compelluntur: quippe perpetuum iam triduum enecti fame. Et quousq; quæso flebimus! Sine quiescant plutonis manes. Q; si tibi deliberatũ est oĩno flere: vel ob hoc ipsum cibus est capiẽdus, quo tãto luctui par esse possis. Tũ deniq; tũ ex oĩb⁹ cõtexũtur duo versus homerici.

Nam cœpit meminisse cibi Niobe auricapilla. Tum illud.

Vita defunctos flere haud finit aluus Achiuos.

At capiunt quidem illi: sed initio pudibundi: verentesq; ne post charissimorum obitũ videant adhuc affectibus humanis cõmoueri. Hęc atq; his lõge magis ridicula reperiet: quisquis obseruarit ea quæ fiunt i luctu: ppterea q; vulgo existimẽt mortẽ summũ esse malum.

τέλος.

ABDICATVS LVCIANI ERASMO INTERPRETE.

Quidam abdicatus artẽ medicinę didicit. Patrem insania laborantẽ reliquis medicis desperãtib⁹, dato pharmaco cũ sanasset: denuo recept⁹ est in familiã. Post hęc nouercam insania correptã sanare iussus, abdicatur.

HAud quaq̃ noua sunt hęc ludices neq; miranda: q̃ in p̃senti a facit pater: neq; nunc primũ ad hunc irascitur modũ. verum hæc lex illi facilis est: & assuetus ad hanc causam accedit. Verũ illd̃ mihi nouo calamitatis genere accidit: q; cum nullũ propriũ sit crimen, qd̃ mihi possit imponi: tamẽ i periculũ vocor: ne pœnas dem artis noĩe: nisi huic

iubenti per omnia parcere possit. Qua quidem re quid fieri possit absurdius: vti curem ex prescripto/non iam quatenus ars valeat: sed patris arbitratu. Quare optarim equidem: vt medicorum ars, eiusmodi quoq; remedium aliquod haberet: qđ non modo laborantes insania/verũetiam preter equum irascẽtes liberare possit: nimirum quo liceat & patris iracundiæ mederi. Nunc autem ipsa quidẽ insania leuatus est; cęterum iracundia magis etiam exasperatur. Quodq; est omnium grauissimum erga cęteros omneis sanus est: in me vnum insanit: a quo morbo fuit liberatus. Videtis igitur cuiusmodi mercedẽ curationis feram, cum rursum ab illo abdicor/iterum alienor a familia: ceu ob idipsum ad breue tempus receptus, vt maiore infamia sępius eiicerer domo. At ego quidem in his quę prestare queam, ne expecto quidem patris iussum: vt qui pridem/non accersitus ad opitulãdum accesserim. Verum vbi res est eiusmodi vt nulla omnino spes sit: tum nec aggredi velim. Porro in hac muliere multo etiam minus ausim: neq; id temere. Siquidem reputo quę in me facturus sit pater, si res non successerit cum iam abdicet nondum aggressum curationem. Quare doleo Iudices nouercę vicem/grauiter laborantis. Erat enim proba. Deinde patris nomine quam huius morbus excruciat. Maxime tamen mea ipsius causa: qui videar imorigerus patri: cũ nõ possim q̃ iubeor prestare: partĩ ob morbi magnitudinem, partim ob artis imbecillitatem. At sane non arbitror equum esse vt abdicer: si quod efficere non queam id ne recipiam quidem. Itaq; quibus de causis prius abdicarit me/facile fuerit ex hoc negotio coniicere. Qz̃q̃ ad illas/opinor/satis respondi: ipsa post acta vita. Ad hęc autẽ quę nunc obiicit, pro virili sum responsurus: si prius de statu meo pauca vobis exposuero. Ego intractabilis ille/& immorigerus/patrem dedecorans/& indigna genere meo patrans, id quidem temporis multa id genus vociferanti ac sine fine oeclamãti/paucis contradicendum esse duxi. Verum domo cedẽs, existimauí mihí grauissimi iudicii instar fore verumq; calculum/ita actam deinde vitam: vt appareret me a paternis illis criminibus q̃lõgissime abesse: sed potius honestissimis studiis dedisse operam, cũq; optimis viris habuisse cõsuetudinem. Iam vero & eiusmodi quiddam prospiciebam: ac suspicabar fore/vt aliquando pater, qui non admodum animo constaret/mihi sine causa succenseret: falsaq; in filium crimina strueret. Neq; deerant qui ista morbi initium interpretarentur/minasq; ac tela paulo post irruituri mali. Nempe odium absq; causa: mores asperos/conuitia parata, censurã seueram/clamorem/iracundiam/in summa omnia plena bilis, vnde vsu venturum cre-

debam, vt mihi aliquando arte medicinę foret opus. Proinde foras profectus, ac probatiſſimorum quos in peregrinis regionibus nanciſci potui medicorum vſus doctrina, plurimo labore vehementiq; animi ſtudio artem perdidici. Porro domum reuerſus offendo patrem manifeſta iam inſania laborantem / & ab huius loci medicis deſperantibus deſtitutum: qui non altius introſpiciunt: nec admodum exacte morbos diiudicant. At ego ſane, ſicuti par erat facere frugi filium, neq; ſuperioris abdicationis iniuriam recordabar: nec vt accerſerer opperiebar. Neq; enim erat quicq̃ quod illi proprie imputare poſſem. Verum peccata illa omnia fuerant aliena. Nempe quemadmodum modo dicebam, ipſius morbi. Ergo cum inuocatus acceſſiſſem: non ſum equidem protinus medicatus. neq; enim hic nobis mos eſt: neq; id pręcipit ars. verum illud omnium primum iubemur obſeruare: ſanabilis ne ſit morbus an inſanabilis, atq; artis terminos prętergreſſus. Ac tum ſi eiuſmodi fuerit malum: vt commode poſſimus aggredi: aggredimur: totoq; adnitimur ſtudio: vt ęgrotum ſeruemus. Qđ ſi viderimus iam inualuiſſe ſuperaſſeq; nec manum admolimur omnino: idq; vetuſtam quandam legem, eorum qui primi medicinę prodiderunt artem, ſecuti. Qui negant tentandos eſſe morbos qui iam inualuerunt. Itaq; cum patrem adhuc intra ſpem eſſe perſpicerem, neq; malum ſupra artis vires eſſe: diu obſeruatis ac penſitatis ſingulis, ita demum aggrediebar, ac pharmacum fidenti animo porrexi. Multi ſane eorum qui tum aderant ſuſpectam habebant adminiſtrationem pharmaci: calumniantes curationem meam. Iamq; parabant in ius vocare me. Aderat autem & nouerca pauida: atq; diffidens: non id quidem odio mei: ſed q̃ metueret: vtpote probe ſciens illum grauiter laborare. Nam ſola nouerat omnia, quippe familiaris & aſſidue conuiuens ęgrotanti. Attamen ego nihil his rebus deterritus: ſciebam enim futurum / vt mihi ſigna non mentirentur: neq; falleret ars: adhibui curam obſeruato tempore idoneo. Qq̃ erant amici nonnulli qui mihi conſilium darent / ne fiderem: ne forte ſi res male ſucceſſiſſet maiorem aliquam calumniam mihi accerſerem: quaſi patrem veneno vltus eſſem, memor iniuriarum quibus me affecerat. In ſumma, ille protinus conualuit / priſtinę reddítus ſanitati; cognouitq; omnia. Familiares admirabantur: deniq; laudabat & nouerca, ac palam omnibus vtriuſq; nomine gaudebat: tum mihi laudem aſſecuto, tum illi ad ſanam mentem reuerſo. Atq; hic quidem, nam illud de eo teſtari poſſum / neq; conatus, neq; quopiam his de rebus in conſilium adhibito, ſimul

atq; rem omnem e familiaribus cognouit, irritam fecit abdicationem: ac denuo me filium fecit: seruatorem / ac beneficum appellans: confitens sese certum experimentum mei cepisse: deq; illis ante factis / semet excusans. Id factum compluribus attulit voluptatem: nimirum quotquot aderant probi. Cæterum vrebat eos: quibus abdicatio filii iucundior fuerat reuocatione. Proinde videbam tum non eodem modo ea re gaudentes omnes: sed erat cuius & colorem ilico verti sensi, & oculos turbari, & vultum iracundum. quemadmodum ex inuidia, odioq; solet accidere. Nos igitur / vt est consentaneum / in complexibus & animi gaudiis versabamur / vtpote vtroq; alteri reddito. Cæterũ nouerca paulopost ęgrotare protinus cœpit: morbo iudices graui, & impotenti. Nam statim obseruabam: vt nascebatur malum. Neq; enim simplex erat aut leuis insanię species, quin potius vetus quidam morbus qui iam pridem delituerat in animi domicilio, erupit, victorq; in apertum prodiit. Sunt autem nobis, cum alia multa signa, insanabili laborantis insania: tum illud commune in hac obseruaui muliere. In cæteros placatior est ac mitis: atq; illis pręsentibus conquiescit morbus. Q2 si quem conspexerit medicum: imo si vel audierit tantum de medico: in hunc supra modum incenditur. Quod & ipsum argumento est illam graui & insanabili teneri malo. Hæc cum perspicerem equidem acerbe ferebam, miserebatq; mulieris, vt debui, præter meritum tanto laborantis infortunio. Pater vero ob imperitiam: neq; enim nouit, vel originem mali quo tenetur / vel causam, vel morbi magnitudinem: instit vti medicarer, ac simile pharmacum exhiberem: arbitratus idem esse insanię genus: eundem morbum: eandem ęgrotationem: quæ similem curandi rationem admitteret. Verum vbi id qđ erat verissimum dico, fieri nullo pacto posse, vt mulier seruetur, fateorq; me morbo imparem esse, indignatur, ac succenset: aitq; me studio detrectare: ac mulierem destituere: mihi crimini vertens artis imbecillitatem. Atq; huic quidem accidit qđ solet iis qui dolent. Succensent enim omnes iis qui libere verum loquuntur. Tamen ego sane, pro viribus illi respondebo / tum meo ipsius nomine / tum artis. Ac primum quidem a lege sumam initium: per quam hic me parat abdicare: vt intelligat sibi non esse posthac eandem abdicandi facultatem / quæ prius fuit. Neq; enĩ legislator omnibus o pater istã potestatẽ permittit: neq; vti quoslibet filios / neq; quoties libuerit abdicet: neq; quibuslibet de causis. verũ quẽadmodũ patrib9 cõcessit / certis de causis irasci:

ita profpexit & liberis:ne id immerẽtibus accidat. Eaq; gratia iuſſit,ne libera eſſet ac citra iudiciũ vindicta:ſed ad iudices vocat:æſtimatores cõſtituit qui neq; per iracundiã neq; per calũniã/quod iuſtum ſit iudicent. Nouerat enim frequenter accidere multis, vt ob cauſas iniquas ad iram cõmouerentur: hic quidem alicui falſæ calũniæ credens, ille famulo fidem habens,aut vxori cuipiam inimicę. Quare noluit rẽ iniudicatã agi:neq; indefenſa cauſa liberos ſtatim capi,vinciq;:verũ & aquã infundit:& ratio redditur:& nihil inexcuſſum relinquitur. Quãdoquidem ſolum hoc authoritatis datur patri:vt ad iudices vocet:verum iudicãdi authoritas,an merito accuſet:id penes vos qui iudicio preſidetis. Ac nõdum ſpectate crimen quod mihi imponit,cuiuſq; gratia nunc indignatur : verum illud prius expendite: num poſthac illi ius ſit abdicandi, qui ſemel abdicauerit : iamq; ſit vſus facultate quam lex concedit : atq; hanc paternam poteſtatem expleuerit : deinde rurſum in familiam receperit : ac ſuperiorem abdicationem irritam fecerit . Nam ego certe iniquiſſimum iſtud eſſe dico: vt liberorũ quoq; ſint infinitę pœnę:vt multę cõdẽnationes:ac metus perpetuus:vtq; lex nunc irato inſeruiat:mox deinde faciat irritum,quod actum eſt. Rurſum vt eodem modo valeat:in ſumma vt ius ſurſum ac deorſum torqueatur,vtcunq; patribus pro tempore viſum fuerit. Verum initio quidem equũ erat vti concederet:cumq; indignante pariter indignaretur:ac puniendi ius faceret ei qui genuiſſet. Porro vbi ſemel poteſtatẽ abſumpſerit,ac lege ſit abuſus:iracundiam expleuerit:poſt hęc rurſum in familiam receperit: & in hanc opinionem diſceſſerit vt frugi putet: in his pleueret neceſſum eſt: neq; poſtea reſiliendum aut retractanda ſententia neq; reſcindendum iudicium . Neq; enim ſcire poterat /opinor /is qui natus fuerat,frugi ne an contra eſſet euaſurus . Atq; hanc ob cauſam permiſſum eſt : vt genere indignos abdicent: quos cum educabant,cuiuſmodi eſſent futuri neſciebant. Cęterum vbi non coactus ſed ſuapte ſponte atq; authoritate ex ſeſe comprobatũ recipit : qua deinde ratiõe poſſit mutare factũ:aut quis legis vſus ſupeſt! Etenim ipſe legiſlator:hunc admodum tecum egerit. Hic ſi improbus erat: dignuſq; quẽ abdicares quia accidit vti reuocares! Cur denuo ĩ familiam reduxiſti! Cur legem irritam feciſti! Nã liber eras,tibiq; in manu erat iſta nõ facere. Neq; enim tibi concedendum eſt, vt legibus tuo arbitratu abutaris,vtq; iudicia vtcunq; mutatus ſit animus tuus, eo trahantur . Neq; vti, nunc irritentur leges,nũc rurſum valeant, iudices interim teſtes ſedeant,vel vt rectius dicam,miniſtri tuæ voluntatis,modo punientes modo abſoluentes, quan-

doctiq; tibi visum fuerit. Semel genuisti, semel educasti, pro his semel item abdicare potes: atq; ita potes: si istud merito facere videaris. verum vt hoc fiat sine fine, vt perpetuo, vt frequenter, vt facile: id vero supra patris ius est. Quare per Iouem iudices: ne permittatis huic, vt qui sua sponte recepe-rit, superioris iudicii sententiam irritarit, iram damnarit, rursum ad eandem prouocet pœnam, & ad patriam recurrat potestatem. Cuius tempus iam excessit, euanuitq; priuilegium / nec huic vni quicq̃ valens: quippe antehac consumpta. Etenim illud consyderate quẽadmodum in reliquis iudiciis, vbi iudices sortibus ferunt sententiam: si quis perperam pronuntiatum existimat / permittit lex alios adire iudices. Porro si qui ipsi suapte spõte iudices constituerint, delectisq; arbitris causam cõmiserint, posthac non idem licet. Etenim si quis, quorum sententiis initio stare nõ cogebatur, hos sponte delegerit: iam ęquum est boni consulere quæ statuerint. Itidem sane tu quoq; quem antea liberum erat non recipere, nisi dignus maioribus videretur: hunc si probum arbitratus esse, denuo recepisti: iã deinde non erit abdicandi ius. Siquidem indignũ esse in quem ista denuo fiant: ipse testatus es: iam de integro frugi filium esse confessus. Itaq; nõ conuenit pœnitere receptionis: sed firma reconciliatio sit oportet: nimirum post toties pronuntiatam sententiam: ac rem bis iudicatam: primum cum abdicares: alterum cum ipse mutasti consilium: meq; in familiam reuocasti: rescissis decretis superioribus confirmas illa quæ postea sunt placita. Proinde perseuera in his quę proxime statuisti, tuumq; ipsius iudicium serua. Pater sis oportet, quã doquidem id abs te decretum: id probasti: id ratum fecisti. Ego quidem si natura nõ essem filius, sed adoptatum abdicare velles: ne tum quidem existimarim tibi licere. Quod enim initio liberum erat non facere, id semel factum iniquũ est rescindere. Porro, eum qui primum natura sit filius, postea iudicio sententiaq; accersitus, quæso num par est rursum expellere, & eadẽ familiaritate priuare sępius! Age quid si forte seruus essem, ac tu quidem primum improbum esse ratus in vincula coniecisses, deinde vbi cognitum est me nihil peccasse manumisisses: num tibi liceret, vtcunq; cõtigerit irasci, rursus in eandem reuocare seruitutem? Minime liceret. Istiusmodi igitur acta, leges firma volunt esse / ac perpetuo valere. Ergo cum pluribus etiam argumentis docere possim, non esse ius huic abdicare denuo, quem semel abdicatum sponte sua receperit: tamen finem faciam. Hunc spectate cuiusmodi filiũ parat abdicare. Atq; illud nondũ dicam: me tum iperitum abdicatũ fuisse: nunc abdicari medicum (nihil enim mihi in hac causa

ſuffragetur ars: tum iuuenem: nunc ætate prouectum: vt ætas etiam ipſa fidem faciat, me nihil peccaſſe. Nam leue fortaſſis hoc quoq; verum tum quidem: etiam ſi nullo commiſſo peccato, vt ego quidem dixerim: ſed nec benemeritus, alienabar a familia. Nūc porro cum nuper ſalutem dederim: ac beneficus extiterim, exigor. Quare quid fieri poteſt ingratius! vt mea ſeruatus opera, tantoq; elapſus a diſcrimine, protinus ſanationem illam huiuſmodi factis penſet: nulla meritorum habita ratione: ſed vſq; adeo facile mandarit obliuioni: atq; in ſolitudinem abigat eum qui iure ſit obſecutus: cum præter ius ciiceretur: neq; ſolum non meminerit iniuriæ: verumetiam & ſalutem attulerit & ſanę menti reſtituerit! Neq; enim exiguo iudices neq; vulgari in hunc collato beneficio: tamen huiuſmodi malis nunc videor dignus. Porro q̃q̃ hic ignorat: quo in ſtatu tunc fuerit: vos tamen omnes noſtis: quid facientem hunc ſimul & patientem & quibus affectum modis ego curandum ſuſceperim: ac medicis reliquis deſperantibus, fugientibus familiaribus, nec propius accedere audentibus, talem reddidi: vt etiam accuſare poſſit: vt de legibus diſſerere. Quin magis: ſi exemplum quæris pater: cum propemodum talis eſſes qualis nunc eſt vxor: ad priſtinam ſanitatem reuocaui. Quare non eſt æquum: vt pro his officiis/huiuſmodi mihi gratia reponatur: vtq; in me vnum tantummodo ſanus ſis. Etenim te non mediocribus a me beneficiis affectum eſſe, vel ex his ipſis liquet: quibus me criminaris. Nam quem ob hoc odio perſequeris: q; vxorem extremo laborantem periculo grauiſſimeq; affectam non ſanem: qui fit: vt eundem non multo potius chariſſimum habeas: quum ſimili morbo liberarim! non gratias agas: tam acerbis ereptus malis! At tu quod quidem eſt ingratiſſimum/ ſimul atq; ad te rediſti: protinus in ius trahis: ſalute donatus/ punis: & ad vetus recurris odium: eandem recitas legem. Egregiam igitur mercedem perſoluis arti: dignamq; pro remediis refers gratiam: qui quidem aduerſus medicum tantum ſanus es. Vos autem iudices, huic concedetis, vt de benemerito pœnas ſumat: vt ſalutis authorem expellat: vt eum qui ſanitati reſtituerit oderit: vt per quem reuixit, vlciſcatur! Haud profecto concedetis: ſi quidem quod æquum eſt/ facietis. Etenim ſi maximum aliquod flagitium in præſentia commiſiſſem: tamen ſuperioris beneficii nomine non mediocriter mihi debebat: cuius reſpectu memoriaq; conueniebat hunc præſentem iniuriam negligere & ob illa priora facile ignoſcere: maxime ſi tam ingens ſit beneficium, vt cm

nia ſuperet: quæ poſtea poſſint accidere. Quod equidem mihi in hunc competere puto: quem ſeruaui: qui mihi totius vitæ debitor eſt: cui præſtiti vt ſit: vt ſapiat: vt intelligat: præſertim cum cæteri omnes iam deſperarent: ſeq; morbo impares eſſe fateretur. Nam & illud, opinor, ad meriti mei cumulum accedit: q; cum id temporis filius non eſſem: cum nihil eſſet cauſæ quæ me coger et curationem ſuſcipere: verum cum liber eſſem: atq; alienus: a naturali cauſa ſolutus: tamen haud diſſimulaui: ſed vltroneus, inuocatus, iniuſſus adii, ſuccurri, adniſus ſum, ſanaui, reſtitui, meumipſius patrem ſeruaui: de abdicatione me purgaui: iram benecuolentia ſedaui: legem pietate ſuſtuli: magnoq; beneficio reditum in familiam emi: atq; in tempore adeo periculoſo fidem erga patrem demonſtraui: meq; ipſum artis auxilio inſinuaui: ac triſtibus in rebus legitimus filius apparui. Q̃ multa enim me fuiſſe paſſum arbitramini: quantum & exhauſiſſe laborum! dum adſideo: dum obſeruio: dum opportunitates capto: nũc cedẽs patris vehementiæ: nunc artem admouens ad breue tempus concedente morbo. Eſt autem hoc omnium quæ ſunt in arte medicorum periculoſiſſimum: huiuſmodi medicari: ac propius accedere ad hos qui ad eum ſunt affecti modum. Fit enim non raro: vt exæſtuante malo / rabiem in proximos exerceant. Me tamen nihil horum piguit: neq; grauatus ſum: verum aderam modis omnibus cum morbo luctans: poſtremo ſuperaui pharmaco. Ne vero quiſq̃ hoc audito / protinus apud ſe cogitet. Quis aut quantus labor miſcere pharmacum, Etenim multa prius ſunt facienda: præſtruenda via dando pharmaco: præparandum corpus: quo facilius recipiat medicationem: deq; omni corporis habitu ſollicitus ſit medicus oportet: inaniens: extenuãs: cibis idoneis alens: mouens ad omne quod conducit. Somnos accerſendi rationes excogitans: ſolitudines arte reperiens. Quibus in rebus ęgroti cæteri facile pareant. At qui laborant inſania: ob animi libertatem, intractabiles ſunt, ac gubernatu difficiles, ipſiq; medico periculoſi: neq; qui facile cura expugnẽtur. Proinde ſæpenumero cum effecerimus: vt iam ſperemus proxime adeſſe morbi finem: leue aliquod erratum incidens / renouato malo cuncta illa ſuperiora facile ſubuertit: curationem impedit: artem fallit. Eum igitur qui hæc omnia ſuſtinuerit: qui cũ morbo tam graui ſit luctatus: qui malum malorum omniũ expugnatu difficillimũ vicerit: huic vt iterum abdicet permittetis: vtq; leges in benemeritum interpretetur ſuo arbitratu concedetis: atq; eum cum ipſa natura bellum gerere ſi-

netis! Ego naturę parens iudices patrem mihi ipsi seruo custodioq; :etiam si hic quidem iniuria me afficiat. Q; si filium bene meritum, leges vt ait secutus, perdit, & a familia alienat : hic nimirum liberorum osor erit. Ego naturam amplector. Iste naturam contemnit, fasq; & ius violat. O patrem iniuste prosequentem odio. O filium iniustius amantem. Nam mihi ipsi vitio verto: patre compellente : q; odio habitus : cum præter causam amo, & magis amo q̃ oporteat. Atqui natura comparatũ est, vt patres liberos amẽt magis q̃ liberi parentes. Verum hic studio tum leges contemnit: quę filios nihil commeritos familiæ seruant: tum naturã: quę parentes ad vehemens natorum desyderium incitat. Non solum enim cum plures habeat in me beneuolentię causas, maiorem vti debebat beneuolentiam non adiungit atq; addit: aut quod est minus / me saltem imitatur / meumq; emulatur amorem Sed o calamitatem, quin insuper odit amantẽ: charitate prosequentem expellit: benemerentem lędit: complectentem abdicat: legesq; liberis fauentes ceu liberis infensas: in me torquere conatur. O bellum, quod contra naturã legibus moues pater. Non sunt ista / nõ sunt inquã, quẽadmodum tu vis: leges bene conditas, male interpretaris pater. Non pugnat natura cum lege, in his quæ ad beneuolentiam pertinent. Hic inter sese consentiunt, & altera vtriq; auxilio est, ad delendas iniurias. Contumelia afficis benemeritum. Offendis naturam. Cur legibus quoq; simul cum natura facis iniuriam! Quæ cum honestę / iustę liberorum amantes esse cupiant, non pateris esse quippe quas aduersus vnum filium, tanq̃ aduersus multos sępius tentes. Nec finis in supplicijs quietem inuenire : quæ velint in beneuolentia liberorum erga parentes conquiescere. Q;q̃ alioqui ne positas quidem aduersus eos : qui nihil peccarint. At sane leges ingratitudinis actionem concedunt / in eos qui benemeritis non retulerint gratiam. At qui non solum non refert gratiam : verum etiam punire conatur / ob ea ipsa quibus adiutus est beneficio. Consyderate: num quicq̃ facere possit iniquius! Itaq; non posse hunc iam abdicare denuo: qui paternam potestatẽ semel expleuerit, ac lege sit vsus: pręterea non esse ęquum, eum qui tanta præstiterit beneficia, expellere, familiaq; exigere: satis opinor demonstratum. Nunc autem ad ipsam abdicationis causam veniamus : & crimen cuiusmodi sit expendamus. At rursum ad mentem eius qui legem condidit, recurramus necesse est. Etenim vt istud tibi donemus ad breue tempus licere, quotiescunq; velis abdicare : vtq; præterea potestatem istam tibi largiamur, etiam aduersus benemeritum : haud tamen simpliciter opinor / neq;

quibuslibet de causis abdicabis. Neq; hoc dicit legis cõditor. Quicqd vtcũq; criminatus fuerit pater, abdicato. vt satis sit tantũ queri. Nam si id esset: quid opus erat iudicio? Verũ vos istud expendere iubet iudices: nũ grauib⁹ ac iustis de causis irascatur pater: nec ne. Hoc igitur in præsentia consyderate. Exordiar autem ab iis: quę protinus huius insaniã sunt consecuta. Iam primũ omniũ quod fecit sanæ mẽti redditus, illud erat. Rescidit abdicationem. Ego seruator, beneficus, breuiter omnia eram. In his nisi fallor, nihil adhuc esse poterat, quod cum crimine videretur esse coniunctum. Deinde quid est omnium quod accusat? Quod obsequium, quã curam filio dignam prętermisi? Quando foris cubui? quas intẽpestiuas potationes, quas comessationes obiicis? Qui luxus? Quis leno pulsatus est? Quis accusauit? Nemo profecto. Atqui hæc sunt, ob quę præcipue lex permittit abdicare. Cæterũ cœpit ęgrotare nouerca. Quid istud mihi vertis crimini? morbiq; pœnã a me reposcis? Non reposco inquit. Sed quid? Q; eam curare iussus / recusas, ob hoc dignus fueris qui abdiceris: quippe immorigerus patri. Ast ego quidẽ cuiusmodi sint ista quę iubet: in quibus quia nõ possim obsequi, videor immorigerus, paulisper differem⁹. Sed illud prius in totũ dico. Neq; lex huic concedit: vt quiduis imperet: neq; mihi necesse est in omnibus omnino parere. Quædam enim mandata sunt huiusmodi. vt si non parueris: non sis obnoxius pœne, quædam id genus: vt nisi obtemperaris, ira supplicioq; sis dignus veluti si ęgrotes ipse, & ego non curem. Si quid rerum domesticarũ curandum sit: & ego negligam. Si quid rem rusticam curandã mandes: atq; ego recusem. Hęc omnia atq; id genus alia, probabiles adferunt causas paternę querelę. Porro cætera nostri sunt arbitrii: nempe quæ ad artes / & artium vsum pertinent. Maxime si nulla in re fiat iniuria patri. Iam si cui pictori præcipiat pater. Hæc pinge fili: illa nequaq̃. Rursum musico: hãc pulsa harmoniam, illam ne pulsa. Tum fabro ęrario. Ista cude: illa ne cude. num quisq̃ hunc patietur abdicare filium propterea, q; non ex ipsius arbitrio artem excerceat? Nemo opinor. Atqui medendi ars, quanto est honoratior vitæq; conducibilior: tanto conuenit esse liberiores qui hac vtuntur, ac iustum est, vt ars aliquo gaudeat priuilegio in excercẽdi facultate: vt neq; cogatur vsq̃: neq; ferat imperiũ: res sacra: deorum doctrina: virorum eruditorum cura. Neq; in seruitutem trahatur legis. Neq; timori pœnisq; tribunalium: neq; Calculis: ac patris minis: & idocti hominis irę sit obnoxia. Proinde si tibi palam ac simpliciter ad hunc modum respondissem. Nolo curare cum possim: sed artem soli mihi didici ac patri: cæteris omnibus imperi-

tus esse volo. Quis est tyrannus vsq; adeo ferox: vt cogat etiam nolentem vti arte? Siquidem istiusmodi officia blanditiis precibusq;, ni fallor, non legibus, ira, iudiciis, conuenit elicere: persuadere medico oportet: non iubere: vt velit non vt metuat: neq; ad sanandum adigendus est: sed vltro ac lubens accedat oportet: immunis a compulsione patris. Immunis est ars ipsa: quandoquidem ciuitates quoq; publicitus honores/pręeminentias/immunitates/priuilegia medicis tribuunt. Hæc igitur in genere poteram artis nomine respondere: etiam si tu me illam docuisses. Si multum studii: multum pecuniarum insumpsisses: vt discerem: & vnam hanc curationem/etiam si eiusmodi esset vt prestare possem/recusassem. Nunc illud cogita: q̃ rẽ modis omnibus ingratam & iniquã facias: qui non sinas me, a meipso mihi partis libere vti. Hanc ego artem tum cum non essem filius tuus perdidici: neq; tuis subiectus legibus. Atq; hanc tamen tibi didici. Huius fructum primus sensisti: cum nihil adiumenti contuleris ad eius cognitionem. Quem præceptorem mercede conduxisti? Quem pharmacorum apparatum comparasti? Nullum omnino: verum inops, ac rerum necessariarum indigens, a præceptoribus mei misertis sum edoctus. Nã abs te patre huiusmodi mihi dabatur ad discendum viaticum. molestia: solitudo: egestas: familiarium odium: cognatorum auersatio. Pro istis itaq; factis/postulas vti arte mea: visq; earum rerum esse dominus: quas mihi paraui: tum cum mihi non esses dominus. Boni consule: si quid antehac vltro, nullo prouocatus officio bene de te sum merit9: cum nullo nomine vllam abs te gratiam possem reposcere. Cæterum non conuenit sane: vt meum beneficium mihi in reliquum tempus pariat necessitatem: vt quod volẽs beneficio iuui: vertatur in occasionem: vt postea nolenti præcipias. Iamq; in cõsuetudinem trahatur: vt qui semel sanauerit aliquem: semper deinde curet omnes, quoscũq; voluerit is qui sanatus est. Etenim ad istum modum fieret: vt quos curaremus, eos dominos nobis creauerimus: nosq; metipsos illis tradiderim9: mercedis loco seruitutem accepturi: & ad omnia quæ iusserint obtemperaturi. Qua re quid esse potest iniquius? Quoniam te grauiter adeo laborantem restitui: ob id existimas tibi ius esse arte vtendi mea? Atq; hæc quidem dicere poteram. Si mihi hic imperasset ea quæ meæ sint facultatis: atq; ego non omnino modis omnibus, vel inuitus obtemperassem. At nunc tandem perpendite cuiusmodi sint huius imperata. Quandoquidem inquit, me laborantem insania sanasti: insaniat autem & vxor: eodemq; tenetur mor-

bo:(Sic enim opinatur)& a cæteris medicis ad eundem modum deſtituta eſt: tuq; potes omnia: id quod re demonſtraſti: ſanato hanc quoq;,ac morbo leuato.Id ſi quis ſimpliciter ad hunc audiat modum: vehemẽter equum videatur: præſertim illiterato, artiſq; medicinæ imperito. Sinauteni me auſcultatis artis nomine reſpondentem: intelligetis nimirum nec omnia eſſe noſtræ facultatis:neq; conſimiles morborum naturas: nec eandem medendi rationem: nec eadem remedia in omnibus efficacia. Ac tum palam fiet,quantum in te ſit: nolis quippiam an non poſſis. Vos interim patienter auſcultate me,hiſce de rebus philoſophãtem: exiſtimantes nec inelegantem fore, nec extra cauſam, nec alienam a re, nec intempeſtiuam de his diſputationem.Iam primum/Naturę corporum ac temperaturæ/haudquaq; eędem ſunt: tametſi maxime in confeſſo eſt:iiſdem ex elementis conſtare. Verum alia de his, alia de illis magis aut minus participant. idq; loquor adhuc de corporibus virorum: quæ neq; ſimilia ſunt omnibus: neq; eadem temperatura:neq; eadem conſtitutione. Vnde neceſſario conſequitur:vt morbi quoq; tum magnitudine,tum ſpecie differentes,his accidant vtq; alia ſanatu ſint facilia,atq; ad curationem ſpõte propenſa: alia rurſum prorſus deſperata:vt quæ & facillime corripiantur,& grauiſſime a morbis prehendãtur. Proinde ſi quis exiſtimet:quãlibet febrim/ aut quãuis tabem aut peripneumoniam,aut inſaniam quolibet in corpore vnam atq; eandem eſſe genere:is non videatur ponendus inter ſobrios/ neq; doctos,neq; inter eos qui in rebus huiuſmodi exquirendis elaborarunt. Quin idem malum in hoc corpore facile ſanabitur: in hoc minime. Quemadmodum videlicet triticum, ſi idem in diuerſos eiicias agros, aliter proueniet in plano ſolo, profundo, irriguo, aprico, ventis ſalubribus expoſito,exculto, nimirum habere;læto,copioſoq; fructu. Rurſum aliter in montuoſa petricoſaq; terra,aliter in opaca,aliter in ſubiecta montibus. In ſumma: pro cuiuſq; loci diuerſa natura, varie proueniet. Itidem & morbi/ pro ratione corporum in quæ inciderint,aut maiores & huberiores aut minores eueniunt. Verũ his omiſſis pater,nec omnino diſcuſſa re, vult quãuis inſaniã in quouis corpore conſimilem eſſe,ſimilẽq; deſyderare curationẽ.Super hæc tam multa, muliebria corpora plurimũ differre a virorũ corporib9,vel ad morbi corruptionem,vel ad ſanandi ſpem aut deſperationẽ,facile fuerit cognoſcere. Siquidem virorum corpora bene compacta ſunt,neruoſa,laboribus,agitationibus,vita ſub dio acta,exercitata.Contra fœminarum/flaccida/male

compacta/in vmbra alita. Cãdida ob ſanguinis inopiam/caloriſq; penuriã & humoris ſuperuacanei abundãtiam. Quare facilius corripiuntur q̃ viro rũ: vt pote morbis expoſita, nec ferẽtia curationẽ. Pręcipue vero ad inſaniã procliuiora. Nam cum multũ habeãt iracundię ac leuitatis/facileq; cõmoueantur: porro corporis exiguę ſint vires: facile ĩ hoc malum prolabuntur. Proinde non conuenit: in vtriſq;, eãdẽ a medicis ſanandi rationẽ requirere. Cum ĩtelligatis: hic ab illis longiſſimo diſtare interuallo: iam ab ipſo protinus ortu diſcreta: tum tota vitę ratione/tum actionibus oĩbus/tum ſtudiis atq; exercitiis vniuerſis. Quare cum dicis. Inſania laborat: adde hoc quoq;: laborat mulier. Neq; confundas hic omnia ſub vnã & eandem ĩſanię referẽs appellationẽ. Verum diſcretis iis/quẽadmodum & natura diſcreuit/quid ĩ quoq; pręſtari poſſit conſydera. Nam nos quẽadmodum initio dixiſſe memini/illud ĩ primis ſpectamus: ęgroti corporis naturã/ac tẽperaturam/& cuius qualitatis magis ſit particeps. Calidius an frigidius. Vigens an ętate deficiens. Magnũ an puſillũ. Craſſum an macilentũ. reliquaq; id genus omnia. Quę ſi quis penitus expenderit: is demũ erit idoneus cui fides habeatur vel deſperãti/vel recipienti. Quãdoquidẽ & ĩſanię ĩnumerabilia ſunt genera, & cauſę cõplures: nec vocabula q̃dem eadem. Neq; enĩ idem: deſipere ac delyrare: rabire: & ĩſanire. Verum hęc oĩa nomina ſignificãt magis aut minus obnoxiũ eſſe morbo. Porro cauſę: alię ſunt viris, alię fœminis. Rurſum inter ipſos viros/aliæ iuuenibus/aliæ ſenibus. puta iuuenibus ĩmodica ferme repletio. Senibus autem ĩportuna calũnia, ira ĩpotens/quę ſępe numero incidit aduerſus domeſticos. Hęc initio pærturbant animum: deinde paulatim vergit ĩ inſaniam. Porro mulierum corpora & multę res ĩfeſtant: & facile ĩ morbũ adducunt. Pręcipue vero ſi quẽ oderint vehemẽtius, aut ſi iuideant iimico ſecundis rerũ ſucceſſĩbus vtenti: aut ſi quid moleſtum ſit: aut ſi cui ſuccẽſeant. Hęc paulatim ſubgliſcẽtia/multoq; alita tẽpore/tandem ĩ inſaniam euadunt. Eiuſmodi rerum aliquid vxori quoq; vſu venit pater: & haud ſcio: an nup aliquid illi ęgritudinẽ aliquã attulerit. Nihil enĩ illa oderat, q̃q̃ morbo ſane tenetur. neq; his malis vllius medici cura poterit eripi. Q2 ſi quis alius ſe facturum receperit: aut ſi quis eã liberarit: tum me oderit licet: velut iiurium. Tãetſi ne illud q̃dem verebor dicere pater. Etiam ſi non prorſus eſſet/vt eſt/deſperãdũ: ſed adhuc aliqua ſalutis ſpes leuis oſtenderetur: nec ſic q̃dem facile manũ admouerem: neq; ſtati auderẽ miniſtrare potionẽ: videlicet veritus fortunã, ac multorũ hoim obtrectationẽ. Vides vt omnes arbitrantur: priuignos ĩuiſos eſſe nouercis oĩbus: etiã ſi probę fue

rint:eaſq; hanc ceu cõmunẽ quandam mulierũ inſaniã inſanire.Quare facile ſuſpicatus fuiſſet aliquis : ſi malum hoc ſecus euenisſet : neq; pfuiſſent remedia:perfidã ac doloſam fuiſſe curationem. Atq; vxoris quidem res pater ad hunc ſeſe habẽt modũ:idq; loquor,qđ prorſus exploratũ habeo: nũq; melius eſt habitura/etiã ſi milies biberit pharmacũ:eoq; nõ operæpretium conari:niſi me ĩ hoc ſolum vrges vt fruſtrer: idq; vis vt fœdam mihi famã accerſam.Patere:vt mihi eiuſdẽ artis profeſſores inuideant. Q2 ſi me rurſum abdicaris,ego quidem etiã ſi ab omnibus deſerar /tamen tibi nihil imprecabor graue.Sed quid ſi(quod auertat deus)redeat morbus(Solẽt iſtiuſmodi ferme mala irritata recurrere) quid erit mihi faciũdũ! Curabo,vt noſti,tum quoq;:neq; vnq̃ defuturus ſum officio:quod liberis natura præſcripſit:neq; generis,quoad in me fuerit,obliuiſcar. Deĩde ſi reſipueris,nũ credere debeo futurũ:vt me denuo recipias:illud vide.Iam iſta quum facis, accerſis morbum /peſtemq; refricas:heri ac dudũ e tantis elapſus malis/cõtendis:vociferaris:quodq; grauiſſimum eſt /iraſceris : ad odium propenſus es:leges reuocas.Hei mihi pater /iſtiuſmodi fuerant ſuperioris inſaniæ tuæ procemia.

Finis Eraſmo interprete.

ICAROMENIPPVS SIVE HYPENEPHELVS
Eraſmo Rotterodamo Interprete.

TEr mille igitur erant ſtadia a terra vſq; ad lunã vbi prima nobis fuit manſio. Porro hinc ſurſum ad ſolẽ paraſangę ferme quingentæ. Rurſum ab hoc vſq; ad ipſũ deniq; cœlum /arcemq; Iouis in edito ſitam/tantũ fere ſpatii fuerit quantũ aquila ꝓbe/ſuccincte/ atq; expedite queat vno die pagere. AMICVS. Dic mihi ꝓ Gratias Menippe : q̃ ſunt iſta quæ de aſtris loqueris/ac tacitus tecum ſupputas.Etenim iamdudum te aſſectans/audio ſoles et lunas:prẽterea autem et magnifica iſta /mãſiones ac paraſangas peregrina quædam cõmemorantem.MENIP. Ne mireris Amice ſi ſublimia/aereaq; tibi videor loqui:nã ſummã apud me reputo nuper actæ peregrinationis.AMIC.Nimirũ Phœnicũ exemplo viã ſtellis notaras.MENIP.Haud quaq̃ per Iouem:quin magis ipſis in ſtellis ſum pegrinat9.AMIC.Papę.longũ ꝓfecto ſomniũ mihi narras.Siqdẽ totas edormiſti paraſangas inſciẽs.MENIP.Quid ais!ſõniũ tibi referre videor:q mõ ab ipõ Ioue ipẽ reuerſus adſum!AMIC.Quid audio!Itane Menippus nobis

a Ioue delapſus adeſt e cœlo! MENIP. Ita ſane. Ego tibi ab ipſo illo ſummo Ioue hodie venio, rebus interĩ dictu miris/& auditis/ & cõſpectis. Qz ſi non credis: eqdẽ hoc ipõ noĩe ſupra modũ gaudeo: cũ ſupra fidẽ eẽ video, meã felicitatẽ. AMIC. Et quo pacto diuine atqꝫ Olympie Menippe, mortalis cum ſim, ac terreſtris queã nõ credere viro q nubes ſuparit: qqꝫ vt Homericis dicã verbis, lã ſit cœlitũ e nũero vnus. Verũ illud mihi dicito ſi moleſtũ nõ ẽ, quibus modis ĩ altũ ſubuectus es/aut vnde nactus ſcalas tãta magnitudine! Nã quantã ad faciẽ ac formã attinet: nõ es admodũ ſimilis illi Phrygio: vt cõiectare poſſim⁹ te quoqꝫ ab aqla raptũ fuiſſe: quo pocillatoris alicubi munere fungereris. MENIP. Nõ me clã eſt te iãdudũ irridere. Neqꝫ vero id oĩno mirũ: ſi narrationis nouitas tibi fabulæ videt adſimilis. Cęterũ ad cõſcẽſum/nihil mihi erat op⁹, neqꝫ ſcalis, neqꝫ vti pueri illi⁹ ĩ morẽ ab aquila raperer. ꝓpterea q ꝓ alę mihi eẽnt ꝓprię. AMIC. Iã vero iſtd qđ narras: vel ipm Dędali factũ ſupat. Siqdẽ, ꝑter alia, nobis iſciẽtib⁹/ miluius qſpiã aut graccu lus ex hoie fact⁹ es. MENIP. Recte amice, neqꝫ ꝓcul a ſcopo cõieciſti. Etenĩ illud Dędali de alis inuẽtũ ipe quoqꝫ ſũ machinat⁹. AMIC. At ĩterĩ oĩm audaciſſime nõ verit⁹ es ne tu quoqꝫ alicubi ĩ mare delapſus/ Menippeũ aliqđ ꝓlagus tibi cognomĩe redderes: quẽadmodũ ille Icariũ! MENIP. Neqq. Siqdẽ Icarus cũ alas haberet cęra adglutinatas: eaqꝫ q̃primũ ad ſolẽ eẽt liq̃facta: defluxis alis/nõ mirꝫ ſi decidit. At nobis citra vllã cęrã erãt pẽnç. AMI. Iſtud q fieri potuit! Iã em̃ haud ſcio quo pacto paulatĩ me adducis vt vera videant̃ q̃ narras. MENIP. Ad hũc ferme modũ. Aquilã egregie magnã/ tũ aĩt & vulturẽ validũ arripui. His cũ alas vna cũ ipſis brachiis ꝑſecuiſſem. Quin poti⁹ ſi vacat toti⁹ cõmẽti rõnẽ ordine tibi ꝓcẽſebo. AMIC. Mihi qdẽ vel maxie vacat, Adeo ſublimis a ſermone tuo pẽdeo: iãqꝫ ad narratiõis finẽ inhio. Ne vero me negligas p Iouẽ amicitię ꝑſidẽ: aurib⁹ ĩ aere ſuſpẽſum, ob tuã narrationẽ. MENIP. Auſcultа igit̃. Neqꝫ em̃ ciuile fuerit ſi ſpectẽ aĩmore hiãte relictũ: eũqꝫ quẽadmodũ tu ais ab aurib⁹ ſuſpẽſũ. Ego igit̃ cũ expẽdẽs ea q̃ ſunt ĩ vita mortaliũ: protin⁹ oẽs res hũanas repperiſſem ridiculas, humiles/ iſtabiles: nẽpe opes/ ĩpia/ magiſtrat⁹: cõtẽptis his: atqꝫ horũ ſtudio/ adiectoqꝫ aio ad ea q̃ vere ſunt bona: conat⁹ ſum ab his tenebris emicare: & ad vniuerſi naturã ſuſpicere. Atqꝫ hic mihi mĩtã attulit hęſitationẽ, primũ hic ipe q a ſapiẽtib⁹ appellat̃ mũd⁹. Neqꝫ em̃ iuenire poterã: neqꝫ quo pacto factus fuiſſet: neqꝫ quo opifice: neqꝫ qđ eẽt illi⁹ vel initiũ, vel finis. Deinde cũ particulatĩ cõtẽplarer, multo etiã magis ãbigere ſũ coactus. Quippe q videre ſtellas temere p cœlũ diſiectas. Tũ ſolẽ ipm, qd tandẽ eſſet, ſcire geſtiebã. Sup oĩa vero q̃ Lunę accidebãt: mihi videbant̃ abſurda ac plane mira: puta,

bāq causam aliquā arcanā & inexplicabilē esse: cur illa subinde speciē formāq variaret. Quinetiā fulgur emicās, tonitru erūpens, tū pluuia/nix/grādo/e sublimi demissa. Videbant hęc quoq oīa, coniectu difficilia: quęq nullis notis deprehēdi possent. Itaq cū ad eū modū essem affect9: optimū factu ratus sū: vt horū vnūqdq a philosophis istis pdiscerē. Siqdē existimabā illos veritatē oēm docere posse. Quare cū ex illis pstātissimos delegissem: quātū mihi cōiectare licebat: e vultus austeritate, eq coloris pallore, ac barbę profunditate. Mirū em vt mihi ex ipso protin9 aspectu sublimiloquos quosdā et cœlestiū rerū peritos viros p se ferebāt. His vbi memet docendū tradidissem magna pecunia: quā ptim euestigio psentē numerauī: partim tū me psoluturū sum pollicitus: vbi ad philosophiæ summā puentū esset: nō grauabar erectus ad nugas doceri: & vniuersi dispositionē discere. At illi tātū abērāt: vt me pristina liberarēt inscitia: vt ī maiores etiā dubitationes cōiecerint: principia nescio q̄ ac fines/ tū īsecabilia/inania/syluas/idęas/atq id genus alia mihi quotidie offundētes. Verū illud interī mihi videbat oīm esse grauissimū: q̄ cū nihil inter illos cōueniret: verū pugnātia, diuersaq iter se oīa loquerētur: tamē postulabāt vt sibi fidē haberē: ac ad suam quisq rationē me conabatur adducere. AMIC. Rem absurdā narras. Si viri cum essent sapientes, inter sese de rebus factiose dissidebant: neq de iisdem eadem probabant. MENIP. Atqui rideres amice: si audieris illorum arrogantiam et in differendo prodigiosam confidentiam. Qui quidem cum humi ingrederentur: nihiloq præstātiores essent nobis qui super terram ambulamus ne cernentes quidē acutius q̄ quiuis alius astans: nonnulli cęcutientes etiā senio atq inertia: tamen & cœli terminos perspicere sese profitebantur: solem quoq ipsum dimetientes: & ea quæ supra lunam sunt aggredientes. Ac perinde quasi ex ipsis delapsi stellis, ita & magnitudinem illarum, & figuram explicabant. Ac sæpenumero cum forte ne illud quidem certo scirent, quot stadiis a Megara abessent Athenæ: tamen spatium quod interest inter solem & lunam, quot esset cubitorum audebant pronunciare. Tū aeris altitudinem, maris profunditatem, terræ ambitum dimetiētes. Ad hæc circulos depingebant: ac triangulorum figuras super quadrangulos inducentes: neq non sphæras quasdam picturatas: cœlum scilicet ipsum metiētes. Iam vero illud an non insulsum, & insignis arrogantiæ! q̄ cum de rebus vsq adeo incertis loquantur, nihil tamen ita proponūt: quasi cōiecturis ducātur: verū supra modū contēdunt: neq vllū vincendi locū aliis relinquūt. Tātū nō iureiurādo confirmātes Solē massam esse candefectā: incoli lunam stellas aquā potare: idq sole veluti situla quadā per funē demissa vaporem

e mari attrahente,atq; illis omnibus ordine potũ distribuẽte. Nam quanta sit in dictis pugnãtia:id haud difficile fuerit cognoscere.Iã mihi specta per Iouẽ:nũ illorũ decreta inter se cõsentiãt, ac nõ magis lõgissimis dissita iter uallis.Quãdoqdẽ primũ de ipso mũdo varia est sentẽtia:cũ aliis & ingenit⁹ et nũq̃ interiturus esse videat.Rursũ alii & opificẽ illius & fabricãdi modũ eloqui sint ausi.Quos eqdẽ cũ primis admirabar : propterea q; cũ deũ quẽdã rerũ oĩm opificẽ ꝓposuissent:nõ illud etiã adderẽt:vel vnde is eẽt ꝓfect⁹ aut vbi loci cõsisteret:cũ oĩa fabricaret.Nã ante vniuersi exortũ/non possis vel tẽpus/vel locũ imaginari. AMIC. Prorsus audaces quosdam Menippe hoĩes ac prodigiorũ auctores mihi narras. MENIP. Quid aũt:si iã audias vir optime q̃ disserãt:& de Ideis/& de incorporeis: tũ q̃ de finito & infinito nugant!Nã & his de rebus acriter inter se digladiant.Dũ alii fine circũscribũt vniuersũ.alii cõtra finẽ illud nescire existimãt . Quin insup qdẽ ex istis cõplures eẽ mũdos demõstrabãt:dãnãtes eos q de hoc velut vno quopiã illorũ disputarẽt.Rursũ alius nescio qs vir haud quaq̃ amic⁹ paci,bellũ rerũ oĩm parẽtẽ esse cẽsebat.Nã de diis:qd iã attinet loqui! Cũ his deus esset numerus:illi rursus,p canes & anseres ac platanos deierarẽt.Deinde alii/reliquis oĩbus diis expulsis/vni soli rerũ oĩm ĩperiũ tribuebãt: ita vt mecũ etiã animo discruciarer. cũ tãtã audirẽ deorũ inopiã.E diuerso alii liberaliores multos deos faciebãt:ac dissectis illis/hũc aliquẽ primũ deũ appellabãt: his secũdas aut tertias diuinitatis ptes tribuebãt. Ad hęc,alii ĩcorporeũ qddã et informe putabãt eẽ numẽ.Alii corp⁹eẽ imaginabant.Deinde nõ oẽs erãt in hac opinione:vt putarent diis eẽ curæ res mortaliũ:verũ erãt nõnulli,q eos oĩ cura liberãtes,haud aliter atq; nos cõsueuim⁹ ętate defectos a ministeriis dimittere:nihilo aliusmodi eos ĩducũt:q̃ cuiusmõi ĩ comœdiis ĩduci solẽt satellitia.Iã alii superantes hæc oĩa:ne esse quidẽ vllos oĩno deos credebant.sed mũdũ nullo domino,nulloq; duce temere ferri sinebant. Atqui cũ hęc audiebã verebar nõ habere fidẽ viris altifremis, ac ꝓbe barbatis. Neq; tñ ĩueniebã:ad cuius dicta me vertẽ:vt aliquã illorũ sentẽtiã nancisci rer irrephẽsam,ac nequaq̃ ab alio subuersam . Itaq; plane tãdẽ Homericũ illud mihi vsu veniebat.Nã sępenumero anim⁹ incitabat:vt huic alicui illorum crederẽ. Sed me mens diuersa vetabat.In qbus oĩbus cũ perplexus hęsitarẽ desperabã futurũ:vt super his verũ aliqd in terris audirẽ:cęterũ vnica tãtum via vniuersa dubitatione liberari posse.Si ipse alis aliqua ratione addi tis / in cœlum ascenderẽ.Eius rei conficiẽdę spem mihi præbuit primũ ipsa cupiditas : deinde fabularum scriptor Aesopus : qui aquilis ac Scarabeis interdum & camelis cœlum adiri potuisse demonstrat . verum vt mihi

ipſi alæ prouenirent aliquando/id nulla ratione fieri poſſe videbatur. Caterũ ſi vulturis/aut aquilæ alas induiſſem: nã has ſolas ſufficere ad humani corporis modũ: futurũ forſitan vt mihi ſuccederet experientia. Itaq; correptis auibus/alteri dextram alam/porro vulturi ſiniſtram amputaui: idq; admodũ ſcite. Deinde quũ obligaſſem/humeriſq; loris validis accommodaſſem/tũ ſummis pennis anſas quaſdam manibus inferendis addidiſſem, mei ipſius periculum faciebam/primũ ſubſiliẽs ac manibus interim ſubſeruiẽs/ et anſerũ exemplo paulum adhuc a terra volatu me ſuſtollẽs/ inter volãdũ ſummis interim pedibus ingrediẽs. Poſtea quũ res ex animi ſentẽtia ſuccederet, iam audacius etiã experimentũ aggrediebar: conſcenſaq; arce demiſi meipm p pręceps: atq; inde in ipm ferebar theatrũ. Mox vbi nullo periculo deuolaſſem, ſublimia iam et ardua cogitare cœpi: ac tollens me a Parnetho ſiue Hymetto ad Geraneã vſq; volabam. Rurſum inde ad Acrocorinthum ſubuolaui: deinde ſupra Pholoen et Erymanthũ ad Taygetum vſq;. Ergo quũ tandẽ audax facinus ſatis eſſem meditat9: iãq; pfectus et altiuol9 euaſiſſem: nõ amplius de pullis imitãdis cogitabã: verũ cõſcenſo Olympo cibo q̃leuiſſimo paſt9/inde recta in cælũ tẽdere cœpi: initio qdẽ oborta oculorũ vertigine ob pfunditatẽ. et poſtea ferebã et hoc quoq; facile. Verũ vbi iam ipſi lunæ vicinus eẽm/ plurimũq; nubiũ eſſem emẽſus, ſentiebã me defatigatũ/maxime in ala ſiniſtra/nẽpe vulterina. Huc igit diuerti/ac ſup eam inſidẽs requieſcebã/in terrã interim e ſublimi reſpiciẽs: neq; ſecus q̃ Homericus ille Iuppiter nũc bellaciũ Thracũ regionẽ deſpiciẽs/nũc Myſorũ/ mox (ſi libuiſſet) Græciã/Perſidẽ/Indiãq;: ex qbus oĩbus varia quadã voluptate pfundebar. AMIC. Ergo iſta quoq; narrabis Menippe: ne vlla prſus pegrinationis pte fraudemur: quin potius ſiqd obiter in itinere cõſpexiſti/ fac vt hoc quoq; ſciamus. Nã ego ſane haud mediocria dicturũ te expecto: de terræ forma: deq; oĩbus quæ in terra ſunt: cuiuſmodi tibi viſa ſunt ex alto contemplanti. MENIP. At tu qdẽ recte cõiectas Amice. Quãobrẽ quaten9 licet conſcenſa luna inter narrandũ peregrinãti comes eſto/ſimulq; mecũ cõtemplare totã terræ ſpeciẽ/habitũq;. Atq; initio qdẽ admodũ puſillam quãdam terrã mihi videre videbar: multo, inquã, luna minorẽ: ita vt ego repẽte intẽtis oculis diu dubitarẽ/ vbinã eſſent tanti illi mõtes/ ac tantũ mare: quod in Rhodiorũ coloſſum cõſpexiſſem: tum Phariã turrim: haud dubie prſus vbinã eſſet terra me prſus latuiſſet: verũ iſta q; ſint ſublimia/ præq; cæteris eminẽtia/præterea oceanus paulatim ad ſolem reſplendeſcẽs indicabant terrã eſſe id quod videbam. Mox vbi fixius intenderem oculos, iam mihi omnis mortaliũ vita cœpit eſſe conſpicua: nõ ſolum ſingulæ nationes

atq; vrbes:ſed plane videbam nauigantes/bellantes/ agricolantes/ litigãtes mulieres/feras:et vt ſummatim dicam
Quicquid tellus educat alma.
AMIC.Iſta quæ nunc dicis hand quaq; ſunt veriſimilia:ac ſecũ pugnantia. Etenim quũ paulo ante Menippe terrã requireres ꝓpter ingens in medio interuallum in arctũ contractã:adeo vt niſi coloſſus tibi feciſſet indiciũ,forſitan aliud quiddã videre te credidiſſes : qui repente factus lynceus/cũcta q; ſunt in terra dignoſcis/homines/feras/ac ꝓpemodũ etiã culicũ nidos. MENIP.Recte tu quidẽ admones:nã qđ maxime dictũ oportuit /id neſcio quo modo præterii.Siquidẽ quũ ipſam quidẽ terrã cõſpectã agnoſcerẽ : cæterũ relíqua nõ poſſem pſpicere ꝓpter altitudinẽ:nimirũ iam nõ ptingente oculorũ acie:grauiter ea res me diſcruciabat / ac vehementer ꝓplexũ habebat. Ego quũ ad hũc modũ eſſem ſolicitus ac ꝓpemodũ etiã lachrymarer/ adeſt a tergo ſapiens ille Empedocles ea ſpecie vt carbonariũ quẽpiã eſſe diceres cinere ꝯppletus/atq; exuſtus.Hũc ego quũ vidiſſem(dicendũ eſt enim) nõ nihil perturbabar/ ratus dæmonẽ aliquem lunarem videre me. At ille.Bono,inquit,es animo Menippe.
Nullum ego ſum numen:quid me immortalibus æquas!
Sũ Empedocles ille phyſicus: etenim vbi me præcipitẽ in crateras iniecíſſem fumus ab Aetna raptũ huc ſubuexit.Itaq; nunc lunã incolo:aeriuagus plærunq;:ac rore victito.Adſum aũt hæſitantiã iſtã tibi adempturus:nã illud (ni fallor)male te habet/torquetq; q; nõ liceat tibi pſpicue terram cernere. Bene abs te factũ eſt inquã optime Empedocles : vbi primũ deuolaro rurſ⁹ in Græciã tui memor ſacrificabo tibi in fumario:atq; in Nouiluniis/ ter ad lunã inhians vota faciam.Imo per Endymionẽ inquit ille: haud huc acceſſi præmii gratia:ſed affectio quædã mouit aĩm meũ quũ te viderẽ affectũ moleſtia:verũ ſcis quid facies:quo perſpicax fias! Nõ ꝑ loũẽ,inquã,niſi tu mihi forſitan caliginẽ amoueas ab oculis:nã in præſentia videor nõ mediocriter lippire. Atqui me,inquit ille,nihil erit opus. Etenim vt acute videas ipſe tecũ e terra allatũ habes penes te. Quid igit eſt iſtud inquã!neq; enim noui.An ignoras,inqt,te dextrã aquilæ alam indutũ eſſe! Scio inquã maxime ſed qd alæ cũ oculo!Q m̃,inqt,aquila inter animãtia cætera acutiſſimi viſ⁹ eſt:vnde ſola ſolem aduerſũ obtuet: atq; ita demũ eſt rex et ingenua aquila ſi non cõniuẽtibus oculis aduerſus radios aſpiciat. Ita quidẽ aiunt inquam Quare iã me pœnitet q nõ meis exẽptis oculis aqlinos inſeruerim cũ huc aſcenderẽ.Nã nũc ſane dimidiatus aduenio/neq; oĩ ex pte ſatis regaliter adornatus:quin magis adſilis videor nothis iſtis et abdicatis. Attñ i te eſt,in

quit,vt ptinus alterũ oculũ regalem habeas. Etem̃ si assurges/velisq; cohibita vulturis ala/alterã solam mouere,iuxta ꝓportionem alæ dextro oculo cernes acute,quo minus altero cęcutias/nulla ratione succurri potest:propterea q̃ ad ptẽ ptineat deteriorẽ. Mihi,inquã,satis est/si vel dextra ex pte aglino more cernã. Nihilo em̃ fuerit deteri9:cũ mihi nõ raro vidisse videar fabros altero oculo melius etiã ad regulã exæquãtes ligna. Hæc locutus sil' ea faciebã quæ p̃ceperat Empedocles:ille interim paulati subducẽs sese sensim in fumũ euanuit. At sil' atq; mouissem alã,ingẽs lumẽ mihi circũfulsit: adeo vt cũcta fierẽt in cõspicuo quæ hacten9 latuerãt. Deflexis igit in terrã oculis,clare videbã et vrbes/et hoies:et quæ fiebãt:neq; solũ ea q̃ sub dio/verũetiã q̃ domi faciebant:rati sese a nemine videri. Ptolomæũ vidi cũ sorore rẽ habentẽ. Lysimacho struentẽ insidias filiũ. Antiochũ Seleuci filiũ nouercę clanculũ innuentẽ. Thessalũ Alexãdrũ ab vxore tolli e medio. Antigonũ filii vxorẽ adulterio stuprantẽ. Attalo venenũ porrigẽtẽ filiũ. Rursũ ex altera pte Arsacen interficientẽ mulierculã:et Arbacẽ eunuchũ gladiũ educẽtem in Arsacen. Porro Spartinus Medus e cõuiuio foras ꝓtrahebatur a satellitibus,calice aureo in frontẽ impacto. Atq; his ferme cõsimilia tũ in Libya/tũ apud Scythas ac Thraces ĩ regiis geri licebat cernere. Nẽpe adulterãtes/occidẽtes/insidiãtes/rapiẽtes/peierãtes/trepidãtes: nõnullos ab intimis amicis ꝓdi. Ac regũ gdẽ negotia hmõi mihi spectaculũ exhibebãt. Cæterũ q̃ factitabãt plebei lõge magis erãt ridicula. Siqdẽ et inter hoc videbã Hermodorũ Epicureũ ob mille nũmũ peierantẽ. Agathoclẽ Stoicũ de mercede discipulũ ĩ ius vocãtẽ. Cliniã rhetorẽ ex Aesculapii fano phialã aureã suffurantẽ. Herophilũ Cynicũ in fornice dormientẽ. Quid em̃ alios cõmorẽ:q parietes pfoderent:q lites agitabãt:qui fœnerabãt:qui reposcerẽt: Nã variũ quoddã et vndiq; mixtũ erat spectaculũ. AMIC. Atqui recte facies Menippe,si ista quoq; retuleris. Cõsẽtaneũ est em̃ te ex his nõ vulgarẽ cepisse voluptatem. MENIP. Ne fieri quidem potest Amice vt cũcta ordine recenseam: quũ spectare modo ista fuerit difficillimũ: verum rerum fastigia eiusmodi ferme videbantur: qualia refert Homerus in clypeo: vbi erant conuiuia/nuptiæq;. Altera ex pte iudicia/et conciones. Rursum alia ex parte sacrificabat quispiam. In proximo vero conspiciebatur aliquis lucrum agens. Porro quum ad Geticam respicerem,videbam belligerantes Getas. Rursum vbi ad Scythas deflecterem/cernere erat errantes in plaustris. Mox vbi paululum in diuersam partem deflexissem oculum,spectabam agricolãtes Aegyptios. Phœnix scortabatur. Cilix latrocinabatur. Lacon loris cędebatur. Atheniensis causas agebat. Hæc omnia quũ eodem

tempore gererentur : cogita nũc cuiuſmodi viſa fuerit rerũ confuſio. Non aliter: q̃ ſi quis producat multos ſaltatores: vel potius multas choreas, deinde p̃cipiat vt omiſſo concentu propriam quiſq; cantionẽ canat. Deinde ſi certatim canat vnuſquiſq; & peculiarem ſuũ cantũ abſoluere ſtudeat, vociſq; magnitudine vicinũ ſuperare contẽdat: cogita tecũ per Iouem cuiuſmodi futurus ſit eiuſmodi cantus. AMICVS. Modis omnibus Menippe ridiculus ac confuſaneus. MENIPPVS. Atqui amice / hoc genus ſunt omnes qui i terris choreas agũt: oĩſq; mortaliũ vita ex huiuſmodi conſtat diſcrepãtia: quippe qui non modo ſonent abſona: verũ & ornatu ſint diſſimili, diuerſaq; moueant: neq; quicq̃ idem cogitent: donec choragus omnes e ſcęna exigat: negans diutius choreas ducere oportere. Id vbi factũ eſt iam omnes ſunt inter ſe ſimiles : taciti, nec amplius cõfuſam illã, & incõpoſitã canẽtes cantionẽ. Verum in vario ipſo ac multiformi Theatro / videlicet ridicula erant quæ gerebãtur omnia. præcipue vero mihi riſum mouebãt ii qui de agrorũ finibus contendebant : quiq; ſibi placerent hoc nomine q̃ Sicyoniũ agrũ colerent: aut q̃ Marathonis eam partem haberent, quæ eſt iuxta Oenoen: aut q̃ in Acarnania iugerũ mille poſſiderent. Cũ vniuerſa Græcia, quemadmodũ id tẽporis mihi e ſublimi deſpicienti videbatur, quatuor digitorũ ſpatiũ habere videretur. Attica niſi fallor proportiõe, minima pars erat. Itaq; perſpexi quid eſſet reliquũ: qđ diuitibus iſtis animos tolleret. Et enim is qui inter hos q̃plurimũ agri poſſidebat: vix vnã ex Epicureis Atomis colere mihi videbatur. Cæterũ vbi ad Pelopõneſum flexiſſem oculos: deinde terrã Cynoſuræ ſubiectã aſpexiſſem: veniebat in mentẽ pro quãtula regione quæ nihilo eſſet latior lente Aegyptia: tam ingens Argiuorum ac Lacedæmoniorũ multitudo cecidiſſet vno die. Porro ſi quẽ cõſpexiſſem auro ſuperbientẽ: q̃ annulos haberet octo: phialas quatuor: magnopere ridebam & hunc. Nam pangęũ vniuerſum / vna cũ ipſis metallis vix erat magnitudine micę. AMICVS. O te felicẽ Menippe: qui tam nouũ ſpectaris ſpectaculũ. Sed age dic mihi per Iouem, ciuitates atq; homines ipſi, quãti videbãtur: ex alto contẽplanti! MENIPPVS. Equidem arbitror te ſæpenumero formicarũ concionẽ vidiſſe. Aliquas in orbem obambulantes: nõnullas exeuntes: rurſum has in ciuitatem redeuntes. Atq; hęc quidẽ fimũ exportat: hæc alicũde raptam fabæ tunicã, aut dimidiatũ frumenti granũ currens apportat. Conſentaneũ eſt autẽ pro ratione vitæ formicarũ: eſſe apud illas et ædiũ fabros, & concionatores, & magiſtratus, & muſicos, & philoſophos Sed vrbes ſane cum ipſis viris, formicarũ nidis maxime videbãtur adſimiles. Q̃ ſi tibi videtur humilius exemplum: viros cum formicarũ republica

conferre:vetuſtas Theſſalorũ fabulas ſpecta. Reperies enim Myrmidonas/ gẽtẽ bellicoſiſſimã e formicis viros natos eſſe. Iã poſteaq; ſatis ſpectaſſem omnia,ſatiſq; riſiſſem,excuſſi meipſum: ſubuolaui
Ad reliquos diuos louis altitonantis in ædes.
Nondũ ſtadiũ aſcenderã, cũ Luna/ fœminea ſonãs voce Menippe inquit: ita tibi cõtingant q̃ optas.Inſerui mihi in re quapiã apud louẽ.Dic inquã neq; enĩ erit moleſtũ:niſi ſi qd oneris ſit portãdũ. Nũtiũ inquit quẽdã haud graue ac petitionẽ meo noĩe loui pferes. Enecor Menippe:& multa,& intolerãda ab iſtis philoſophis audiẽs.Quibus pterea nihil eſt negotii:niſi vt curioſi res meas exqrãt.Quæ ſim.Quãta ſim.& quam ob cauſam diſſecer, dimidiataq; fiã:curq; vtrinq; gibboſa videar.Tũ hi me dicũt inhabitari:illi ſpeculi ritu/ ſupra mare ſuſpẽſam eẽ. Alii rurſus/ qd quiſq; ſecũ excogitarint/ hoc mihi tribuũt. Poſtremo : ipm quoq; lumen aiũt mihi & furtiuũ eſſe & adulterinũ:qdq; ſuperne a ſole proficiſcatur:neq; finẽ faciunt:etiam cũ hoc qui mihi frater eſt cõmittere me, & factionẽ inter nos ſerere conãtes. Neq; ſatis erat illis: quæ de ipſo dixerũt ſole: ſaxũ eſſe illũ, & maſſam candẽtem. Et tamen q̃ multarũ rerũ illis ſum conſcia:quas noctu patrant,turpiſſimas et execrandas:cũ interdiu tetrici ſint, & aſpectu virili , habituq; graues & imperitorũ oculos in ſe cõiectos habẽtes.Atq; ego cũ iſta videã: ſileo tamẽ. Neq; enĩ decorũ arbitror : retegere atq; in lucẽ efferre nocturnas illas diatribas:& quã quiſq; in opto viuat vitã.Quinetiã ſi quẽ conſpicerẽ adulterantẽ,aut furantẽ,aut aliud facinus q̃ maxime nocturnũ audentẽ: cõtinuo cõtracta nube tegebã:ne vulgo oſtenderẽ/ viros ſenes/ea gerẽtes quæ neq; barbę prolixę,neq; virtutis profeſſioni eſſent decora.
At iſtis pro nihilo eſt oratione me diſcerpere/modiſq; oĩbus cõtumelia afficere.Adeo vt/teſtis eſt mihi nox ipſa/ſępius in aĩo habuerim q̃ poſſem hinc longiſſime demigrare quopiã: vbi liceret curioſam iſtorũ linguã effugere. Hęc igitur memineris vt loui renũties:ſimulq; illud addas ne fieri qdẽ poſſe:vt hoc in loco durẽ, niſi phyſicos illos cõminuat:dialecticis os occludat Stoam demoliat:Academiã exurat:quæ in Peripato habẽtur diatribis finẽ imponat.Siqdẽ ad hũc deniq; modum fiet,vt mihi paretur quies,deſinãtq; me quotidie cõmetiri. Fient iquã quæ mãdas,ſimulq; recta ad ipſum cœlum tendebam.
Nulli vbi comparent hominũve boumve labores.
Etenim paulo poſt ipſa etiã Luna mihi perpuſilla videbatur e ſublimi. Tãdem & terrã obtexerat. Porro relicto ad dextram ſole per ipſas volans ſtellas tertio die ad cœlũ peruẽni.Ac primũ quidem mihi viſum eſt/protinus

ita vt etã introire: ratus facile fieri posse vt fallerẽ: quippe dimidia mei pte aquila. Porro aquilã sciebã iam olim esse Ioui familiarẽ. Post apud me ppẽdebã illos q̃primũ deph̃esuros eẽ me: qui alterã alã vulturinã indutus eẽm. Quapropter optimũ factu ratus, nõ temere venire in periculũ: adiens pul sauí fores. At Mercurius audito pulsu, ac nomẽ percontatus meũ, festinato abiit: Ioui renũciaturus. Nec multo post intro sum accersitus, magnopere pauitãs ac tremẽs. Offendoq; deos omneis pariter cõsidẽtes: nec hos absq; sollicitudine. Nõnihil em̃ animos illorũ turbabat nouus & inopinatus aduentus meus. Et quantũ antea, nũq̃ expectabãt futurũ, vt mortales omnes mox aduenirẽt: ad eũdẽ modũ alati. Porro Iuppiter / admodũ terribili vultu, toruoq; & Titanico me obtuens, iquit. Quisnã es, & vnde venis? vbi nã vrbs tibi: quiue parẽtes? Hoc vbi audissem, ppemodũ metu sum exanimatus. Attamẽ cõstiti stupidus, preq; vocis magnitudine attonit9. Aliquãto post ad me reuersus, oĩa dilucidę exposui: ab ipso exorsus capite. Quẽadmodũ cõcupissem sublimia illa cognoscere. Quẽadmodũ accessissem ad philosophos. quẽadmodũ pugnãtia loquẽtes audissem. Quẽadmodũ despassem: distractus illorũ dictis. Deinde meũ inuẽtũ: tum alas, reliquaq; oĩa, vsq; ad ipm cœlũ. Post oĩa addidi, quæ Luna mãdarat. Itaq; ridẽs Iuppiter exporrectis aliquantũ supciliis, Quid dicas inqt de Zeto & Ephialto: cũ ausus sit & Menippus in cœlũ ascendere! At in pſentia qdẽ, te ad hospitii cõsuetudinẽ inuitamus. Cras inquit, sup his quorũ gratia huc aduenisti, dato responso dimittemus. simulq; cũ dicto surgens, ibat ad eã cœli partẽ vnde maxime oĩa poterant exaudiri. Iam enim tẽpus erat: vt votis audiendis consideret. Atq; interim inter eundũ percontabatur me super his negotiis, quæ essent in terra: ac primũ quidẽ illa. Quanti nũc venit triticũ in Græcia. Et nũ superior hyems grauiter vos tetigit. Et num holera egẽt hymbre copiosiore. Sub hæc rogabat: nũquis adhuc supereſſet e Phidię genere. Et quã ob causam Atheniẽses tot annos Iouialia intermisissent: & num in animo haberẽt Olympiũ suũ absoluere. Et nũ essent comph̃esi: qui tẽplũ Dodonęũ sacrilegio spoliassent. Ad ea cũ respõdissem, Dic mihi (inqt) Menippe: de me vero quã habẽt hoĩes opinionẽ! Quã ĩquã o here, nisi maxĩe piã! nimirũ oĩm deorũ regem esse te. Ludis tu q̃dẽ inquit. Cęterũ ego cõtentionẽ illorũ pbe noui: etiã si nihil fateare. Siq̃dẽ fuit olim tẽpus cũ illis & vates esse viderer, et medicus. In summa vnus erã oĩa. Tũ Iouis plenę erãt, & viæ oẽs simul & mortaliũ conciones. Pisa ac Dodona splendidę erant / ac cõspiciendę oĩbus. Porro prę fumo sacrorũ, nec attollere oculos mihi licebat. Verum posteaq; Apollo apud Delphos constituit oraculũ: Aesculapius medicinæ officinã

Pergami: simul atq; Bendidiũ natũ est in Thracia: Anubis tẽplũ in Aegypto: Dianæ apud Ephesios: ad ista quidẽ concurrũt oẽs: solẽnes cõuentus celebrãt: Hecatombas offerũt: mihi vero tãq; ætate defecto, abunde magnũ honorẽ habuisse se putãt: si solido quĩquẽnio sacrificarint in Olympia. Proinde videas aras meas frigidiores, q̃ sint vel Platonis leges, vel Chrysippi Syllogismi. Huiusmodi quępiam confabulati in eũ peruenimus locum: vbi consessurus erat ad exaudienda vota. Erant autẽ ordine sitę fenestræ, cuiusmodi sunt ora puteorũ, habentes opercula. iuxta vnãquãq; sella posita erat aurea. Itaq; Iuppiter cũ ad primã assedisset, detracto operculo, præbuit sese petentibus. Optabant autem ex omni vndiq; terra diuersa, variaq;. Nã ipse quoq; admotis pariter auribus simul audiebam vota. Erant autem huiusmodi. O Iuppiter contingat mihi regnũ. O Iuppiter contingat, cepas & alia mihi puenire. O Iuppiter vtinam pater mihi breui moriatur. Rursum alius aliquis dicit. Vtinam existam hæres vxoris. Vtinam nemo rescisca t me struxisse insidias fratri. Contingat mihi vincere litem. Coronari Olympia. Porro ex his qui nauigabant, hic optabat vt spiraret Boreas: ille vt notus. Agricola optabat pluuiam. Contra fullo solem. At Iuppiter audiens, et singula vota diligenter expendens: non omnibus pollicebatur.

Verum hoc concessit Saturnius: abnuit illud.

Nam iusta vota per os fenestræ sursum admittebat, admissa ad dextrã statuens. Rursus iniqua remittebat irrita, flatu deorsum redigens: ne possint ad cœlum accedere. Superuno quodam voto videbam illum etiam ambigentem. Etenim cũ essent duo: qui diuersa peterẽt: æquales victimas pollicitãtes: nõ inueniebat vtri potius annueret. Itaq; iam academicon illud illi accidebat, vt nihil statuere posset. Verũ exemplo Pyrrhonis suspẽsus hęrebat etiam ac consyderabat. Porro cũ iam satis vota proponẽtibus dedisset operã: ad proximã digressus sellam, & ad secũdã fenestrã, prono capite fœdera feriẽtibus, ac iurãtibus dabat operã. Vbi his quoq; respõsum esset, ac Hermodorũ Epicureũ fulmine cõminuisset: ad pximã deide sellã sese trãstulit: de diuinationibus ominib⁹ & auguriis auditurus. Hinc ad sacrificiorũ fenestrã transiit. per qd fumus ascẽdẽs denũciabat Ioui nomen vniuscuiusq; qui rẽ diuinã faceret. Rursum omissis his ventis & horis mãdabat: q̃ facere deberent. Hodie apud Scythas pluito: apud Libyes fulgurato: apud Græcos ningito. At tu borea spira in Lydia. Tu note quiesce. Zephyrus Adriani vndas cõcitet. Tum in Cappadociã grandinis mille modii dispgant. Tandẽ oĩbus ferme ordinatis, discedebam⁹ in eũ locũ vbi cõpotãt dii. Jã em cœnę tẽpus erat. Meq; Mercurius arreptũ iussit accumbere iuxta Panem &

Corybãtes & Attim ac Sabariũ: inqlínos íſtos & ãcípítes deos. Interea panẽ exhíbebat Ceres: Bacchus vínũ: Hercules carnes: myrtũ Venus: Neptun⁹ Menides: ſimul interím et ambroſiã et nectar furtím deguſtabam. Nã optímus ílle Ganímedes, vt eſt hominũ amans, ſiquãdo cõſpexíſſet louem auertere oculos / nectarís cyathũ vnũ / nõnũq; etiã duos míhi ínfundebat. Díi vero quẽadmodũ alícubi díxit Homerus / et ípſe opinor / vt ego illíc cõſpícat⁹ neq; frumentũ edũt / neq; potãt nigrantia vína: verũ ambroſiam apponũt / et nectare ínebriãtur: præcípue vero gaudent veſcí ſacrificiorũ fumo vna cũ ípſo nídore: ſubuolante ad hæc ſanguíne victímarũ: quẽ ſacrificãtes arís ínfundunt. Cæterum ínter cœnandũ et Apollo cíthara canebat / et Sílenus Cordacẽ ſaltabat: et muſæ ſurgẽtes ín medíum tũ Heſíodi Theogonías nobís canebãt: tum primũ ex Pindarícis hymnís odam: deínde omnium ſaturí requieuímus: quo quíſq; ſederamus loco: ſatís vuídi potu.

At relíqui noctem díuíq; / hominesq; per omnem
Dormíbant: me nequaq̃ ſopor altus habebat.

Verum mecũ animo verſabam cũ alía permulta / tum ílla præcípue / quí fieret: vt Apollíní tanto iam tempore nõ ꝓueníret barba / aut quo pacto naſceretur níx ín cœlo / quũ ſol ſemp adeſſet / vnaq; conuíuiũ agitaret. Ac tũ quídem puſillum obdormíí: mane vero ſurgens Iuppíter iuſſít índuci cõcionẽ mox quũ adeſſent omnes / ſic farier ínfit. Vti vos conuocarem ín cauſa fuit hoſpes hic quí heri aduenít: verũ quũ alíoquí iamolim mihí fuerit animus communicare vobíſcum de philoſophís / maximeq; vero a luna / híſq; de quíbus ílla queritur cõmotus, ſtatuí haudquaq̃ diutius ꝓgare cõſultationẽ. Eſt enim hominũ genus quod non ita prídem ín vita fluitare cœpit / íners / contentioſum / gloríæ auídum / íracundum / gulæ ſtudioſum / ſtultum / faſtuoſum / contumelioſum: et vt verbís Homerícis dícam

Telluris ínutile pondus.

Iſtí ígitur ín ſectas diuiſi / ac varíís rationũ labirynthis excogitatís, alíí ſe ſe Stoícos appellãt: Academícos alíí: alíí Epícureos: alíí Peripateticos: aliís ítem vocabulís hís multo magís rídiculís. Deínde vbí venerandũ íllud virtutís nomen índuerínt / tum adductís ín altum ſupercíliís / ꝓmiſſaq; barba / fucato habítu obambulant / deteſtandos mores ſecum circũferentes: ſimillími nimírũ íſtis Tragœdiarũ hiſtrionibus: quib⁹ ſi perſonas / ſtolamq; íllam auro ſparſam detraxerís, quod ſupeſt / id rídículum eſt: nempe homũculus ſeptem denaríís ad agonem conductus. Atquí huiuſmodí quum ſint / mortales quídem vniuerſos aſpernantur: de díís vero abſurda prædícant: contractíſq; cœtibus adoleſcentulorum, quos níhil negotíí ſit fallere, nobílem

illã virtutẽ ostentant/et verbor ambiguitates docent:atq; apud discipulos tẽperantiã semp ac modestiã laudãt:opes ac voluptatẽ execrañt:cæterũ vbi soli & apud sese eẽ cœperit: qd attinet dicere:quãtope sese igurgitẽt:q̃ imo dici sint ad venerẽ:quẽadmodũ aũt ẽt assiũ sordes oblingãt! lã illud est oĩm grauissimũ: q; cũ ipi nihil agant,neq; publicũ, neq; priuatũ:sed inutiles ac supuacanei desideãt: Nusq̃ in consiliis,nusq̃ numerentur in armis:
Tamẽ reliquos accusant:ac virulẽtis qbusdã dictis cõgerẽtes/neq; nõ male dicta q̃dã meditati,obiurgãt:p;ximisq; conuitiañt. Adeo vt is iter hos primas tenere videañ q clamosissimus sit & ipudẽtissim⁹, & ad maledicẽdũ audacissimus. At sane si qs istũ sine fine ista faciẽtẽ,vociferãtẽ,& cęteros incusantẽ pcõtetur:ad hũc modũ. Tu vero qd tãdẽ facis! Aut qd p deos dicem⁹. te ad vitã cõferre! Nimirũ respõdebit:si modo recta veraq; fateri volet:hoc modo. Nauigare qdẽ,aut agros colere,aut militare, aut artẽ aliquã aggredi,supuacaneũ mihi videť. Cęterũ clamo,squaleo,frigida lauo,incalceatus per hyemẽ obambulo:ac veluti Momus ille, q̃ ab aliis gerunť calũnior. Ac si qs diuitũ sumptuosius opsonarit:aut amicã habeat:id exqro,atq; idignor Q2 si amicorũ qspiã aut sodaliũ, morbo decũbat, curaq; & obsequo egeat:id ignoro. Hoc gen⁹ sunt nobis o dii hę pecudes. Iã vero q ex his vocañt Epicurei,vehemẽter sunt etiã cõtumelioſi, neq; mediocriter nos mordẽt:affirmãtes neq; diis eẽ curę res mortaliũ, neq; oĩno cõsyderari a nobis qd apud illos agať. Quasobres tẽp⁹ est vt de his cõsultem⁹:propterea q; si semel valeãt hęc psuadere iis q sunt in vita:nõ mediocriter esurietis. Quis em̃ post vobis rẽ diuinã faciat cũ nihil ide expectet emoluměti! Nã de qb⁹ Luna hos accusat,oẽs audistis heri narrãtẽ hospitẽ. Sup his cõsultate,quæ pariter & hoibus sint q̃vtilissima, & nobis q̃minime periculosa. Hęc locuto Ioue frequẽs adfremebat concio:mox clamatũ est ab oĩbus effulmina:exure: cõminue:in barathrũ:in tartarũ:vti gigãtes. At Iuppiter rursum indicto silẽtio fiẽt ista inquit, quẽadmodũ vultis. Oẽs cõminuẽtur cũ ipsa sua dialectica. Q2q̃ in p̃sentia sane,fas non est punire quẽq̃. Est em̃ Hieromenia sicuti nostis,quatuor hos mẽses. Iãq; inducias promulgaui. Itaq; proximo anno ineunte vere,mali male perdentur formidando fulmine.
Sic ait atq; supercilijs pater annuit atris.
Porro de Menippo hęc mihi vidẽtur inqt, vt adẽptis illi alis nequando denuo redeat,a Mercurio deferať in terrã. Hęc locut⁹ dimisit cœtũ. Me vero Cyllenius dextra aure suspẽsum heri circiter vesperã deposuit ĩ Ceramico. Audisti oĩa:oĩa inquã amice:q̃ e cœlo mecũ adfero. Quare abeo iã eadẽ hęc renũciaturus philosophis in Pœcila inambulantibus. FINIS.

Luciani

TOXARIS SIVE AMICITIA DIALOGVS LVCIA' ni Eraſmo Roterodamo Interprete. Interlocutores Mneſippus Græcus. Toxaris Scytha.

MNESIPPVS.

OVid ais Toxaris? Sacrificatis Oreſti ac Pyladi vos Scythæ: deoſq; eſſe illos creditis? TOXA. Sacrificam⁹ Mneſippe: ſacrificamus inquã: haud tamẽ deos eſſe arbitrati/ ſed viros bonos. MNE. An vero mos apud vos etiã bonis viris/ poſteaq; vita defuncti ſint, pinde vt diis ſacra facere? TOXA. Nõ iſtuc modo: verũ eoſdẽ feſtis dieb⁹ ac celebribus cõuentibus honoramus. MNE. Quid captantes aut ſperãtes ab illis? Neq; em̃ quo beniuolentiã illorũ cõcilietis/ ob id rem diuinã illis facitis quũ iam ſint mortui. TOXA. Nihil officiat fortaſſis: ſi et eos q mortui ſũt ꝓpitios haberemus: q̃q̃ nõ ob id tãtũ hæc facim⁹: quin magis exiſtimamus nos rẽ vehemẽter cõducibilẽ: et his q in vita ſunt eſſe facturos: ſi præſtãtiũ virorũ memoriã celebremus: honorẽq; habeamus iis, q vita defuncti ſunt. Siqdẽ hac rõne futurũ arbitramur: vt multi apud nos illorũ ſil'es euadere cupiãt. MNE. Iſta qdẽ recte iudicatis: at Pyladẽ atq; Oreſtẽ quo noie potiſſimũ ſuſpexiſtis: vt diis eos æquaueritis: idq; adeo quũ hoſpites vobis eſſent: vel, qd̃ grauius, hoſtes? Quippe poſteaq̃ naufragio eiecti ab iis q tũ Scythiã incolebãt eſſent cõp̃henſi/ abductiq; vt Dianę imolarẽt: adorti carcerarios neq; nõ opp̃ſſis excubiis/ et regẽ trucidarunt/ et aſſũpta ſacerdote, quin ipſa quoq; Diana ſublata, nauigio ſeſe ꝓripuerũt, irriſa publica Scytharũ lege. Q̃z ſi ob iſtiuſmõi facta honorẽ habetis viris: facile aſſecuti fueritis: vt multos illorũ ſimiles reddatis. lãq; ipſi ab hoc die vſq; ad priſca illa reſpicite nſ̃ vobis expedierit multos in Scythiã Oreſtes ac Pylades appellere. Nã mihi qdẽ iſto pacto mox futurũ videt: vt religionis ac deorũ exptes reddamini, diis q reliqui ſunt ad eũdẽ modũ e regione veſtra in exiliũ ablegatis. poſtea opinor deorũ oĩm vice viros q illos eiectũ venerãt/ diuinitate donabitis: et q ſacrilegi in vos fuerũt: iis tanq̃ diis ſacrificabitis. Q̃z ſi nequaq̃ horũ gr̃a Oreſtẽ ac Pyladẽ colitis/ ſed aliud qppiã Toxaris in vos beneficii cõtulerũt qua gr̃a quũ olim nõ eſſe deos iudicaueritis: nũc e regione ſacra illis facientes/ deos eſſe decreuiſtis. Et q tũ parũ aberãt vt victimæ fierent: iis hũc victimas offertis. Em̃uero ridicula videãt iſta: et quũ his q̃ quõdã ſtatueratis pugnãtia. TOXA. Et iſta qdẽ Mneſippe p̃clara ſũt virorũ illorũ facinora q̃ cõmemoraſti: videlicet duo cũ eſſent/ tã ingentẽ auſũ audere: vt tã ꝓcul a ſua patria ꝓfecti/ mare trãſmitterẽt: Græcis ad id vſq; tpis intactũ: niſi ſolis

iis: q Argo ī Colchidē traiecerūt exercitū: nihil expauefacti / neq; fabulas q̄ de illo ferunt: neq; appellationē veriti: q̄ inhospitū vocaret: videlicet, opinor, qđ ferę vndiq; gētes accolerēt. Deide quū iā capti essent, vsq; adeo strenue sese gesserint: neq; sat habuerint: si tūtū incolumes euaderēt: nisi et a rege acceptā cōtumeliā vlti / et Diana sublata abnauigassent. Quid! An nō admiranda hæc: et quæ diuino quodā honore digna iudicēt: quicqd est hoīm q̄ virtutē suspiciūt! Q̄z q̄ non ista spectātes in Oreste ac Pylade p̄ heroibus illos habemus. MNE. Atq; iā dices: qdnā præter ista suspiciendū patrarint atq; diuinū! Nā quantū ad nauigationē et peregrinationē attinet: nō paucos p̄fecto diuiniores istis ostēdero / negotiatores: atq; inter hos præcipuos Phœnices: qui nō in Pōtū: neq; ad Męotiden vsq; / aut Bosphorū tantū enauigant: verū quaqua versus / Græcū ac Barbarū mare p̄metiūt. Hi siquidē omnē oram / et omne littus (vt ita dixerim) pscrutati in annos singulos, extremo demum autumno in suam patriā reuertūtur: quos scilicet ad eandē rationē p̄ diis habeto: idq; etiāsi cōplures illorū caupones ac salsamētarios esse repies. TOXA. Audi nūc o vir admirāde / cōsyderaq; quāto nos q̄ Barbari vocamur / recti⁹ vobis de bonis viris sentiam⁹. Siqdē in Argo atq; Mycenis ne sepulchrū qdem vllum insigne videre est Orestis ac Pyladis: apud nos vero et templum ostendit: ambobus illis cōmuniter sacrum (ita vt par erat amicis) et hostię offerunt: reliquusq; omnis honos. Porro q̄ hospites erāt nō Scythæ / id vero nihil obstat: quo minus boni viri iudicēt: neq; em̄ p̄ pendimus cuiates sint viri honesti ac probi: neq; inuidemus / si cū amici nō fuerit, res egregias gesserūt. Quin magis admirātes ea q̄ patrarūt, ab ipis factis domesticos ac nostrates illos ducimus. Q đ aūt potissimū stupētes in illis viris efferimus, illud est: q̄ nobis visi sunt amici inter sese longe optimi extitisse: atq; aliis exemplo fuisse / quasiq; legē statuisse: quēadmodū oportet amicos oēm inter se cōmunicare fortunā / curariq; a Scythis: q̄ quidē essent præstātissimi. Itaq; q̄cūq; alter cū altero / vel alter p̄ altero tulit / ea maiores nostri descripta in colūna ærea reposuerūt in templo Orestis: ac leges statuerūt: vt ea colūna prima esset institutio disciplinaq; liberis suis: si meminissent q̄ in illa essent adscripta. Itaq; pene patris q̄sq; sui nomē citius obliuiscetur: q̄ res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin et in porticu templi eadem quæcūq; in columna notant, priscorū picturis adumbrata vi sunt. Nēpe Orestes vna cū amico nauigās: deiñ fracta iter abruptas cautes ip̄orū naue / cōp̄hēsus: et ad victimā adornat⁹: iāq; Iphigenia initiat eos. Ex aduerso vero in altero pariete idē iā vinculis exutus depictus est: ac Thoantem occidens: multosq; ex Scythis alios. Postremo soluentes, abducta Iphi-

genia ac dea. Porro Scythæ fruſtra ſcaphã adoriũt iam nantẽ: hærentes gubernaculis/ac conſcendere conãtes. Deinde re fruſtra tẽtata, alii qdẽ ex eis ſaucii/alii vero eius rei metu cõpulſi/natatu ſemet in ſolũ recipiũt: vbi vel maxime liceat pſpicere/quantã alter in alterũ beneuolentiã pſtiterit in cõflictu cũ Scythis. Fecit em̃ pictor vtrũq; de hoſtibus in ſemet ruẽtibus ſecurũ: ppellentẽ aũt eos: q in alterũ ferunt/ac p illo iaculis occurrere conãtẽ: p nihiloq; ducentẽ ſi intereat ipe/mõ ſeruet amicũ: vel ſuo ipius corpe prẽueniens/excipiẽſq; ictus in illũ intẽtos. Iã vero tantã illorũ beneuolẽtiã/atq; in rebus triſtibus cõmunionẽ/fidẽ/humanitatẽ/veritatẽ/deniq; cõſtantiã alterius in alterũ amoris/hæc haud quaq̃ humana putauimus eſſe: verũ animi cuiuſdã præſtãtioris: q̃ p more vulgariũ iſtorũ mortaliũ: q donec ſecundis ventis nauigatur/amicis indignãtur: niſi ex æquo participes fiant rerũ lætarum: q; ſi vel paululum eis venti reflare cœperint, aufugiunt/ſolos in periculis deſerẽtes. Enimuero vt et illud noueris/ nihil amicitia melius arbitrant Scythæ: neq; eſt in quo Scytha magis glorieť, q̃ in adiutãdis amicis/ cõmunicandiſq; rebus acerbis: quẽadmodũ neq; pbrũ apud nos maius vllum, q̃ amicitiæ deſertorẽ videri. Has ob res Oreſtem ac Pyladem veneramur q; præſtantes extiterint in Scytharũ virtutibus/atq; in amicitia præcellentes: id quod nos oĩm maxime admiramur. Appellationẽ quoq; ex his illorũ factis impoſuimus: vt Coraci vocent: qđ qdẽ nr̃a in lingua pinde ſonat/ac ſiqs dicat/dii amicitię pſides. MNE. Hui Toxaris pfecto nõ arcu mõ valuerũt Scythæ/bellicíſq; in rebus cæteris antecelluerunt: verũ videntur et ad orandũ/perſuadendũq; omniũ aptiſſimi: vnde mihi quĩ dudũ ſecus videretur, nũc eidẽ merito feciſſe videmini: qui ſic Oreſtem ac Pyladem in deorũ numerũ retuleritis. Verũ illud me fugerat vir optime/q; pictor quo q; bonus eſſes. Admodũ em̃ euidenter oſtendiſti nobis quæ ſunt in Oreſtis tẽplo/picturas/pugnãq; virorũ/alteriq; p altero ſuſcepta vulnera. Tãetſi nõ putarã amicitiã vſq;adeo cultã fuiſſe quõdã apd Scythas: magis aũt q; barbari eſſent atq; agreſtes, ſimultate quidẽ/ira/rabieq; ppetuo cõmitti: amicitiã vero ne in familiariſſimos qdẽ exercere ſolitos: idq; cõiiciẽs/quĩ ex aliis quę de illis audim9: tũ ex hoc q; progenitores ſuos vita defunctos deuorãt

TOXA. An nos Græcis quũ aliis in rebus/ tũ in his quæ ad parẽtũ attinẽt cultũ/ſanctiores/magiſq; pii ſim9, in preſentiarũ haud quaq̃ cõtẽderim. Q; aũt noſtrates amici lõge fideliores ſint amicis Græcis: q; amicitiæ rõ maior apud nos q̃ apud vos: haud difficile fuerit docere. Ac p deos Græcorũ ne tibi moleſtũ ſit audire: ſi quæ pſpexi dixero: multũ iã tpis apud vos verſatus. vos enim mihi videmini præclarius cæteris de amicitia verba poſſe

facere:vim vero factaq; illius/adeo non solũ pro sermonũ dignitate non exercere:vt sat vobis sit p̃dicare ea:& quãtum sit bonũ ostendere. At vbi vsu venit:deficiẽtes a sermonibus/nescio quomodo e medio negotio aufugitis. Cęterũ quũ tragœdi ĩ scęnã pgressi/istiusmodi amicitias vobis repsentãt: plęriq; laudatis atq; applauditis:ac pro se mutuo pericliãtib9 illis illachrymatis:ipi vero nihil dignũ laude pro amicis p̃stare audetis. Quin si quãdo forte accidat:vt egeat amicus:ibi ptinus nõ secus atq; ĩsomnia/pcul auolãtes euanescũt vobis multę illę tragœdię:vosq; similes reliquũt inanib9 istis ac mutis psonis:quę diducto rictu,atq; imane hiantes,ne minimũ qdem loquunt. At nos ediuerso/quo sumus ĩ dicẽdo de amicitia posteriores/ hoc ĩ prestãda ea p̃cedimus. Quare si videt ita ĩ presentiarũ agamus:priscos illos amicos valere sinamus:si quos vel nos vel vos ex his q olim fuere,recensere valemus:quãdo ista qdẽ parte vos nimirũ superaueritis:cõpluribus ac gravibus adductis testibus:nẽpe poetis:q Achillis & Patrocli amicitiã,tũ Thesei Perithoiq;,neq; nõ aliorũ necessitudinẽ/pulcherrimis versibus carmini busq; cõtexuerũt. Quĩ paucos quosdam ĩ mediũ adferamus:ex his q nostra ipsorũ memoria fuerit:atq; eorũ res gestas exponamus. Ego qdẽ Scythicas: tu vero Græcanicas. Et ĩ his vter superarit:melioraq; produxerit amicorũ exempla:is & victor esto:ac suã ipsius victoriã promulgato:tanq̃ q pulcherrimũ honestissimũq; certamẽ decertarit:adeo vt ego qdem non paulo malim mihi ĩ singulari victo certamine dextrã amputari: nã ea est apud Scythas victo pœna:q̃ in amicitia quopiam iferior iudicari:p̃sertim Greco:ipse Scytha quũ sim. MNE. Q̃q̃ est haud mediocris negotii cũ viro/ita vt tu es/bellatore/singulari certamine cõgredi: tũ admodum ĩstructo missilibus ac penetralibus narrationibus:haud tamẽ vsq;adeo ignauiter tam cito vniuersam deserẽs greciã/tibi cessero. Etenĩ vehemẽter absurdũ fuerit: quum duo illi tãtum vicerint scytharũ:quantũ fuisse declarãt:tũ fabulę:tũ vetustę vestrę picturę:quas pauloante scite admodũ repsentabas:Grecos omnis tot nationes/tot ciuitates/nullo defendẽte vinci abs te. Nam istuc si fiat:nõ dextrã,quẽadmodũ apud vos solet,sed linguã execari cõueniat. Sed vtrum spectare nos oportet:nũerũ ne eorũ:q̃ amice qs gesserit:an magis quo plures alteruter amicos referre poterit:hoc victoria digniorvidebit? TOXA. Nequaq̃:ĩmo nõ multitudĩe vis horũ spectet:verũ si q̃ tu narrabis facta/his q̃ narrabo videant p̃stantiora magisq; penetrãtia:tũ nimirũ etiã si numero paria sint opportuniora magisq; letalia mihi facient vulnera. Ac pene memet ad ictus accõmodabo. MNE. Probe loqueris. Statuam9 igit:quot erũt satis. TOXA. Mihi qdẽ satis fore videtur:si vterq; quinq; narret exempla.

MNE. Itidē mihi videt: ac prior dicito: verū adiuratus, nimirū non niſi vera dicturum: alioquī fingere eiuſmodī / nō admodum fuerit difficile: palam autē refelli non queant. Porro ſi iuraris: nefas ſit / non habere fidē. TOXA. Iurabimus: ſi quid etiā iureiurādo opus eſſe cēſes. MNE. At quis tibi e diis noſtratibus: nū ſatiſfaciat Iuppiter philius? TOXA. Et maxime. Ego quoq; tibi noſtratē iurabo / meapte ī lingua. MNE. Teſtis igitur eſto Iuppiter philius / quęcūq; dicturus ſum apud te, ea nimirū, vel q̄ viderim ipſe: vel quę ab aliis quoad fierī potuit / diligētiſſime pceperī: narraturū / nihil ex meipſo cō miniſcentē alleuātēq;. Ac primo q̄dem loco Agathoclis Dinięq; amicitiā referā / quæ apud Ionas eſt celebratiſſima. Nā Agathocles hic q̄ Samius fuit: non ita pridē vixit: vir ī amicitia q̄dem pręcipuus / ita vt re declarauit. cętērū reliquis ī rebus vulgo Samiorū nihilo pręſtātior / neq; genere / neq; cętēris itē opibus. Huic cum Dinia Epheſio Lyſionis filio amicitia a puero ītercēſſerat. Porro Dinias ſupra modum ditatus eſt: & quēadmodum ſolēt ii q̄ nuper opes nacti ſunt / cōplures & alios ſecum habebat / ſatis q̄dem idoneos illos / & ad cōpotādum & ad voluptariā conſuetudinē: ab amicitia vero longe alieniſſimos. Atq; ītērim habebatur & Agathocles; cōuiuebatq; & compotabat illis: non admodum approbās eā viuēdī ratione. Dinias autē nihilo hunc potiorē habebat, q̄ cęteros adulatores. Tandē etiam offendere cœpit / crebrius obiurgās: moleſtuſq; videbatur: quippe q̄ admoneret cū maiorum: pręciperetq; vt ſeruaret, quæ multo labore parta / pater illi reliquiſſet: adeo vt ob hæc ne ad comeſſationes quidem illum deinceps adhiberet / ſed ſolus cum illis comeſſaretur celare cupiens Agathoclem. Demum ab aſſentatoribus illis miſero pęrſuaſum eſt: q; adamaretur a Chariclęa Demonactis vxore viri illuſtris, atq; ītēr Epheſios ī honorib⁹ ciuilibus primarii. Iā & literulę a muliere ad illum ventitabāt: & ſerta ſemimarcida & mala quædam admorſa, deniq; quicquid ad hęc lenæ machinantur ī adoleſcentes: quo paulatim illis amorē artibus q̄buſdam īſerant; primumq; hac īcendant opinione: q; ſeſe credant amarī. Nam plurimum illicit & hoc / præſertim eos q̄ ſibi formoſi videntur: donec īprudentes in caſſes inciderint. Erat autem Chariclæa vrbana quidem & elegans muliercula: at ſupra modum meretricia, ſemperq; illius quicunq; forte adiiſſet / etiam ſi quis admodum leuiter concupiuiſſet: quin ſi vel aſpexiſſes duntaxat / protinus adnuebat. nec vllo pacto metuendum erat ne quando recuſaret Chariclæa; admirabilis autem alioquī artifex: quauiſq; meretrice doctior / allicere amatorem: & ambiguus quum adhuc eſſet totum ſubigere. at quum iā teneretur ſcitare: ac magis magiſq; accēdere: nunc ira: nunc blandimētis: ac mox faſtidio: de-

inde iiecta ſuſpitione:quaſi ad alium ſeſe deflexura eſſet: poſtremo omni ex parte egregie docta erat mulier & abſoluta,artibuſq; omnigenis ī amantes inſtructa.Hāc igitur tum Dinię adulatores accerſiuerāt ī adoleſcentulum multaq; adſimulabant quo eum ī amorem Chariclææ ipellerent.Illa porro quæ compluris iam adoleſcentes iugularat,& inumerabiles amores fuerat mentita/domoſq; opulentas euerterat:varium quoddam atq; inexpugnabile malum:vbi nacta manibus eſt ſimplicē & huiuſmodi artium īperitum adoleſcētulum,haudquaq̄ admittebat ex vnguibus:ſed vndiq; oppugnans tentāſq; vbi iam omnium eſſet compos : tum ipſa dum captat capta periit: tum īfelici Diniæ innumerabilium malorum extitit cauſa.Nam primū quidem ſtatim literulas illas ad illum dat:ac ſubinde miſſitat ancillulā quæ renūciaret vt fieret : vt vigilaret:poſtremo vt miſera prę amore ſuffocatura eſſet ſeſe.Donec iam beatus ille perſuaſus/ſibi formoſus eſſe videretur: atq; Epheſiorum vxoribus pręter cęteros adamabilis.Ac tandem ī congreſſum adductus eſt multis precibus exoratus.Et ex eo quidem tempore facilis iam erat coniectura : fore vt caperetur a muliere formoſa:ad voluptatem congredi docta:& in loco flere : & inter loquendum miſerabiliter ſuſpirare:& iam abeuntem amplecti:& adcunti obuiam occurrere:& formam colere ſic vt maxime placitura eſſet:interdum vel voce vel cithara canere:q̄bus omnibus ī Diniam vſa eſt.At vbi ſenſit excruciari/iamq; amore illaqueatum/ ac ſubiugum eſſe factum:aliud ad hęc excogitat : quo miſerum ſubuertat: grauidam ſe ex eo ſimulat(nam hoc quoq; efficax ad magis ac magis īflāmandum ſtultum amantem).Neq; poſtea commeabat ad illum/affirmans a viro obſeruari ſeſe : qui iam amorem perſenſiſſet.Hic vero rem iam non vltra ferre potis erat:neq; durare quibat:quum illam non aſpiceret:ſed lachrymabatur,adulatoreſq; ad ſeſe accerſebat:ac Chariclęæ nomen iclamabat:imaginemq; illius amplexus(candido em̄ lapide fecerat)eiulabat. Demum ī limine abiiciens ſeſe iactabatur:planeq; res extremæ dementiæ ſpeciem obtinebat.Siquidem munera reddita ſunt mulieri:non pro malorum aut corollarum precio:ſed ſolidę domus,agri,famulæ,veſtes florulentę,auri quantum optaret.Quid multa?Breui Lyſionis domus antea inter Iones nobiliſſima exhauſta eſt,atq; exinanita.Deinde vbi iam exuccus eſſet:eo relicto/alium quempiam adoleſcentulum Cretenſem bene nummatum vena ta eſt,illiq; ſubſtituit.Iam videlicet illum adamabat/atq; is qdem credebat. Itaq; Dinias neglectus non a Chariclæa modo:verū etiā ab aſſentatoribus (nā iſti quoq; ad Cretēſem amatorē iā deſciuerāt)abit ad Agathoclem/iāpridem non iſcium:q̄ illi res miſere haberēt. Ac pudeſcens quidem initio,

tamen expoſuit omnia: amorem: egeſtatem: arrogãtiam mulieris: riualem Cretenſem: in ſumma non victurũ ſeſe: niſi cum Chariclæa conſuetudinem haberet. Ille vero intempeſtiuũ eſſe rat⁹ id tẽporis exprobrare Diniæ: quapropter ex amicis vnum ſeſe non admiſiſſet: ſed tũ quidẽ aſſentatores ſuos ſibi antepoſuiſſet: diuendita / quã vnã habebat in Samo / domo paterna, precium illi attulit talenta tria. Quæ ſimul atq; recepiſſet Dinias: haud clam erat Chariclææ: rurſus ſubito formoſus factus: rurſus ancilla & literulæ, & expoſtulatio, q̃ iam diu ſeſe nõ adiiſſet, cõcurrerunt. Item adulatores applaudẽtes: vt viderũt Diniæ adhuc eſſe qđ daret. cũ autẽ pollicit⁹ eſſet ſeſe venturũ ad illã: veniſſetq; primo fere ſomno: eſſetq; intus Demonax Chariclęæ maritus: ſiue q̃ alioqui perſenſerat: ſiue de cõpoſito ꝓditionecq; vxoris (nã vtrũq; fertur) exiliens velut ex inſidiis: & atriũ iubet occludere: & Diniam cõprehẽdi: ignem ac flagra minitãs: neq; nõ gladium tanq̃ in mœchũ educens. Ille porro reputans quibus in malis eſſet: vecte quopiam de proximo, vt iacebat, arrepto / tũ ipſum occidit Demonactem: in tẽpus adigens: tũ Chariclæam: atq; hãc quidẽ non ictu vno: verũ etiã & vecte ſępius & poſtea Demonactis gladio feriẽs. At famuli interea muti ſtabant: rei nouitate attoniti. Deinde cõprehendere conati: quum in hos quoq; ferro inſiliret: ipſi quidẽ aufugerunt. Dinias autẽ clam ſeſe ſubduxit: tanto patrato facinore. Et ad auroram vſq; apud Agathoclem diuerſabatur: pariterq; & quę facta eſſent reputabãt: & quid in poſterum eſſet euẽturum cõſyderabãt. vt autẽ diluxit: milites aderant (iam enim res erat diuulgata) cõprehenſumq; Diniam, nec hũc iam inficiantẽ homicidium, abducunt ad præfectum: qui per id tempus Aſiam moderabatur. Hic eum ad Perſarum regem remittit. nec ita multo poſt relegatus eſt Dinias in Giaron inſulã ex Cycladibus vnam: dãnatus a rege: vt in ea, quoad viueret, exularet. Agathocles autẽ cum reliquis in rebus nunq̃ abfuerat: tum pariter ſoluit in Italiam: & amicorũ ſolus vna eſt in iudiciũ comitatus: neq; vſq̃ defuit officio. Porro vbi iam in exiliũ profectus eſt Dinias: ne tum quidem deſertus eſt ab amico. Quin potius ipſe ſuapte ſponte damnatus / verſabatur in Giaro: ſimulq; cum illo exulẽ agebat. At quum iam rerum neceſſariarũ omnium inopia laborarent: locans ſe ipſum purpurariis vna cum aliis vrinabat: quodq; hinc partũ eſt referens, Diniam alebat. Quin & ægrotanti diutiſſime inſeruiuit: & vbi vita defunctus eſt, noluit vnq̃ in patriam reuerti: verum inibi perſeuerauit in inſula: pudori ſibi fore ratus: ſi vel mortuum amicum deſeruiſſet. Hoc tibi græci factum amici rettulerim: quod quidem non ita pridem accidit. haud enim ſcio an anni quinq; præterierint: q̃ Agathocles in Giaro mortem obiit.

TOXARIS.At vtinã iiuratus ista Mnesip.dixisses:videlicet quo mihi fas esset:eis non habere fidem.Adeo Scythicum quendã amicum Agathoclem istum descripsisti/quin vereor ne quẽ & alium isti similẽ narres. MNESIPPVS.Audi iã & alium Toxari Euthydicum chalcidensem. Retulit autem mihi de hoc Simylus nauclerus Megarẽsis/adiurãs profecto se teste rem factã esse.Aiebat enĩ nauigauisse sese ex Italia Athenas:circiter Pleiadum occasum:collecticios quosdã homines vehentẽ:in his fuisse Euthydicũ:vnaq; cum hoc Damonem Chalcidensem/eiusdem amicum. At natu quidem eos æqualis fuisse:verum Euthydicum/valentẽ robustumq;: Damonem cõtra suppallidum ac valetudinarium:quasi qui nuper(vt apparebat)ex diuturno morbo reualuisset.Itaq; ad Siciliã vsq; feliciter aiebat Simylus nauigasse ipsos.Cęterum vbi trãsmisso freto/in ipso iam Ionio mari nauigarẽt/tẽpestatem maximã eis incubuisse.Quid autẽ attinet multa referre:immanis quasdã procellas ac sinuosas/ tum grandines/& si quæ alia tempestatis mala!vt vero iã haud procul abessent a Zacyntho nuda nauigantes antemna: pręterea & funes quosdã trahentes/quo nimirum vim impetumq; fluctus exciperẽt:circiter noctis medium Damonẽ/qui in tanta iactatione nausearet/vomuisse in mare propẽdentem. Deinde,vt coniicio,naue vehemẽtius in eã partem in quã ille propendebat inclinata,simulq; propellẽte fluctu excidisse eum prono capite in pelagus,neq; nudum tamen videlicet/ vt misero vel natare commode liceret.Mox itaq; succlamasse quum præfocaretur, vixq; sese ab vndis sustolleret.Porro Euthydicum simul atq; audisset / nam forte fortuna nudus in strato tũ erat:abiecisse semet in mare,arreptoq; Damone qui iã deficiebat(diutius enĩ ista videri poterãt luna scilicet relucente)vna iuxta illum nasse,ac subleuasse. Ac voluisse quidem illis opitulari se se miseratos virorum calamitatem,verum nequisse/q; vento pręualido raperentur.Illud tamẽ feciisse:subera complura ad illos proiecisse:tum ex contis aliquot:vt ab his suspensi natarent:si quẽ forte ex eis nãscisserentur.Postremo scansoria quoq; tabulata:quę quidem erãt neutiq; exigua. Cogita iã per deos:qd aliud grauius beneuolẽtiæ documentum quisq; edere queat/in hominẽ amicum/qui noctu decidisset in mare/vsq; adeo sęuiens,q; cõmunicata morte!lãq; adeo mihi ante oculos pone iminentes procellas:fragorem aquæ sese adglomerãtis:spumam vndiq; efferuescentem:noctem:ac desperationem.Ad hęc illum iam pręfocari incipientem , vixq; vndis extantem/ manusq; porrigentem amico:hunc autẽ incontãter insilientẽ,simulq; nantẽ:prorsusq; sollicitum:ne se prior Damon iteriret.Sic enĩ profecto cognosces,q; haud ingenerosum hunc quoq; amicum/videlicet Euthydicũ/retu-

lerim. TOXARIS. Vtrũ perierunt viri Mneſippe: an ſalus quæpiã ex iſperato illis contigit? Adeo ego illis non mediocriter timui. MNE. Bono animo es Toxaris: ſeruati ſunt / quin hodieq; Athenis agũt: ambo philoſophię dãtes operã. Nam Simylus ea demum narrare poterat: quæ noctu videre licuit: hunc delapſum: illum deſilientẽ: ſimulq; nantes: quatenus per noctẽ dabatur aſpicere. Porro quæ poſt hęc acciderint: Euthydicus ipſe narrat. Primum quidẽ, ſubera quędã forte nactos / ſuſpẽdiſſe de his ſeſe, atq; ita hęrentes fluitaſſe, ſane q̃ incommode. Deinde vbi tabulata conſpexiſſent iã ſub aurorã annaſſe: conſcẽſiſq; illis cõmode / deinde nantes appuliſſe Zacynthum. Poſt hos autẽ: qui neutiq̃ mali ſunt, vt ego quidẽ autumo, accipe iã tertium nihilo iſtis inferiorẽ. Eudamidas Corinthius Aretæo, Corinthio, & Charixeno Sicyonio amicis vtebatur: & iis quidem opulẽtis: quum ipſe pauperrimus eſſet. Hic vita decedẽs teſtamẽtum reliquit: aliis quidẽ fortaſſe deridiculum: tibi vero, haud ſcio, an tale ſit appariturũ: viro probo: & apud quẽ amicitia in precio ſit, quiq; vel cum pręcipuis ĩ ea certare queas. ſic enim in eo ſcriptum erat. Lego Aretæo quidẽ: matrẽ meã alendã: atq; in ſenecta foueẽdam. Charixeno vero filiã meã elocandã cum dote: quãta ab illo maxima dari poterit. Erat autẽ illi mater anus: ac filiola iã matura nuptiis, Si quid autẽ interim acciderit alterutri: huius quoq; partẽ (inquit) alter habeto. Huiuſmodi lecto teſtamẽto, ii qui tenuitatẽ quidẽ Eudamidæ nouerant: ãt amicitiã quę illi cum his viris interceſſerat ignorabãt: rem pro ludo iocoq; ducebãt. Nemo certe aderat: qui non cum riſu diſcederet: q; eiuſmodi hęre ditatem Aretæus & Charixenus eſſent accepturi / felices videlicet: atq; ita aiebãt. Si quidẽ perſoluẽt Eudamidę: ſuperſtites ipſi hęreditatẽ tradẽt mortuo. At hęredes / q̃bus iſta erãt legata: vt audierunt: venerunt ilico agnoſcẽtes ratasq; facientes ea quę erant teſtamẽto mãdata. Itaq; Charixenus quiq; duntaxat dies ſuperſtes, diem obiit. Aretęus autẽ optimus ſucceſſor factus, tum illius / tum ſuo ipſius ſuſcepto onere / & matrẽ alit Eudamidę: & filiã nõ ita pridẽ elocauit: ex quinq; talẽtis quę poſſidebat, duobus in propriæ filiæ dotẽ: duobus in amici filiam erogatis. Ac nuptias ambarum eodẽ die fieri voluit. Quid tibi Toxaris Aretæus iſte videtur: numnã leue amicitiæ argumẽtum exhibuiſſe: adita huiuſmodi hęreditate, neq; deſerto amici ſui teſtamẽto? an hunc quoq; in perfectis idoneiſq; calculis ponimus, vt ſit vnus e quinq;? TOXARIS. Et iſte quidẽ egregi⁹: q̃q̃ equidẽ Eudamidã multo magis ob fidutiã admiratus ſum: qua fuit erga amicos. declarauit enĩ q; & ipſe eadẽ fuiſſet facturus erga illos: tametſi non eſſent ea ſcripta in teſtamẽto: verum ante alios veniſſet non ſcriptus talium hæres. MNESIPPVS. Probe

dicis.Sed quartū iā tibi narrabo:Zenothemi Charmoleum, Massīlia oriundum.Cōmonstrabatur autē mihi ī Italia,patriæ nomine legatum agēti,vir decorus:procerus:ac dīues:vt apparebat.Affidebat illi vxor ī rheda iter facienti:quum alioquī deformis,tum dimidia nēpe dextra corporis parte mācа,alteroq; capta oculo/teterrimū quoddā & refugiendū terriculum. Deinde quum demirarer:si decorus ille quum esset ac venustus/sustineret eiusmodi mulierē sibi adiunctā:is qui mihi eum cōmostrabat/causam exponit: quare in id matrimoniarum incidisset.nouerat enī comperte omnia.nā ipse quoq; Massilienſis erat.Menecrati(inquit)huius fœdæ patri,amicus erat Zenothemis:viro diuiti ac honorato:ipse iisdē rebus par. Deinde aliquāto post facultatibus exutus est ex condēnatione Menecrates:quo tēpore pariter infamis & ad capessendos magistratus inidoneus est iudicatus a sexcētū viris,tanq; qui sentētiam iniquā pronunciasset.Ad hunc autē modum inqt nos Massiliēses mulctamus,si quis corrupte iudicet. Grauiter itaq; ferebat Menecrates:primum q; esset condēnatus,deinde,q; e diuite pauper:postremo q; ex nobili repēte factus esset infamis:ac reiectitius.At prēter cętera eī ipsa discruciabat filia iā nubilis:vtpote annos nata decē & octo:quā ne cum omni quidē patris substātia quam ante condēnationē possederat:dignatus fuisset quisq; ingenuus ac pauper facile accipere:quę tam infelici fuerit forma.Quin & concidere dicebatur,idq; circa lunā crescētem. Hæc vbi apud Zenothemim deploraret: bono inquit animo es Menecrates. Neq; enī ipse egebis necessariis,& filia tua dignum aliquē suo genere sponsum iuenerit. Atq; hęc eloquutus,statim apprehēsa illi⁹ dextra,deduxit domū. Ibiq; opes quę illi multę erāt,partitus est cū illo:ac cœna apparari iussa/cōuiuio accepit amicos,& in his Menecratē:veluti iā e necessariis cuipiā persuasisset:vt puellā in matrimoniū acciperet.Posteaq; autē cōuiuiū peregerāt:libassentq; diis,tum vero plenū illi calicē porrigēs:accipe inquit Menecrates,a genero symbolum affinitatis poculum:nā hodie ducturus sum ego filiā tuā Cydimachā:dotē autē iam olim accepi,talēta quinq; & viginti.Illo vero respondēte absit ne feceris o Zenothemis:neue ipse vsqadeo īsaniā:vt te neglectū qui & iuuenis es & formosus,cōspiciā cum deformi puella ac debilitata cōiugatū.Hęc inquā illo loquēte:hic sponsam adiunctā tollēs abduxit in thalamū:ac paulo post prodiit,ea deuirginata.atq; ex eo tēpore cū illa viuit:supra modū diligēs,& quēadmodū vides circūferēs eā.Et nō solum nō pudet matrimonii:verū etiā perinde atq; gloriās de eo,sic ostētat:propterea q; negligit corporis formam ac fœditatē:ad hęc opes,& famā:tantū amici rationē habet Menecratis:neq; arbitratur eum sexcētum virum sententia dete-

riorem esse factũ : quantum ad necessitudinem. Qꝫ pro his iam illi gratia retulit fortuna : ad hũc modũ. Puellus enim ei formosissimus ex illa deformissima susceptus est. Neꝙ diu est ꝙ tollens hunc pater / intulit in curiam: frondibus oleaginis coronatum: ac pullis amictum : quo plus miserationis auo conciliaret. At infans arridebat iudicibus:manibus complodebat. Itaꝙ curia cõmota super illo/remisit mulctam Menecrati:atꝙ ille iam rei famęꝙ restitutus est eiusmodi patrono vsus apud iudices . Hæc affirmabat Massiliensis Zenothemim amici gratia fecisse: haud mediocria: sicuti vides:neꝙ qualia passim Scythę factitãt:qui cõcubinas formosissimas summa cura deligere dicunt. Restat nobis quĩtus. Neꝙ vero mihi videor aliũ quẽpiã debere dicere: Demetrio Suniensi præterito. Nauigarat in Aegyptũ Demetrius:vna cũ Antiphilo Aloecensi: qui cũ illi iã inde a teneris annis fuerat amicitia:atꝙ ephœb⁹ ephœbo cõuixerat:pariterꝙ fuerat erudit⁹, ipse qdẽ Cynicam disciplinã sequut⁹ sub Rhodio illo sophista: Antiphilus vero medendi scientiã exercuerat. At hoc tẽporis forte profectus fuerat in ægyptũ: ad spectaculũ Pyramidũ Mẽnonisꝙ. Nã audiuerat illas quũ eẽnt sublimes: vmbrã nõ iacere:Mẽnonẽ aũt vocẽ ædere,exoriente sole. Harũ igitur rerũ cupiditate adductus Demetrius:videlicet vt pyramidas intueretur ac Mẽnonem audiret: sextũ iam mẽsem aduerso nilo nauigabat: relicto Antiphilo:ꝙ is itinere atꝙ æstu defessus esset . Huic autẽ interea calamitas incidit: quæ singularẽ quẽpiam amicũ postularet. Nã puer eius vt nomine ita & patria Syrus,inita societate cũ sacrilegis aliquot, vna cũ illis in Anubis tẽplũ irrupit sublatoꝙ deo ad hoc phialis aureis duab⁹ tũ caduceo,aureo & hoc, neꝙ nõ cynocephalis argẽteis/atꝙ id genus aliis,omnia apud Syrum depo suerãt. Deinde forte cõprehẽsi(capti enim fuerãt diuẽdentes nescio quid) rem omnẽ protinus confessi sunt: destricti in rota/deportatiꝙ venerunt in ædes Antiphili:ibi res furto sublatas depromebãt:sub lectica quadã in abdito conditas. Syrus itaꝙ ilico vinctus/vnaꝙ heres huius Antiphilus:atꝙ is quidẽ interea dũ prẽceptorẽ audit,auulsus. Nec opitulabatur quispiã:quin magis hi qui fuerant hactenus amici, auersabantur hominẽ tanꝙ qui tẽplũ Anubis sacrilegio cõpilasset:seseꝙ impiari credebãt:si cũ illo bibissent: aut edissent. Porro duo qui reliqui erant pueri;quicquid erat in domo cõuasantes,fuga discesserunt. In vinculis igitur erat miser Antiphilus multũ iã tẽporis. habitus interim oĩm,quãtum in carcere erat,sontium scelestissimus. Porro p̃fectus carceris Aegyptius homo supstitiosus ratus sese gratũ facere deo:atꝙ illius vlcisci vices : grauis Antiphilo imminebat . Qꝫ si quando defenderet:affirmans se nihil eiusmodi patrasse:impudẽs habebat:atꝙ hoc

nomine multo etiã magis erat inuisus. Subęgrotabat itaq; iã maleq; habebat, nec mirũ: quippe qui humi cubaret: idq; etiã noctu: neq; crura sinerentur ꝓtendere: ligno inclusa, nã per diem Cyphone stringebaṫ: altera manu vincta ferro, at noctu cogebaṫ totus in vinculis esse. Ad hęc insuper domicilii pędor ac pfocatio, multis ibidẽ vinctis, locũq; angustũ pmẽtibus: adeo vt vix respirarẽt: tum ferri stridor: ac somnus exiguus. Hęc oĩa molesta erant atq; intolerãda: nimirũ homini eiusmodi rerũ insueto: minimeq; ad tã durũ vitæ genus exercitato. Quum vero iã deficeret ac ne cibũ quidẽ capere posset: reuersus est tãdẽ & Demetrius: nihil dũ sciens eorũ quę acciderant. vt autẽ cognouerat quo in loco res esset: statimq; curriculo ad carcerẽ veniſſet: tũ quidẽ admissus nõ est: ꝓpterea q; vespera iam esset: & carceris custos iãdudũ occlusis foribus dormiebat: ministris excubias agere iussis. At mane quũ esset, ingressus: multis videlicet pcibus admissus: accedẽs multo tẽpore q̃rebat Antiphilũ: qppe malorũ multitudine sic ĩmutatũ: vt agnosci nõ quiret. Circumiens igiṫ e vinctis vnũquẽq; cõtemplabaṫ: eorũ more: qui familiariũ cadauera iam marcida facta requirunt in stragibus. Q̃ ni nomẽ fuisset eloquutus: Antiphilũ Denomenis filium: ne longo quidẽ tẽpore potuisset agnosci quisnã esset: vsq; adeo præ malis erat trãsfiguratus. Vt vero ad vocem agnitã respõdisset: atq; adeunte illo comã diduxisset: eam a vultu abigens sordidã atq; impexam: ostendit sese quis esset. Hic ambo collapsi sunt: oculis oborta caligine: in tã inopinato spectaculo. Verũ aliquãto post posteaq̃ & ipse sibi redditus: & Antiphilũ recipiens Demetrius, de singulis esset illum diligẽter percõtatus: bono animo esse iubet. Tum dissecto pallio, dimidiato quidẽ induitur ipse: reliquum autẽ illi donat: detractis illi putribus atq; detritis quibus erat opertus panniculis. Atq; ex eo die modis oĩbus illi aderat: curam eius agens: inseruiensq;. Locans enim sese iis qui versabãtur in portu mercatoribus, a mane ad mediũ vsq; diẽ, oneribus gestãdis nõ parum lucri faciebat. Deinde ab opere reuersus: mercedis partẽ Carcerario in manũ dabat: quo illi mãsuetum hunc ac pacatum redderet. De reliquo autem in amici curam affatim suppeditabat. Atq; interdiu quidẽ aderat Antiphilo quo illũ cõsolaretur: vbi vero nox occupasset: pro carceris foribus facto ex herbis thorulo, substratisq; frõdibus, acquiescebat. Et in hũc quidẽ modũ aliquãdiu degebãt: vt Demetri⁹ nullo vetãte ingredereṫ: atq; ob id mitius ferret calamitatẽ Antiphilus: donec extincto in carcere latrone quopiã: idq; vt putabaṫ veneno: & custodiæ exactissime obseruatæ: neq; deinde quisq̃ admissus in domiciliũ vinculis liber. Quas ob res dubius atq; anxius: quum alia via non pateret qua liceret amico adesse: adito præfecti

Collega,ſeipſum defert tanq̃ in irruptiõe templi Anubis cõmunem operã addidiſſet.Id ſimul atq; confeſſus eſt:abductus eſt ilico in carcerẽ:ac ductus ad Antiphilum.Nam hoc magnis precibus vix obtinuerat a carcerario:vt proxime Antiphilo atq; eadẽ in trabe vinciret. Hic igit vel maxime declarauit: quãto in illũ fuerit amore: quũ ſua ipſius incõmoda negligeret:cum & ipſe interim ęgrotaret:illud autẽ curæ haberet:quo pacto fieri poſſet: vt ille & q̃plurimũ dormiret & minimũ angeretur. Atq; ita cõmode tolerabant:cõmunicatis inter ipſos malis:donec aliquãto poſt/tale quiddam accidit:quod finem ferme eoq; imponeret calamitati. Siquidẽ e vinctis quiſpiã/ haud ſcio vnde nactus limã/ adiunctis cõiuratis captiuorũ plæriſq; catenã inſecuit: qua ſeriatim erant aſtricti: cyphonibus in hanc inſertis: ſoluitq; omnes.Qui quidẽ facile trucidatis/quippe paucis/cuſtodibus,cõglobati p̃ſiliere.Atq; ii quidẽ ilico quo quiſq; poterat diſſipati,poſtea plæriq; ſunt cõprehẽſi. Porro Demetrius & Antiphilus inibi remanſerunt:Syro quoq; retento:qui iam aufugere parabat. Vt autẽ diluxiſſet:Aegypti præſes/cognito qđ acciderat/emiſit quidẽ qui illos inſequerẽtur: accerſitis autem iis qui erãt cum Demetrio:ſoluit a vinculis collaudatos:q; ſoli nõ aufugiſſent. At illis haud quaq̃ ſat erat:vt hoc titulo dimitterentur.Clamabat autem Demetrius:ſibiq; non mediocribus in rebus iniuriã fieri prętẽdebat:ſi pro maleficis habiti viderẽtur vel cõmiſeratione: vel ob id laudis/ q; non aufugiſſent,dimitti.In ſumma cõpulere iudicem vt cauſam exactius excuteret.At hic vbi repperit:nihil eos cõmeritos:collaudatos illos: Demetriũ autẽ ſeorſum quoq; admiratus:liberos eſſe iuſſit:cõſolans ſuper pœna: quã tulerãt: præter ius in vincula cõiecti. Quin etiam ambos munere proſequutus eſt: idq; de ſuo: Antiphilum drachmarũ decem milibus: bis tãto Demetrium. Ac Antiphilus etiã nunc quidẽ in Aegypto eſt. Demetrius autẽ ſua quoq; viginti milia relinquẽs amico,conceſſit in Indiam: profectus ad Brachmanas:tantum hoc loquutus Antiphilo:merito ſibi iã ignoſcendũ videri:q; tũ ab eo diſcederet. Neq; enim ſibi op⁹ fore pecunia:quoad is pſeueraret eſſe: qui erat:videlicet qui poſſit paucis eſſe cõtentus: neq; illum amplius egere amico:quippe cui res iam feliciter haberent. Huiuſmodi ſunt Toxaris amici greci.Q; ni initio notaſſes nos:tãq̃ qui verbis nos iactaremus:idem profecto relaturus eram tibi complures orationes: atq; eas egregias: quas Demetrius habuerit in iudicio quũ interim p̃ ſeipſo nihil defenderet:p̃ Antiphilo vero,lachrymas funderet:atq; etiã ſupplex eſſet:totãq; cauſam in ſeſe reciperet donec Syr⁹ flagris cæſus ambos eos liberos fecit.Hos igit paucos e plurimis/ quos mihi primũ memoria ſuggeſſit: tibi narrauerim p̃claros

ac firmos amicos. Qđ reliquũ est: iã decedẽs a narratiõe/tibi dicẽdi partes trado. Tu porro vti Scythas his nõ:inferiores referas:sed lõge pstãtiores tibi ipsi curę fuerit:si qd de dextra sollicit⁹es:ne ea tibi p̃cidat. Verũ oportet strenuũ pręstare virũ. Etem̃ res quędã vehemẽter ridicula tibi cõtigerit:si cũ Orestem ac Pyladẽ admodũ sophistice laudaris : p Scythia dicẽs orator ignauus appareas. TOXA. Recte tu qdẽ Mnesippe: qui qdẽ ad dicẽdũ etiã adhortaris:perinde quasi nihil sollicit⁹ sis:ne tibi lingua execeat:victo ĩ narrationib⁹. Sed iã exordiar:nihil quidẽ quẽadmodũ tu verbis phalerans atq; adornãs(neq; enim is scytharũ mos)pręsertim quũ res ipsę lõge magis loquãtur q̃ verba. Nihil autẽ eiusmodi expectaueris a nobis:cuiusmodi tu cõmẽorãdo laudib⁹ extulisti : puta si quis sine dote duxerit deformẽ mulierẽ: aut si qs amici filię nubẽti,pecuniolã donauerit:duo talẽta : ac p louem siqs spõte eat ĩ vicula quũ certo sciat se paulopost eẽ soluẽdũ. Admodũ em̃ leuia ista:neq; qcq̃ inest ĩ his:vel magni negotii,vel virile qđ sit. Cæterũ ego tibi referã multas cędes:bellaq; & mortes amicoꝝ causa susceptas:vt intelligas vĩa ista lusum eẽ:si cũ scythicis cõferãtur. Neq; tñ isthuc sine causa facitis. Sed merito parua ista miramini : ꝓpterea q; nõ sunt vobis admodũ graues occasiones declarandę amicitiæ:qppe in alta pace viuẽtibus. Quẽadmodũ: nec in tranquillitate queas scire:bonus sit gubernator nec ne. Tẽpestate em̃ tibi opus fuerit:ad hoc vt dignoscas. At apud nos bella perpetua:& aut inuadimus alios:aut cedim⁹ inuadẽtibus: aut vbi forte cõcurrim⁹: p pascuis prædaq; pugnamus. Hic potissimũ opus est bonis amicis: eoq; q̃ firmissime cõstituimus amicitias:sola hæc arma inuicta atq; inexpugnabilia esse iudicantes. Prius autẽ volo tibi cõmemorare quo ritu faciamus amicos: non ex poculis:quẽadmodum vos:neq; siquis æqualis sit:aut vicinus:verũ vbi strenuum quẽpiam virũ cõspexerimus:quiq; præclara facinora patrare possit: in hunc oẽs studio incũbimus:& qđ vos in ambiẽdis cõiugiis/id nos in amicis facere nõ grauamur:diu quasi procos agentes: nihilq; non facientes: ne videlicet frustremur amicitia:neue reiecti esse videamur. At vbi iã in amicitias ceteris repulsis/delect⁹ est quispiã:ptinus fœdus initur:ac iusiurãdũ quod sit maximũ nimirũ & victuros eos pariter: & mortẽ oppetiturũ:si sit opus:alterũ pro altero. Atq; ita facimus. Etem̃ simul atq; incisis digitis/sanguinẽ in Calicẽ destillauerim⁹:summisq; ĩtinctis gladiis/ambo pariter admouẽtes biberimus:nõ est quicq̃ qđ deinde nos queat dirimere. Admittuntur autẽ ad huiusmodi fœdera:ad summũ tres. Nã qui multis sit amicus:is eo loco habetur apud nos:quo cõmunes istæ atq; adulteræ vxores:arbitramurq; iam nõ perinde firmã illius amicitiã fore: posteaq̃ est ĩ plures partes

dissecta. Exordiar autẽ ab his quæ nuper Dandamis fecit. Dãdamis enĩ hic in cõflictu cũ Sauromatis/quũ esset captiuus abductus eius amicus Amizocas. Quin potius ante tibi iurabo nostrum iusiurãdum/quãdoquidẽ isthuc initio sum pollicitus. Non enĩ per Ventum & Acynacem/quicq̃ mẽtiturus sum apud te/de Scythicis amicis. MNESIP. Equidem tuum iusiurandum haud magnopere desyderabam. proinde recte facis/qui nullum deorum iures. TOXARIS. Quid tu narras! An non tibi videntur esse dii Ventus & Acynacis! Adeo ne te fugit q̃ nihil sit maius mortalib⁹ vita ac morte! Per hæc vtiq̃ iuramus/quoties per Vẽtum & Acynacẽ iuramus: videlicet per Ventum: tanq̃ qui vitæ sit causa: per Acynacem vero vt qui mortis sit auctor. MNE. Atqui si ista idonea causa est/profecto multos alios quoq̃ deos estis habituri/tales qualis est Acynacis/puta iaculum/lãceam/venenum/funẽ, atq̃ his consimilia. Quãdoquidẽ varius est iste deus interitus/atq̃ innumerabiles aperit vias/q̃bus ad illum sit aditus. TOXA. Vide q̃ contẽtiose nunc, q̃q̃ litigiose isthuc facis: dũ medio sermone iterpellas me: excutisq̃ ac disturbas orationẽ meã. At ipse loquẽte te silẽtium agebã. MNE. Age/non sum isthuc posthac factur⁹. Toxaris. Et optimo iure obiurgas. quare perge cõfidẽter qđ restat dicere: perinde quasi nec adsim dũ loqueris. adeo tibi file bo. TOXA. Quartus igit agebat dies Dãdamidi & Amizocę: ex quo amicitiã inierãt, ac mutuũ sanguinẽ pariter biberãt. Venerãt iterea i regionẽ nostrã Sauromatę: cũ equitũ decẽ milibus: pditũ autẽ bis tãtũ aduenisse ferebat. ii nimirũ quũ in nos irruissent iparatos/neq̃ expectãtes illorũ isultũ: oẽs qdẽ cedere cogunt: cõpluris aũt repugnãtes occidũt: nõnullos & viuos abducũt: nisi siquis effugerat tranãs i vlteriorẽ fluminis ripã: vbi nobis dimidiũ copiarũ/& ps curruũ erat. Sic enĩ id tpis castra fueram⁹ metati: haud scio quo consilio Archiplanorũ. i. ducũ nostrorũ, ad vtrãq̃ Tanaidis ripã. Protinus itaq̃ & p̃das abigebãt: & captiua abducebãt: & tẽtoria diripiebãt: & curribus potiebant/atq̃ iis plęrisq̃ cũ viris captis/& sub oculis nr̃is cõcubinas vxoresq̃ nr̃as cõstuprabãt. Nos porro rẽ idigne tulim⁹. At Amizoca quũ duceret (erat enĩ capt⁹) noiati iclamauit amicũ: miserevinctus: simulq̃ calicis & sanguinis cõmonefecit. Q đ simul atq̃ exaudierat Dãdamis: nihil etiã contatus/spectãtibus oĩbus/tranauit ad hostes. Ibi Sauromatæ dẽsatis telis irruerunt in illum: iam confixuri nisi succlamasset Zirim. Hoc verbi si quis sonuerit/postea non interimunt/sed recipiunt/tanq̃ dedentẽ sese precio redimẽdum. Moxq̃ ad illorũ ducẽ adductus reposcebat amicũ: ille redẽptionis p̃ciũ postulabat. Neq̃ enĩ prius dimissurũ sese: nisi maximũ p illo recepisset. Tum Dandamis: quę possidebã inquit, ea oia a vobis direpta sunt.

q; si qd est qđ nudus p̃stare queam: id sum paratus polliceri vobis: & ipera-
to quicqd voles. Et si ista vis: meip̃m huius in locũ recipe & abutere ad qđ-
cũq; tibi lubitũ erit. Ad hęc Sauromata. Nihil inqt opus retinere te prę̃ser
tim quũ temere dediderís. Quin tu parte eorũ quę possides tradita, amicũ
abducito. Rogat illico Dãdamis: quidnã vellet accipere. Ille oc̃los postulat.
Atq; hic ꝓtinus exhibuit eruẽdos. Deide vbi essent execti: iãq; p̃ciũ p̃solutũ
esset Sauromatis: recepto Amizoca reuersus est innitẽs illi: vnaq; tranãtes
incolumes ad nos redierunt. Id factũ animũ reddebat Scythis oĩbus: neq; iã
victos esse rebãtur sese: quũ viderent: qđ apud nos esset bonorũ maximũ: id
nondũ esse abductũ ab hostib⁹: verũ supesse egregiã mentẽ: & in amicos fi-
dem. At idẽ Sauromatis formidinẽ nõ mediocrem incutiebat: reputãtibus
cũ cuiusmodi viris, si se prę̃parassent, essent pugnaturi: tametsi tũ quidẽ ex
improuiso supassent, pinde sub noctẽ relictis maxima ex parte pecorib⁹ incẽ
sisq; currib⁹ fuga sese subduxerũt. Porro Amizoca nõ tulit diutius: vt vide
ret ip̃e: amico c̃co Dãdamide, sed ipsus semet exoculauit. Atq; ita sedẽt am
bo oĩq; cũ honore a populo Scytharũ publicit⁹ alũtur. Quid tale Mnesippe
vos referre possetis! Etiã si qs tibi donet vt possis vel decẽ alios ad istos qnq;
adiũgere: etiã citra iusiurãdũ: si ita vis: vt & multa liceat affingere! At ego
tibi rẽ nudã exposui. Tu vero si quẽ talẽ narrasses: nõ sum nescius: quantas
adornãdę rei gr̃a phaleras narratiõi fueris admixtur⁹: quẽadmodũ supplí-
carit Dãdamis: & qũo sit excæcatus: & quę dixerit: & quo pacto redierit: &
quẽadmodũ exceperit eũ Scythæ: adgratulãtes beneq; ominãtes: atq; id ge
nus alia: cuiusmodi vos ad demulcẽdas aures solet artificio quodã addere.

Audí igit & aliũ huic parẽ Belittã: hui⁹ Amizocæ cõsobrinũ. Is vt detra-
ctũ ex equo a leone Basthem amicũ cõspexisset: nã forte simul erãt ĩ venatu:
iãq; leo circũplex⁹ illũ, iugulo admot⁹ eẽt: atq; vnguib⁹ laniaret: desiliẽs &
ip̃e inuolauit in tergũ beluæ: reflexitq; ĩ sese ꝓuocãs auertẽsq; atq; iter dẽ-
tes digitos inferẽs: conat⁹ quoad licuit Bastham e rictu Leonis eximere: do-
nec leo omisso illo iã semimortuo: ad Belittam sese cõuertit: atq; ip̃m quoq;
circũplexus occidit. At ille moriens (nã tanto anteuertit) acynacẽ in leonis
pect⁹ defixit. Itaq; pariter exanimati sunt oẽs. nos autẽ sepeliuim⁹ eos: duob⁹
aggestis tumulis iter se vicinis: altero amicorũ: altero e regiõe leonis. Iã ter
tio loco tibi referã Mnesippe Macẽtæ Lõchatæ & Arsacomæ amicitiã. Hic
em̃ Arsacomas deperibat Mazææ Leucanoris filiã: q regnabat ĩ Bosporo: tũ
qusi legatione fungeret sup tributo: qđ Bosporini semp nobis pẽdere soliti,
id tẽporis tertiũ jã mẽsem vltra diẽ legitimũ distulerãt. In cõuiuio igit qusi
Mazæam vidisset procerã atq; decorã virginẽ: amore capt⁹ est: grauiterq;

díſcruciabaꝫ.lá itaq; quę de tributis agebanꝫ:erãt trãſacta:reſpõderatq; illi Rex:cõuiuioq; accipiebat:mox illũ dimiſſurus. Eſt autẽ mos in Boſporo: vti ꝑci in cõuiuio petãt puellas:narrãtes quinã ſint:qbuſq; reb⁹ freti decreuerint eas in matrimoniũ accipere. Atq; id tpis forte fortuna multi aderãt in cõuiuio ꝑci:reges:ac regũ filii.in his erat & Tigrapates Lazorũ prĩceps: & Adyrmach⁹ Machlyinę dux:aliiq; cũ his ꝑmulti.Oportet aũt vnũquẽq; procũ poſteaq̃ expoſuit qs ſit & qua fiducia ad ambiẽdas nuptias acceſſerit cõuiuari cũ reliqs:tacitũq; accũbere.Deĩde pacto cõuiuio,poſtulata phiala, vinũ in mẽſam effundere:atq; ita ſpõſam ambire:multũ interea collaudãtẽ ſeſe:quo gñe:qbus opib⁹: q̃ ſit potẽtia. Ad hũc igit modũ cũ multi iã libaſſent:poſtulaſſentq;:regna & opes cõmorãtes:tãdẽ Arſacomas/poſtulata phiala,nõ libauit(neq; eĩ mos apd nos vinũ effundere:qn magis cõtumelia iſta eſſe iudicaꝫ in deũ)ſed hauſtim bibẽs,Da mihi Rex inqt filiã tuã Mazçam vxorẽ:q multo ſum potior iſtis quantũ ad opes ac poſſeſſiões attinet. Leucanore vero admirãte: Sciebat enim rex pauperẽ Arſacomã ac de plebe Scytharũ eſſe:pcõtãteq; quãtũ pecorũ,aut quãtũ habes plauſtrorũ Arſacoma:nã iis reb⁹ vos diuites eſtis. Imo nec plauſtra inqt poſſideo nec armẽta: verũ ſunt mihi duo amici:honeſti ꝑbiq;:quales alii Scytharũ nemini. At tũ quidẽ iſta dicẽs riſus eſt:cõtẽptuiq; habit⁹:viſuſq; temulẽt⁹.Manẽ vero reliquis ꝑlatus eſt Adyrmachus:iãq; ſponſam abductur⁹ erat in Maeotidẽ ad Machlyenſes.Porro Arſacomas domũ reuerſus amicis ĩdicat: quẽadmodũ reiectus eſſet a rege:riſuiq; habit⁹ in cõuiuio:quũ paup eſſe putaret. Atqui dixerã inqt illi quãtas haberẽ opes nẽpe vos:o Lõchata atq; Macẽta:veſtrãq; beneuolẽtiã lõge ꝑſtare, multoq; firmiorẽ eſſe Boſporanorũ opib⁹. verũ hæc dicentẽ me ſubſannauit:cõtẽpſitq;: & Adyrmacho ſcilicet Machlyenſi tradidit aſportũdã ſpõſam: q; aureas phialas ſe diceret habere decẽ:ꝑterea currus quaternis ſedilib⁹ octogita:ad hęc ouiũ boumq; multã copiã. Sic videlicet antetulit fortib⁹ viris pecorũ multitudinẽ:operoſa pocula:& currus grauis.Proinde o amici dupliciter excrucior:nã & Mazçam amo:& iniuria mihi inter tãtũ hoim illata nõ mediocriter mordet animũ meũ. Arbitror aũt & vos ex æquo iniuria affectos eẽ. Etenim ad vnũquẽq; e nobis tertia cõtumeliæ pars ꝑtinebat:ſi modo ita viuim⁹:quẽadmodũ cœpim⁹ quũ cõiungeremur:nimirũ vt vn⁹ homo ſim⁹:iiſdẽ dolẽtes:iiſdẽq; gaudẽtes. Imo inquit Lõchates vnuſquiſlibet e nobis totus iniuria afficiebaꝫ:tũ quũ in te iſta fierẽt.Quomodo igiꝫ(inqt Macẽtes)his in reb⁹ agem⁹?Per partes inqt Lõchates negotiũ ſuſcipiam⁹.Atq; ego qdẽ recipio Arſacomen me caput apportaturũ Leucanoris. Tu vero ſpõſam ereptam huic adducas õportet.Ita fiat

(inqt). At tu Arſacoma ſiter hęc/nã his pactis veriſimile eſt exercitu ac bel lo fore op⁹, hic mane: quo cõtrahas & appares arma: equos: atq; aliarũ rerũ vim: quãtã potes maximã. Facillime aũt plurimos adiũxeris: partim q; ipſe ſtrenuus: partim q; nobis nõ pauci ſunt familiares. Maxime vero ſi deſederis in tergore bouis. Hęc vbi placuiſſent: hic qdẽ q̃tũ potuit, recta pfect⁹ eſt in Boſporũ: puta Lõchates: alter. i. Macẽtes ad Machlyẽſes: eques vterq;. At Arſacomas domi manẽs, & cũ æqualib⁹ cõtulit: & ex familiarib⁹ vim hoim armauit. Demũ & in tergore bouis deſedit. Cõſuetudo aũt de ſedẽdo in tergore bubalo huiuſmodi eſt apud nos. Vbi qs ab alio lęſus eſt: cupitq; vlciſci: neq; par eẽ pugnæ videt: tũ boue immolato/carnes fruſtulatim cõciſas igni torret. Dehinc ipſe porrecto humi corio, ſedet in eo: in tergũ reductis manibus more eor; q a cubitis victi ſunt. Et hoc qdẽ apud nos maximũ eſt ſupplicãdi genus. Appoſitis aũt bouis carnib⁹, adeũtib⁹ domeſticis, pterea ſi quis ali⁹ velit, qſq; partẽ ſibi ſumit: ac dextro pede tergũ bouis calcãs, p facultate pollicetur: hic qdẽ equites pbiturũ ſe quiq; ſuopte cibo: ſuoq; ſtipẽdio: ille decẽ: alius plures: alius armatos pedites quot poſſit: atq; qui pauprimus, ſe ipſum dũtaxat. Colligit itaq; in tergo bouis igẽs nõnunq̃ multitudo. Et huiuſmodi quidẽ exercitus, & certiſſima fide cohæret: & hoſtibus expugnatu difficillim⁹ eſt: nõ aliter q̃ ſi iureiurãdo eſſet adact⁹. Nã in tergũ aſcẽdiſſe: inſtar iuriſiurãdi eſt. Arſacomas igit his in rebus pcurãdis ſatagebat: coierũtq; illi eqtes qdẽ circiter quiquies mille: tũ armati ac pedites pmiſcue/ vicies mille. At Lõchates vbi ignotus puenit in Boſporũ: regẽ adit: tractãti quiddã de regni negotiis: aitq; venire quidẽ ſeſe publico Scytharũ noĩe: ſed priuatim res maximas apportare. Ille vbi dicere iuſſiſſet, De publicis iquit negotiis hæc in pręſentiarũ denũciant Scythæ: ne veſtri paſtores in planiciem vſq; trãſgrediantur: ſed intra Trachonẽ paſcant. Cæterũ latrones de quibus expoſtulatis: regionẽ veſtrã incurſent: negant eos publico conſilio emitti: ſed priuatim ſui quẽq; lucri cauſa prædari. Q; ſi qs illorũ deprehendatur: tui arbitrii eſſe vt in eos aĩaduertas. Hęc quidẽ illi denũciant: at ego tibi indico: grauẽ in vos inſultũ futurũ ab Arſacoma Mariãtæ filio: qui nuper legatũ egit apud te: idq; (opinor) quũ filiã tuã poſtularit: nõ aſſequut⁹, ſit abs te: ob id indignat: ſedetq; i tergore taurino ſeptimũ iã diem: cõtractuſq; illi eſt exercitus haud exiguus. Audiui (inquit Leucanor) & ipſe: cogi vim copiarũ in tergum bouis. Q; autem aduerſum nos cogerentur: q; q; Arſacomas huius rei dux eſſet: id vero me fugerat. Atq; in te inquit Lonchates hic apparatus cõſtituitur. Mihi aurẽ inimicus eſt Arſacomas: grauiterq; fert: q; ſibi præferar a patruo maioribus: & q; in oĩbus illo videar eẽ prę-

ſtantior. Q2 ſi mihi ſpoponderis alterã filiam tuã Barcetim: alioqui nec in
digno veſtra affinitate: breui tibi reuerſus caput eius apportauero. Spon-
deo Rex inquit: videlicet ſupra modum formidine correptus: propterea q̃
non ignoraret quã ob cauſam iratus eſſet Arſacoma: nimirum ob nuptias:
tum & alias quoq; metuerit ſemper Scythas. At Lonchates: iurato iquit te
preſtiturũ pacta neq; ificiaturũ. Id quum fieret: iãq; reſupinatus i cœlũ iu-
rare vellet: Abſit iquit vt hic: ne quis ſpectantiũ coniiciat: qua gratia iure-
mus. Quin potius hoc tẽplum Martis igreſſi: occluſis foribꝰ iuſiurandum
edamus: vbi nullus exaudiat. Nam ſi quid horũ inaudierit Arſacomas: ve-
reor ne me ante bellũ imolet: manu iã nunc non parua cinctus. Introeamus
inquit Rex. Vos autẽ abſiſtite q̃ longiſſime. Neq; quiſq̃ ad templum adeat:
quẽ ego non accerſiuero. Poſteaq̃ igitur ipſi qdem itrogreſſi ſunt: ſatellites
autẽ procul abſtiterunt: vibrato gladio/ſimulq; altera manu obturato ore,
ne vociferaretur, ictum i pectus adegit. Deinde caput defectũ ſub chlamy-
de tenẽs prodibat: quaſi confabulãs iterim cũ illo: breuiq; ſeſe dicẽs adfutu-
rum: tanq̃ ad negotii quippiã emitteretur ab illo. Atq; ita reuerſus eo vbi
equum vinctum reliquerat: conſcenſo illo redequitauit i Scythiã. Porro ne
mo eſt eum iſequutus: quippe diu ignorãtibus Boſporinis: qđ acciderat: tũ
vbi reſciſſent, factioſe de regno decertãtibus. Hęc itaq; geſſit Lõchates: pſti
titq; promiſſum: allato Leucanoris capite. Porro Macẽtes in via factus cer-
tior ſuper his quę i Boſporo acciderant: peruenit ad Machlyẽſes: primuſq;
illis nũcium attulit de rege trucidato. At populus iquit te Adyrmache ge
ner cũ ſis ad regnum vocat. Proinde fac vt ipſe prior occupãs iperium arri
pias: i rebus perturbatis obortus: puella vero te ſequatur a tergo i currib⁹.
Facile enĩ iſthoc pacto tibi cõciliaueris multitudinẽ Boſporanorũ: vbi Leu
canoris filiã conſpexerint. Ego porro non ſolum abauus ſum: verum etiam
ſponſæ tuę cognatus maternus. ſiquidẽ noſtra e gente Maſteram Leucanor
aſciuit vxorẽ. Et nũc tibi adſum: miſſus a Maſteræ fratribus qui ſunt i Ala-
nia: denunciantibus vt q̃ potes ocyſſime/te recipias i Boſporũ: neq; per ne-
gligẽtiam cõmittas, vt iperiũ ad Eubiotũ deueniat: q tametſi frater notus
eſt Leucanoris: tamẽ Scytharum partibus ſemper fauit: cũ Alanis ſimulta-
tes gerit. Hęc qdem dicebat Macẽtes. Erat autẽ eodẽ cultu eadẽq; lingua cũ
Alanis. Cõmune enĩ horum vtrũq; Alanis cũ Scythis: niſi q; nõ magnope-
recomati ſunt Alani: quẽadmodũ Scythę. At Macẽtes i hoc quoq; illis erat
aſſimilis: videlicet detonſa coma: quatinus conueniebat Alanũ minus eſſe
comatum q̃ Scythã. Itaq; his rebus factũ eſt: vt illi fides haberetur: putare-
turq; Maſterę ac Mazęæ cognatus eſſe. Et nũc iquit o Adyrmache, ad vtrũ

uis paratus ſum:vel ꝓficiſci tecũ in Boſporũ ſi velis: vel manere ſi ſit opus ac ſponſam adducere.Iſthuc equidẽ inqt Adyrmach⁹ longe malim: quãdo quidẽ cognatus es/te puellã adducere.Nã ſi nobiſcũ vna ꝓficiſcaris in Boſporũ,vnũ duntaxat equitẽ numero addideris.Q; ſi mihi vxorẽ aduexeris, multorũ inſtar fueris.Atq; ita factũ eſt:et hic qdem iter ingreſſus eſt:Macẽtæ tradẽs ducendã Mazęã:quæ virgo etiã dũ erat.At ille per diem quidẽ illam curru vehebat:verũ vbi nox incubuiſſet,impoſitã equo(nã id curarat vt alius qdam eques ſeſe cõſequeret)tũ inſiliens et ipſe nequaq; deinceps ad Męotim iter faciebat:ſed deflectens ad mediterraneã,relictis ad dextrã Mitreorũ mõtibus,quũ virginẽ interim aliquoties interquieſcere iuſſam refocillaſſet,intra triduũ a Machlyenſibus in Scythiã vſq; ꝓmenſus eſt viam: ſtatimq; equus eius vbi deſtitiſſet a curſu,paulíſper aſtans exanímatus eſt. Porro Macentes Arſacomæ Mazæã in manũ dãs,Accipe,inquit,a me quoq; id quod ſum pollícitus. At illo ad inſperatũ ſpectaculũ ſtupefacto/gr̃aſq; agente/Deſine,inquit,Macentes:ac noli me aliũ a te ipſo putare:nã mihi ꝓfecto gr̃as agere ob hæc quę feci/pinde eſt:ac ſi ſiniſtra mea gr̃as agat dextrę q; vulneratæ ſibi ſubminiſtrauit/atq; officioſe curã egit ægrotantis. Ridícula nimirũ et nos fecerimus:ſi iãdudũ cõmiſſi/ et quatenus licet in vnũ cõflati/magnũ adhuc eſſe credamus: ſiqua pars noſtri officioſe quid egerit ꝓ toto corpore.Etem̃ ꝓ ſe ip̃o fecit:quũ ps ſit totius beneficio adiuti.Atq; ad hũc quidem modũ Arſacomæ gr̃as agẽti Macẽtes reſpõdit.Cæterũ Adyrmachus vbi ſenſit inſidías,nõ ꝓrexit ire in Boſporũ:iã em̃ Eubiotus rerum potiebat̃/accerſitus a Sauromatis:apud quos fuerat diuerſatus: verũ in patriã reuerſus,cõtractis ingẽtibus copiis,ꝓ mõtuoſa irrupit in Scythiã:paulo; poſt irruit et Eubiotus:quũ Græcos vndecũq; poterat ſecũ ducens: tũ Alanos et Sauromatas accerſitos:vtrinq; vicies millenos. Cõiũctis aũt copiis,Eubiotus atq; Adyrmach⁹ nonaginta milía cõfecerũt.Atq; ex his tertía pars eqtes ſagittarii:nos aũt(nã et ipſe ad hanc expeditionẽ cõtuleram addens iis q tergum taurinũ cõuenerant/ equites ad plenũ inſtructos centum) contractis haud multo minus triginta milib⁹ vna cũ equitibus oppe riebamur inſultũ ductore Arſacoma.Vt aũt admouentes illos cõſpeximus cõtra duximus agmẽ,præmiſſis in hoſtẽ eqtib⁹.Atq; vbi iã diu acriter eẽt pugnatũ,tandẽ ceſſere noſtri,interrupta phalange.Poſtremo in duo diſſectũ eſt vniuerſum agmẽ Scythicũ:pars ſubduxit ſeſe nõ omnino palã victa verũ ita fugiebat:vt locũ dare videret̃:adeo vt Alani ad multũ tempus inſequi nõ auderent.ptẽ alterã/quæ eadẽ erat imbecillior cingentes Alani ac Machlyenſes vndequaq; cędebãt,cõſertim iaculis emiſſis atq; ſagittis:ſic/

vt veheměter laboraret a noſtris qui tenebantur obſeſſi. Et iam plæriq; ar ma ꝓiecerãt:quorũ in numero forte erat Lonchates et Macẽtes: iamq; am bo vulnus acceperant:dũ ante alios ſeſe periculis obiiciunt.Hic qdẽ aduſto femore/puta Lonchates. Porro Macentes ſecuri ſauciato capite : tũ conto in humerũ impacto.Qd ſimul atq; ſenſit Arſacomas:quũ in altero agmine eſſet nobiſcũ:turpe ratus/ſi deſertis amicis nõ adeſſet,ſubditis equo calca ribus,cũ clamore in hoſtes tẽdere cœpit:ſublato gladio adeo: vt Machlyen ſes vim animi nõ ſuſtinuerint/ſed viã illi fecerint:vt tranſiret.At ille rece ptis amicis,tum aduocatis et aliis,impetũ fecit in Adyrmachũ, impactoq; in ceruicẽ gladio/ad zonã vſq; diſſecuit.Quo fuſo,diſſipata eſt omnis acies Machlyenſium: paulopoſt et Alanorũ. Deniq; cum his Græci quoq;. Atq; ita redintegrato prælio nos ſuperiores extitimus:diuq; ſumus inſequuti/tru cidantes:donec nox finẽ impoſuit.Poſtero die ab hoſtibus venerunt legati: qui ſupplices pacẽ atq; amicitiam orarent.Boſporani duplicatũ tributũ pẽ ſuros ſeſe pollicebant.Machlyenſes obſides daturos ſe confirmabant.Alani ita eam inuaſionẽ cõpenſaturos ſeſe ſpondebant: vt Sindianos noſtro nomi ne vellẽt aggredi:qbuſcum multo iam tempore nobis fuerat ſimultas. His de rebus auditis ſuffragiis,in primis autẽ Arſacomæ et Lonchatæ,pax in ita,duobus illis cuncta ꝑ arbitratu ſuo moderantibus.Huiuſmodi Mneſip pe audent Scythæ amicorũ cauſa facere.MNESIP. Tragica ꝓrſus o Toxa ri/fabuliſq; ſimilia.Et ꝓpitius ſit Acynaces et ventus ꝑ quos iuraſti:ſi quis iſta nõ credat/non admodũ reprehendens eſſe videatur. TOXA.At vide vir egregie:ne incredulitas iſta ab inuidia veſtra ꝓficiſcat. Qq nõ me de terrebis nõ habendo fidẽ:quo minus et alia his cõſimilia referã:quæ noue rim a Scythis eſſe geſta.MNE. Tãtũ ne longũ facias vir optime:neq; vſq; adeo admiſſis/vagiſq; vtare ſermonibus:vt nunc ſurſum ac deorſum Scy thiã/Machlyanamq; ꝑcurrẽs:deinde in Boſporũ diſcedẽs: poſtremo rediẽs prorſus abutare ſilentio meo.TOXARIS.Parendum tibi et hanc præſcri benti legem:dicendumq; paucis : ne fatigeris vna nobiſcum/audiendo cir cũcurſitans.Quin magis auſculta quæ in meiꝑm amicus Siſinnes nomine præſtiterit. Quũ enim Athenas relicta patria ꝓficiſcerer:idq; cupiditate Græcanicarum literarum:appuleram Amaſtrim Põticã.Ea eſt vrbs haud ꝓcul a Caranibe diſſita in ꝓmontorio/obuia iis qui a Scythia nauigãt.Co mitabatur autem Siſinnes mihi a puero amicus.Nos igit vbi res quaſdam importatas in portu ſpectaſſemus:in eumq; e naui ſubduxiſſemus eminus/ nihil ſuſpicantes mali:interea fures quidam effracta ſera ſuſtulerunt vni uerſa:adeo vt non reliquerint/quod vel in eum diem ſufficere poſſet.Ergo

quum domũ essemus reuersi: cognito quod acciderat, nõ visum est in ius vocare vel vicinos q plures erant/vel hospitẽ:veriti ne plærisq; sycophãtæ videremur:si dixissemus nobis ab aliquo sublatos esse Daricos quadringẽtos:tũ vestium pmultũ:ad hæc tapetia quædã:deniq; qcquid habueramus. Consultabamus igitur hisce de rebus/quid esset faciundum omnium rerũ egenis:idq; in vrbe peregrina. Ac mihi quidem ita visum est tum temporis statim demerso in ilia acynace/ vitam fugere: priusq; ignauum quippiã aut indignũ esset ferendũ/vel fame/vel siti enecto. Cõtra Sisinnes cõsolabat obsecrãs ne qd tale facerem. Aiebat em excogitasse sese: vnde nobis victus suppeteret. Et eo qdem die baiulandis e portu lignis allata mercede, victũ suppeditauit:mane asit obambulans in foro/pompã quandã aspexit iuuenũ (quemadmodũ aiebat)elegantiũ ac strenuorũ. Hi nimirũ viritim lecti/vti mercede proposita singulare certamẽ inirẽt:in tertiũ diẽ erãt decertaturi. Ergo quũ oẽs huius negotii cõditiones audisset:accedẽs ad me:Caue posthac,inqt,Toxari:ne teipm pauperẽ dixeris. Siqdem tertio abhinc die diuitem te reddidero. Hæc ait:atq; interea ægre parato victu,quũ iã spectaculum esset institutũ,spectabam9 et ipsi:etem assumptũ me duxit in theatrũ: tanq; ad iucundũ aliquod/nouũq; spectaculũ Græcorũ. Ergo vbi cõsedissemus,spectabamus. Ac primo quidem feræ ptim iaculis confixæ/atq; a canibus agitatæ:partim in homines quosdam vinctos emissæ/nocẽtes quospiã: ita vt coniiciebamus. Vt autem prodierũt qui erant ad singulare certamẽ conducti:ac producto iuuene quodam prægrandi/dixisset præco. Si quisq; velit cũ hoc singulari certamine congredi,prodeat in mediũ:præmium pugnæ accepturus drachmarũ decem milia. Ibi protinus assurrexit Sisinnes desiliens:polliceturq; se dimicaturũ:simulq; poscit arma. Tũ acceptã mercedẽ decẽ milia mihi deferẽs in manũ dat. Si vicero,inqt, Toxaris vna pficiscemur/suppetetq; cõmeat9:sin cecidero,sepulto me,redi rurs9 i Scythiã Ego qdẽ his auditis singultiebã. At ille sũptis armis reliquũ qdẽ corp9 muniuit;at galeã neq; ipposuit: sed nudo cõsistẽs capite pugnabat. Et iitio qdẽ ipe vuln9 accepit,retorto gladio succiso poplite/ ita vt multũ sanguinis defluueret. Ego interim iã metu pmortuus erã. At ille cõfidentius inuadentẽ aduersariũ obseruãs,ferit in pectore/transfigitq;:ita vt ptinus ad pedes illius pcũberet. Ille fell9 et ipe vulnere/mortuo incũbebat:parũq; aberat:quĩ ipe quoq; efflaret aĩam. At ego accurrẽs erexi/aĩmq; reddidi. Porro vbi dimiss9 ẽ,iã victor declarat9:sublatũ illũ domũ deportaui: multũq; tpis curatus a medicis, supuixit quidẽ/hodieq; agit apd Scythas,ducta in matrimonium sorore mea:claudus tamen adhuc est ex vulnere. Hæc res Mnesippe

nõ apud Machlyenſes:neq; in Alania geſta eſt:vt teſtib⁹ careat: et ficta credi queat:verũ cõplures extãt Amaſtriani:qui de pugna Siſinnæ memorãt. Finem iam faciam:ſi tibi quinto loco factũ Abauchæ retulero. Appulit aliquando Abauchas hic in Boriſtenenſiũ ciuitatẽ ſecũ adducens et vxorem: quã vnice diligebat:liberos duos:alterũ quidẽ maſculum lactẽtẽ:altera vero erat puella ſeptẽ annos nata. Erat autem peregrinationis comes et huius amicus Gyndanes:atq; is quidem e vulnere laborans:quod in via acceperat a latronibus:qui eos fuerant adorti: cum quibus dum pugnaret,ict⁹ eſt in femore: ita vt ne ſtare quidem poſſet præ cruciatu. Itaq; noctu dormiẽtibus illis:nam forte in cœnaculo quodam diuerſabantur: ingens ortũ eſt incendium:omniaq; circũcluſit:iamq; flammavndiq; domum circunde dit. Ibi experrectus Abauchas,relictis liberis plorãtibus,repulſa vxore quę inhærebat:iuſſaq; vt ipſa ſeſe ſeruaret:amico in humeris ſublato deſcendit perrũpenſq; euaſit:ita vt nequaq̃ incendio læderet. Vxor infantẽ baiulans conſecuta eſt/monens puellulam:vt ſeſe cõſequeretur. Ea vero ſemiuſta abiecto ex vlnis infante/vix exiliit e flamma. Deinde puella vna cũ illa veniẽs pene et ipſa extincta eſt. Poſt hęc quũ probro obiectaret q̃ſpiam Abauchæ:q; deſertis liberis atq; vxore Gyndanem extuliſſet,Imo liberos,inquit,denuo parare haud quaq̃ difficile:tum incertũ an hi boni ſint futuri:porro amicũ diu fuerit priuſq̃ inueniã talẽ:qualis eſt Gyndanes:cui⁹ amor mihi multis argumentis eſt exploratus. Dixi Mneſippe e pluribus his quinq; propoſitis iam tempus eſt ꝓnuntiari vtri noſtrũ/aut linguam/aut dexteram oporteat amputari. Quis igitur futurus eſt iudex! MNESIP. Nemo. Neq; enim conſtitueramus narrationis arbitrũ. Sed ſcin quid agemus! Quãdoquidẽ in p̃ſentiarũ nullo ꝓpoſito ſcopo ſumus iaculati:de integro delecto arbitro alia amicorũ paria apd illũ referamus:deiñ vter ſuccubuerit/ei tũ qdẽ amputetur:vel mihi lingua: vel tibi dextra. Aut ſi hoc crudele,quãdo tu amicitiã admirari viſus es:ego nihilo ſecius puto/nullã eſſe mortalibus poſſeſſionẽ hac p̃ſtantiorẽ neq; pulchriorẽ:quin ipi quoq; in vnũ copulati/illud approbamus:vt ex hoc die in totã vſq; vitã ſim⁹ amici:vtriq; victores:vtriq; maximis potiti p̃miis:videlicet ꝓ vnica lĩgua/vnaq; dextra binas vterq; habituri:atq; inſup oc̃los quoq; quaternos/pedeſq; quaternos:in ſũma /duplicia oĩa. Eiuſmõi nãq; qddã eſt cũ duo treſq; copulãt amici:qualẽ Geryonẽ ſcriptores depingunt ſenis manibus/terniſq; capitibus hominem. Siquidem (vt mea fert opinio) tres illi fuerũt: qui cõmuniter omnia gererent:vt dignũ eſt his:q amicitia cõiuncti ſunt. TOXA. Probe dicis: atq; ita faciam⁹. MNE. Verũ neq; ſanguine ꝺp⁹ eſt Toxaris:neq; Acynace:qui nobis amici-

tiam confirmet. Hæc enī confabulatio: et ꝙ eadem amamus, íd multo certius eſt calice íllo quem bíbitis: propterea ꝙ huiuſmodi nō obligationem ſed animū poſtulare mihi vídentur. TOXA. Placent iſta: íamqꝫ amicí atqꝫ hoſpites ſimus: tu mihí hic ín Græcia: ego tíbí ſiquādo in Scythiā peruéneris. MNE. Nimirū vt ſis ſciēs/nequaq̄ me pigeat vel longius etiā ꝓficiſcí ſi tales amícos nancíſcí líceat: qualē eſſe te Toxarí ex tua oratione coniício.

Toxaris finis Eraſmo Interprete.

LVCIANI ALEXANDER SEV PSEVDOMANTIS ERASMO INTERPRETE.

VQuidē chariſſime Celſe/leuem forte quandā/ac facilē ꝓuinciā tíbí mādare videris: quū iniūgis: vt Alexandrí Abonotichítæ ímpoſtoris vitā/cōmenta/neqꝫ nō audaciā/preſtigíaſqꝫ libro cōplexus/volumē ad te tranſmittā verū ſiqs ea conet omnía ad plenū enarrare, íd profecto non minoris ſit negotii: q̄ Alexādrí eíus/ cui Phílippus fuit pater/res geſtas líteris ꝓdere: tātus hic ſcelere: quātus ílle vírtute. At tamē ſi cādíde/ignoſcēterqꝫ legere voles: et quod narratíoní deerít id ex te ímputare atqꝫ addere, conatū hūc te authore capeſſam: et Augei bubile ſi nō omne, at certe ꝓ mea virilí repurgare nitar, paucís alíquot elatis cophínis. nimirū vt ex his cōiectura facías: quātus/q̄qꝫ ímmenſus fuerít fim⁹ vniuerſus: quē ter mílle boues multis annis reddere potuerínt. Sed amborꝫ interím noīe calumniā vereor tuo pariter ac meo: tuo/q̄ iubeas memoríæ/líterarūqꝫ monumētis tradí virū longe ſceleratiſſimū: meo/q̄ ſumā operam in hmōí narratione/rebuſqꝫ geſtís hoīs: quē nequaq̄ oportebat ab eruditis legí: ſed ín frequentiſſimo quopiā et ampliſſimo theatro ſpectarí a ſimíis/ aut vulpíbus díſcerptū. q̄q̄ ſiqs hoc crimen nobís ímpegerit, poterímus et ipſi nos exēplo quodā ſimilí tueri. Etem̄ Arrianus ílle diſcípulus Epícteti vir ínter Romanos cū primís laudatus/ac ꝓ omnem vitā ín literarū ſtudío verſatus, quū ſimíle q̄ddā fecerit ꝓ nobís quoqꝫ reſponſurus eſt. Nā ís q̄dē Tillíbori latronís vitā deſcríbere nō eſt grauatus. Nos vero multo crudeliorē latronē memoríæ ꝓdemus: q̄ppe q̄ nō ín ſyluis ac mōtibus/ ſed ípīs ín vrbíbus fit latrocinatus: neqꝫ q̄ Mínyā tm̄ aut Idā ſit ꝓgraſſatus: neqꝫ paueas q̄ſdā Aſiæ ꝓtes/videlícet deſertiores depopulatus: ſed q̄ vniuerſam (vt íta díxerim) Romanorū dítionē ſuo cōplerit latrocinio. Ac primū tíbí depingā hoīem: effígiē eius quoad potero ꝓxime verbis adūbrās: tametſi nō ſum admodū pingēdí pítus. Corpe igít̄/vt ínterím et hoc tíbí repræſentē/ ꝓcerus erat/et aſpectu decorus: planeqꝫ ſpecie díuina q̄dā ac maieſtatis ple

na:colore cãdído:barba nõ admodũ hirſuta:coma ptím natíua tectus:ptím appoſitítia.Sed hac adeo ſcienter effícta: vt vulgus fere nõ ſentiſceret ímitatã/aſcítítiamqꝫ eſſe.Oculí veheméter acres ac verſatíles : tũ díuínũ qddã relucẽtes.vox dulcíſſíma pariterqꝫ clariſſíma.In ſumma quo ad has res/nulla ex pte poterat ímprobarí.ac ſígura qdẽ hoís erat hmõí.Cæterũ mẽs atqꝫ animus.O malorũ depulſor Hercules/et auerſor triſtiũ Iuppiter/ ſeruatoreſqꝫ Dioſcurí/in hoſtes potius cõtíngat íncidere, q̃ cũ eíuſmõí quopiã hr̃e cõmerciũ.Siqdẽ íngenio/ſollertía/acumine lõge p̃ſtabat cæterís mortalíbꝰ Tũ curioſitas/docílítas/memoría/et ad diſcíplínas íngenii felícitas: horum vnũqdqꝫ ſupra q̃ dící poſſít illí ſuppetebat: qbus tñ peſſímã ín ptẽ eſt vſus. Et quũ haberet arma tã egregía ſibí ſuppedítata/ ílico nímírũ oím q eſſent ſceleríbus nobílítatí,facile ſummus euaſit:vel ſupíor Cercopibus/ Euribato/Phrynonda/Arıſtodemo/Soſtrato.Nã ípe quũ alíquãdo Rutíliano ſcríberet genero/modeſtíſſímeqꝫ de ſe loquereť/ Pythagoræ ſemet adſímílabat. Atqui veníã míhí dabít Pythagoras:vír ílle qdem ſapiens ac mẽte díuína cęterũ ſi huíus ætate vixiſſet,puer(ſat ſcío)præ hoc víſus fuiſſet.Sed heus tu p Gratías:caue putes hæc ín Pythagoræ cõtumelíã me dícere:quaſi velím eos ſímílítudine rerũ geſtarũ cõmíttere.Verũ ſíqs deterríma quæqꝫ et pbroſiſſíma,quæ de Pythagora p calumníã ferũtur(qbus eqdẽ haud quaq̃ fídẽ pínde vt veris habuerím) ſíqs tñ cõferat ín vnũ, ea nímírũ omnia vix etiã minímã ptículam adæquẽt Alexãdrínæ verſutiæ.Prorſum enim ímaginare míhí/et cogítatione fínge/q̃maxíme variã íngenií tẽperaturã/índolemqꝫ ex mẽdacío/dolís/píuríis/maleficiíſqꝫ cõfuſam/ ꝑmptã/audacẽ/verſatílem/et ad efficiendũ q̃ cogítaſſet nullũ refugientẽ laborẽ: appoſítam ad p ſuadendũ:cuíqꝫ facile fídes habenda videretur:tũ quæ míre ſímularet optíma quæqꝫ:ea quæ a mente eſſent díuerſiſſíma præ ſe ferret.Primum ígítur nemo cum íllo cõgreſſus eſt,qui nõ hac cũ opínione díſceſſerit:vt eum mortalíum omníũ optímũ/æquiſſímumqꝫ:præterea ſímpliciſſímum /minímeqꝫ fallacẽ íudícaret.Accedebat ad hæc omnía grandíũ rerũ conatus : quũ níhil puſillum cogítaret:ſed ad maxíma ſemꝑ appellerct animũ. Ita quũ eſſet adoleſcentulus adhuc/formoſus admodum/ætate vídelícet tenera/ ac velut hęrbeſcente:íd qđ lícebat partím e ſtípula cõíícere:ptím audíre ex hís q ita ꝑdícabãt:paſſím ſeſe ꝑſtítuebat:ac mercede ſuí copíã faciebat íís: q̃bꝰ lubítũ fuíſſet.Inter multos aũt íncidit ín hũc amans q̃dã p̃ſtigíator: ex eorũ numero:q magíã et díuínas íncantatíones ꝑfitenť:tũ íllectamẽta ad concílíandã in amorıbus gr̃am:malorũ ímíſſíones ín hoſtes:rõnẽ eruẽdi/ reperiẽdíqꝫ theſauros/hęreditatẽ/ſucceſſíones. Híc vbí cõſpíceret bene ingeníatũ puer

rũ/atq; ad ſubminiſtrãdũ arti/negotioq; ſuo ꝑpẽſiſſimũ:vtpote q non min⁹ illius adamaret maleficiũ/ q̃ ipſe hui⁹ formã:erudiit eum/ſempq; deinceps ꝑ adiutore/miniſtroq; eſt vſus. At is publicitus quidẽ et apud vulgus medicũ ſcilicet agebat. didicerat autem apud Thoonis Aegyptii cõiugem.

Carmen Homericum.

Pharmaca mixta:ſalubria multa:at noxia multa.

Quorũ oĩm ſucceſſor hic atq; hæres factus eſt. Porro doctor ille et idẽ amator natione Tyanæus erat:videlicet ex eorũ numero:q cũ egregio Apollonio Tyanæo illo erant verſati:totãq; illius tragœdiã ꝓnouerãt. Vides quanã e ſchola tibi hominẽ refero! Verum vbi iã barba plenus eſſet Alexander Tyanæo illo vita defuncto,in egeſtatẽ redactus, defloreſcente ſimul et forma:vnde victũ parare licuiſſet:nihil poſtea puũ agitabat aio. Sed inito cõmercio cũ Byzãtino quopiã annaliũ ſcriptore viro/qui in certamina deſcẽdunt/oĩm/ingenii longe ſceleratiſſimi:Cocconas,opinor,erat cognomẽ:circũibant/impoſturis ludificãtes:ac pingues hoĩes (ſic em̃ illi peculiari Magorũ lingua vulgus appellant) detondentes. In his Macetim mulierẽ opulentã nacti ſunt:natu q̃dẽ grauiorẽ illam,q̃ vt amoribus eſſet idonea: ſed q̃ ſtuderet etiãdum amabilis haberi. Ab hac victus copia ſuppeditabat:atq; hanc ex Bithynia in Macedoniã vſq; ſũt cõſecuti. Nã illi patria erat Pelle: q locus olim floruit ſub Macedonicis regibus:nũc a paucis/ iiſq; obſcuris et humilibus incolitur. Ibi quũ conſpicerent immani magnitudine dracones placidos admodum ac manſuetos:adeo vt a mulieribus adirentur: et cum pueris vna cubarent:et calcantes ferrent:neq; commouerẽtur, ſiquis ſtringeret/premeretq;:deniq; pinde atq; infantes lac e papilla ſugerẽt (nã ſunt id genus apud illos permulti:vnde veriſimile eſt/ olim illam de Olympiade fabulam increbuiſſe: quum Alexandrum conciperet; huiuſmodi dracone quopiam opinor cum ea concũbente.) mercati ſunt ex his ſerpentibus vnum:qui eſſet pulcherrimus:obolis ſane paucis. Atq; (vt Thucydidis vtar verbis) hinc iam bellum oritur: nimirum quum duo facinoroſiſſimi et immani audacia ꝑditi/neq; nõ ad maleficia ꝓmptiſſimi/ſocietatẽ iniiſſẽt facile ꝑpẽderũt:hæc duo potiſſimũ in hoĩm vita tyrannidẽ obtinere: ſpem/ ac metum: quorum vtroq; ſigs ad commoditatẽ vteret,fore: vt is ilico diteſceret. Siquidem vtriq; iuxta, vel ei qui metu laboraret: vel huic qui ſpe teneretur:videbant præſcientiã q̃maxime neceſſariam eſſe/ſummeq; deſyderari:atq; hac via Delphos olim fuiſſe ditatos/factoſq; celebres. Præterea Delũ/Clarũ/et Brãchydes:nimirũ hoĩb⁹ ꝑ hos quos mõ dixi tyrãnos nẽpe ſpem ac metũ/ad ſacra confluẽtibus:ac futura prædiſcere cupientibus:atq;

huius rei gratia Hecatombas immolãtibus,aureosq; dedicantibus lateres. Hæc vbi iter sese versassent:yltroq; ac citro agitassent:visum est vaticiniũ oraculũq; cõstituere.etenim si res ea processisset: sperabant se protinus diuites atq; felices fore. Qđ quidẽ negotium magnificentius etiam illis successit:q̃ expectauerãt initio:& vel spe melius euenit.Hinc iam spectare cœperunt: primũ quidẽ de loco:deinde quonã exordio/quave ratione negotiũ oporteret auspicari. Cocconas igitur Chalcedonẽ opportunã eẽ cẽsuit: vt pote regionẽ a negotiatoribus frequẽtatam:tum Thraciæ Bithyniæq; cõfinem:neq; longe dissitam ab Asia,Galatiaq;:cunctis item imminẽtibus populis.At e diuerso patriã suam prætulit Alexander: nam aiebat:id qđ erat res: ad huiusmodi negotiorũ auspicationẽ, aggressionẽq; hominibus opus esse crassis & stolidis:& qui viderẽtur admissuri. Cuiusmodi Paphlagones affirmabat esse hos qui supra Aboni murũ incolũt:nẽpe superstitiosos plæroscq; ac stolidos: qui siquis tantũ apparuisset:tibicinẽ,aut tympanistã,aut qui Cymbala pulsaret secũ adducẽs:cribro (qđ aiũt) vaticinans: ilico vehemẽter omnes in illũ inhient,& perinde vt cœlitũ quẽpiã intueãtur.Hac de re quũ controuersiæ non nihil inter illos fuisset: tandẽ vicit Alexander. Itaq; profecti Chalcedonẽ (nam id oppidũ visum est hac parte habere non nihil ipsis conducibile) in Apollinis templo qđ est apud Chalcedonios vetustissimũ,æreas defodiunt tabellulas:quę dicerent:breui admodũ Aesculapium vna cũ patre Apolline in Pontum aduẽturum: atq; Aboni murum inhabitaturum.Eæ tabellæ quũ essent de industria repertę:facile effecerũt: vt hic rumor in omnẽ vsq; Bithyniam,ac Pontum dimanaret: multo autẽ ante alios in Aboni murum. Nam hi protinus statuerant etiã templũ erigere:iãq; fundamẽtis locum effoderant. Hic igitur in Chalcedone relictus Coccconas ancipitia quædam,atq; ambigua,obliquaq; conscripsit responsa. Deinde paulo post dic̃ obit a vipera (sicut opinor) ictus. in hui⁹ demortui locũ accersitur Alexander:ac succedit iam comatus, cæsariecq; pmissa: tunicam indutus purpuream albo intermixtã: supra eã veste amictus candida:falcem tenens exemplo Persei a quo se maternũ genus ducere p̃dicabat. At perditissimi illi Paphlagones:quũ ambos illius noscent parentes obscuros atq; humiles:tamen oraculo crediderunt ita canenti.

Persides genere gratus Phœbo iste videtur:
Dius Alexander Podalirí sanguine cretus.

Hic nimirum Podalirius libidinosus erat:ac natura mulierosus: adeo vt a Tricca ad Paphlagoniam vsq; in Alexandri matrem sit incitatus illectusq;. Repertum est aliud oraculum:quasi Sybillæ prædiuinantis.

Ad maris Euxini littus,iuxtaq; Sinopam
Tirside erit quidam ausonia de gente sacerdos:
Qui prima ex monade,tribus ac decadis,referabit
Quinq; alias monades:vicenaq; ter repetita
Quadrorbem numerum: referentem nomina diui:
Qui veniet laturus opem mortalibus ægris.
Alexander itaq; multo post in patriã irruẽs cũ eiusmodi Tragœdia,cõspicuus erat ac splẽdidus: quũ interim furore afflatũ sese nõnũq; adsimulabat: ore spuma cõpleto:id qđ ille facile efficiebat:radiculæ (ea est herba lauãdis lanis idonea) radice cõmãducata. Cæterũ illis diuinũ quiddã ac formidãdum spuma videbatur.At multo ante sibi finxerant, parauerantq; e linteis confectũ draconis caput:qđ speciẽ quãdam humanã præ se ferret:colorum fucis mire adsimilatũ: qđq; pilis equinis os & aperiret & clauderet. Tũ lingua (sicut est draconũ) bisulca atra prominebat : quæ & ipsa pilis agebat. Porro Pellæus ille draco iam pridẽ erat in promptu: domiq; alebatur: quũ res postularet tum ab illis proferendus: vnaq; in partem Tragœdiam acturus:vel princeps potius huius futurus fabulæ.Iam vero vt erat maturũ aggredi:tale quiddam machinatur noctu veniens ad tẽpli fundamenta nuper effossa.Constiterat autẽ in eis aqua:siue q; ea indidẽ alicunde destillauerat; siue q; ex æthere deciderat. illic ouũ antea excauatum deponit: qđ quidem intus occultabat fœtum recens editũ serpentis. Id quũ alte demersisset: in abditas luti cauernas: rursum illinc discessit.At mane quũ in forũ prosiliisset nudus: nisi q; subligari circũ pudenda tectus erat:eoq; inaurato: tũ falcem illã gestans,simulq; solutam ventilans iactansq; comã:eorũ more qui a Cibele deorũ matre afflati conueniũt:ac numine rapiuntur:conscensa sublimi quapiã ara concionabatur:ciuitatẽ eam beatã esse prædicans: quæ mox deum propalã esset ostensura mortalibus.Porro qui aderant (nam concurrerat vniuersa propẽ ciuitas) vna cũ mulieribus/senibus/pueris/admirabãtur:ac vota faciẽtes adorabant.At ille voces quasdã sonans incognitas: nihilq; significãtes:cuiusmodi sint Hebræorum, aut Phœnicũ:attonitos eos reddebat: vt q nihil intelligerẽt eorũ quę dicebat:nisi solũ hoc: q; Apollinẽ Aesculapiũq; passim admiscebat. Sub hæc ad institutũ tẽplũ curriculo fugiebat:accedensq; ad fossam ac fontẽ illum:quẽ iam ante conditũ oraculum præstruxerant: ingressus aquam / magna voce canebat laudes Apollinis & Aesculapii:inuitabatq; deum:vti dexter ac felix in ciuitatẽ adueniret. Deinde phialam postulat.Eam porrectã a quopiã / facile immergens/ vna cum aqua lutoq; haurit, & ouũ illud in quo nimirum ille deum cõcluserat,can-

dida cæra cæruſſaq; commiſſurã operculi ferruminans. Id quũ manu ce-
piſſet:affirmabat iam Aeſculapiũ tenere ſeſe. Interim illi ſtupidis defixiſq;
intuebãtur oculis expectãtes :quidnã eſſet futurũ poſtea: iãdudũ admiran
tes ouũ in aqua repertũ.Porro poſteaq; fregiſſet idem caua vola cõpreſſum
ac ſerpentis illis fœtum excluſum excepiſſet : ſimul atq; mouentẽ hunc ſeſe
conſpicerent ii qui aderant,ac digitis circũuoluentem:protinus vocẽ tolle
bant,deũq; conſalutabant:ac ciuitatem eam fortunatã eſſe dictitabant.Sin
gulisq; affatim votis implebãtur/theſauros/opes/poſperã valitudinẽ,aliaq;
id genus ab illo flagitantes bona.Hic ille rurſus curſim ſeſe domũ abripuit
vna ſecum aſportans:modo ęditum in lucem Aeſculapium: bis natum ſci-
licet cum ſemel dũtaxat naſcãtur homines : atq; eum non ex Coronide per
Iouem:neq; coruo:verum ex anſere progenitum.Populus autem vniuerſus
conſequebatur:omnes afflati deo atq; ob ſpes animo conceptas furore cor-
repti.Interdiu igitur ſe domi cõtinebat:ſperans fore:id qđ & euenit:vt fa-
ma permoti Paphlagonũ pars maxima concurreret. Ergo poſteaq; vrbs ita
eſſet hominibus referta:vt iam redundaret: ſed quibus oĩbus iã antea tum
cerebrũ,tũ cor eſſet exemptũ:nec vlla parte ſimiles viderent viris pane vi-
ctitantibus (vt loquũtur poetæ) verũ qui præter ſolã figurã nihil a pecu-
dibus diſtarẽt:in ædiculis quibuſdã/in lecto reſidẽs:eo videlicet ornatu:qui
vatẽ mire deceret:imponit in ſinũ Pellæũ illũ Aeſculapiũ qui quidẽ erat vt
dictũ eſt/maximus/pulcherrimuſq;.Hũc totũ vbi collo circũdediſſet:caudã
foras prominere ſinens.Erat autẽ ingens adeo vt cũ per pectus illius effun-
deretur:pars tamẽ humi traheretur.Solũ aũt caput ſub alis abditũ teneret
illo nimirũ oĩa ferẽte:linteaceũ illud draconis caput/altera ĩ amictus parte
contextũ oſtendebat:qđ prorſum illius eſſe draconis videret: qui a pectore
prominebat ſcilicet.Iam vero mihi cogita,ędiculas nõ admodum illuſtres:
nec ad ſatietatẽ vſq; luminis capaces:tum turbã hominũ conuenarũ:quiq;
aliis ex locis alii concurriſſent:tumultuantes: ac prius etiam q̃ iſta viderẽt
mẽte attoniti ſtupefactiq;:deniq; ſpebus illis ſublati. Quibus ingreſſis non
mirũ ſi res viſa eſt portẽtoſa:videlicet ex modo puſillo ſerpente,intra pau-
culos dies tam immanẽ extitiſſe draconẽ humana ſpecie, atq; eum inſuper
manſuetũ tractabilẽq;. Protinus aũt ad exitũ properabãt:& priuſq̃ exacti?
eſſent contẽplati:protrudebant ab iis qui noui ſemp ingrediebant. Porro e
regione ianuę per quã intrabatur patefactũ erat & aliud oſtiũ p qđ exiret.
Cuiuſmodi quiddã & Macedonas in Babylone feciſſe ferunt in Alexandri
morbo quũ ille grauiter iam ęgrotaret: illi obſeſſa regia deſyderarẽt eũ in-
ueri:ac ſupremũ alloqui.Atq; hoc ſpectaculi ſceleſtus hic non ſemel/ verſi

crebrius exhibuiſſe dicitur : maxime ſi qui diuites aduenissent recentiores ac nouitii. Hoc loco mi chariſſime Celſe/ſi vera fateri volum⁹: æquũ eſt veniã dare Paphlagonibus ac Ponticis illis hoĩbus nimirũ craſſis & inerudi-tis: ſi deluſi ſunt quũ draconẽ manu contingerẽt: nã hoc quoq; largiebatur Alexander: iis q voluiſſent: quũq; cõſpicerẽt in dubia, malignaq; luce imitatũ illud illius caput os ſcilicet nũc aperiẽs, nũc claudens: tanto artificio vt res plane Democritũ aliquẽ requireret, aut certe Epicurũ Methrodorũve aut alium huiuſmodi quẽpiam: qui prorſus adamantinã aduerſus hęc atq; id genus alia mentẽ obtineret: qui nullo pacto crederet, quicq; vel quid eſſet rei cõiecturis colligeret: vel ſi viã etiã modũq; perueſtigare nõ quiret: illud tamẽ antea ſibi perſuaſum haberet, fugere qdẽ ſeſe modũ rationẽq; pręſtigiaturæ: cęterũ quicqd eſſet negotii, prorſus ſimulatũ fucatũq; eẽ / ac ne fieri quidẽ vlla ratione potuiſſe. Paucis ergo diebus confluxit tum Bithynia, tũ Galatia, Thraciaq;: eorũ qui renũciabãt, vnoquoq; vt fit, affirmãte ſeſe primũ naſcentẽ vidiſſe deũ : deinde paulo poſt eundẽ cõtrectaſſe iã grandẽ admodũ factũ: vultu etiã homini aſſimilẽ. Accedebãt ad hæc picturę/imagines/ſigna deũ referentia: partim ex ære, partim argẽto efficta. Poſtremo nomẽ etiã inditũ. Nã Glycon appellatus eſt: idq; iuſſu diuino carmine ꝓdito. Ad hunc enim modum eloquutus eſt Alexander.

Sum ille Glycon: hominum lux: ex Ioue tertia proles.

Aſt vbi iam maturum eſſet: vt cuius rei gratia hactenus omnia fuerant excogitata, reſponſa quoq; redderet, iis qui requiſiuiſſent, diuinaretq;: accepta videlicet anſa ab Anthilocho qui apud Cilices vatẽ egerat. Nã is quoq; poſt patris Amphiarei interitum, poſteaq; q̃ ille inter Thebanos extare deſiiſſet, patria pulſus, atq; in Ciliciã profectus, haud incõmode rem geſſit: quum Cilicibus euentura prædiceret : binos obolos pro ſingulis accipiens reſponſis. ab hoc inquã arrepta anſa: prædicit Alexander omnibus qui aduenerant fore: vt deus ipſe reſponſa daret : eiuſq; rei diem quẽdam certum præloquutus eſt. Iuſſit autem vt quiſq; qd̃ videretur qd̃q; maxime diſcere vellet: id in libello conſcriberet: eũq; funiculis obuinctũ cæra, argillave aut ſimili re quapiã obſignaret. Se vero receptis libellis, cũ ſubiſſet adyta (iã em̃ oraculũ erat extructũ, & apparatę cortinæ) ordine per ꝓconẽ ac theologũ euocaturũ eos qui tradidiſſent : dehinc vbi de ſingulis eſſet edoctus a deo: libellos redditurũ ita vt traditi fuerant obſignatos: ſubſcripto illis reſpõſo pro cuiuſq; argumẽto: deo nimirum reſpondente : quacũq; de re quis eſſet ſciſcitatus. Erat autẽ hic dolus/homini cuiuſmodi tu es: aut etiã (ſi modo dictu nõ eſt inuidioſum) cuiuſmodi ſum ego: manifeſtarius neq; difficilis aĩaduerſu: verũ idiotis quibuſq; nares eẽnt mucco obſitę minimeq; emũctę

ꝑdigioſum /planeꝙ incredíbíle quiddã eſſe vídebatur. Eteñ quũ varías eſſet commentus artes:qbus ſigna tollerentur: quæ quiſꝙ ſcíſcítabatur/ea legebat:atꝙ ita quæ vídérentur ad interrogata reſpondebat. Deínde rurſum obuíncta obſignataꝙ reddebat:non ſine ſumma admiratione eorum q recípiebant.Plurímus eñ hic inter íllos erat ſermo qui tandẽ ſcire potuiſſet iſte:quæ ego illí tradídí ſaneꝙ díligenter obſignata ſignis imitatu neutiꝙ facílibus:niſi reuera deus eſſet quiſpiã:cui cuncta ſint perſpícua.Sed íã quíbus artíbus íd effecerit,forſitan a me reqres. Accípe quo videlícet ímpoſturas eíuſmodi deprehendere queas et coarguere.Prima ratio ſic habebat Celſe chariſſíme.Eam cærę partẽ/quæ poſt ſignũ hærebat,acu candefacta líquefactã díducebat. Tum vbí legíſſet:rurſum calefactã acu cærã/eam quæ a tergo funículí fuerat,ſigno eodem manẽte,facíle coagmentabat.Porro ſecundus modus cõſtat ꝑ íd quod collyrium vocant. Id cõficitur ex pice Beryttía/bítumíne/ac lapide pſpicuo trito:tum cæra et maſticha. Cõfectũ igíť ex hís omnibus collyriũ ígni calfactũ, inũcto príus ſuíllo pingui, ſigno applícabat:ac ſymboli fígurã excípiebat.Id ſimul atꝙ ſiccum eſſet factũ(ſic cabatur aũt ꝓtinus)commode reſignabat libellos. Quíbus plectís,ímpoſitæ cæræ denuo perínde atꝙ e lapíde ſignũ ídẽ ímprímebat: ad archetypi ſímílitudínem míre effictũ.Poſt hæc íam tertiã accípe rationẽ.Calce in gluten iníecta:quo vulgo codícíllos adglutínãt : atꝙ ex hís confecta ceu cæra/ mollem adhuc eã admouebat ſigno/ſtatímꝙ detrahebat. Nã íllíco ſicceſcit adeo vt cornu vel ferro potíus reddať ſolídíus. Hac ad ímprímendũ ſignũ vti cõſueuerat.Sunt præter has et aliæ cõplures víæ : quas omnes referre níhíl neceſſe eſt:ne parũ videar modeſtus: maxime quũ tu ĩ hís quos de magorũ artibus cõſcripſiſti cõmentaríís/tũ púlcherrimis/tũ vtiliſſimis:quiꝙ modeſtos reddere queant:ſiqs ín eis euoluendís verſetur:abunde multa retuleris/lõgeꝙ hís noſtrís copioſiora.Reddebat ígitur oracula/ díuinabatꝙ nõ mediocri ad eã rem vtens ingenio:arteꝙ negotiũ reddẽs ꝓbabilíus: dũ alíís oblíqua quædã et ambígua reſpõdet ad ea quæ ꝓponebanť: alíís penítus obſcura.Quãdoquidẽ et hoc oraculís ílle cõuenire iudícabat. Alíos ítẽ deterrebat:alíos adhortabať:ꝓut ſibí magís conducere cõíectaſſet. Nõnullís remedía morborũ vítæꝙ rationes præſcribebat:quũ ſciret (vt ínítío díximus)complura atꝙ efficacia pharmaca. Maiorẽ aũt in modũ Cytmídes ab íllo probabantur:id eſt nomẽ confictum emplaſtrí vrſino adípe confecti. Porro ſpes/rerũꝙ ſucceſſus et íncrementa/neꝙ nõ hæreditatum obuentus ſemꝙ ín alíud tempus reíícíebat.Illud ínterím addens/cuncta hæc tum obtíngent:quũ ípſe volam/quũꝙ vates meus Alexãder me rogabít/ proꝙ vo

bís vota faciet. Deniq; merces erat vnicuiq; reſponſo præſtituta: nempe drachma cũ obolís duobus. Ne vero puſillũ aut exiguũ fuiſſe putes amice hunc quęſtũ: quũ ín annos ſingulos ad ſeptuagínta/aut octogĩta mília redíerit: vſq;adeo auídis & ínſatiabílibus homínibus: vt ſinguli ſupra decẽ/ aut quíndecím rogatíones traderẽt. Cæterũ ea quæ capiebat non ípſe ſolus ſolítus eſt ínſumere: nec rurſum ad congerẽdas opes in theſaurum reponere: verũ cõpluris & alíos habebat ſecũ adiutores ac miníſtros: tum qui ſcítarẽtur, qui verſibus oracula conderẽt, qui reſponſa ſeruarẽt, qui ſubſcriberẽt, qui obſignarent, qui ínterpretarẽtur: quorũ vnicuiq; pro dignitate/ meritoq; lucrum ímpartiebat. Adhæc nõnullos foras, & ín lõgínquas regiones emandarat: qui famam eíus oraculí ínter gẽtes díſſiparent: affírmãtes ípm etíam prædícere reuocareq; fugítíuos: fures ac prædones índicare: theſauros effodiendos oſtendere: morbo laborantíbus mederi: quoſdam etíam víta defunctos in vítam reuocare. Concurrebatur ígítur vndíquaq; magnoq; tumultu concítatí adproperabant: ſacrificabatur: dícabantur munera: eaq; duplícata: prophetæ, díſcipuloq; dei. iam enim & tale quoddam oraculum exierat.

Muneríbus decorare meum vatem atq; míníſtrum
Præcípio: nec opum mihí cura: at maxima vatis.

Verum vbi iam plęriq;/quíbus mentis pluſculum ínerat/ non ſecus atq; ex alta ebrietate reſipíſcẽtes/ conſpiraſſent ín íllum: præſertím ex his qui ſtudebant Epícuro: iãq; paulatím in oppídis depĥẽderetur vníuerſa pręſtígiatura: fictuſq; fabulæ apparatus: horrẽdũ quiddã ín eos edídit: dicẽs ímpíis et Chriſtíanís ímpleri Pontũ qui non vererẽtur ín ſeſe turpíſſime maledícere. Eos iuſſit lapídibus pellerẽt: ſi modo vellẽt propiciũ habere deũ. Porro ſuper Epicuro/ huiuſmodí quoddã oraculũ prodidít. Sciſcítantí cuípiam: quíd ageret apud ínferos Epícurus: plumbeís ínquit cõpedíbus vínctus ín cœno deſídet. Et adhuc miraris: ſi magnope creuit eíus celebrítas oraculí: quũ videas ínterrogatíones adeuntíũ: q̃ ſint prudentes/ q̃q; erudítæ! Modís autẽ omnibus bellũ erat íllí cũ Epícuro ſæuũ & írrecõcilíabíle: idq; iure optímo. Nam cum quo tandẽ iuſtius bellũ gerat: homo præſtígiator: & mõſtrís ac portentís amicus: veris ínimiciſſimus: q̃ cũ Epícuro víro vídelícet qui rerũ naturã perſpectã haberet: quiq; vnus, quid in his eſſet verũ, vídéret! Nam Platoní, Chryſippo, aut Pythagorę erat amicus: atq; alta cũ íllís pax intercedebat. At íntractabílis ílle Epícurus: ſic enim appellat eum: erat íllí plurimũ ínuíſus: atq; íd merito: quíppe qui hæc omnia rídícula ac ludícra duceret. Quã ob cauſam ínter vrbes Pontícas Amaſtrím in primis ha-

bebat exoſam: eoq; acceperat eos q cũ Lepido erãt: alios item horũ cõſimiles q̃ plurimos ea in ciuitate verſari. Neq; vnq̃ Amaſtrino cuiq̃ oraculum reddidit: quin vbi conaretur etiã fratri procõſulis reſpõdere: deridicule profecto diſceſſit: quũ nec ipe, quẽadmodũ idoneũ oràculũ fingeret, inueniret: nec haberet, qui ſibi in tẽpore poſſet componere. Nam quũ ille de ſtomachi dolore conquerenti, vellet præſcribere: vti ſuillum pedem cum malua præparatum ederet: hunc in modum ait.

Maluaca porcorum ſacra cunimato Sipydno.

Crebrius autẽ (vti iã diximus) Draconem oſtẽdebat iis qui vellent: haud totum tamẽ: ſed caudã potiſſimũ, ac reliquũ corpus oculis exponẽs: caput vero ne videri poſſet: abditũ in ſinu ſeruabat. Vertũ quo magis etiã reddaret attonitã multitudinẽ: pollicitus eſt ſeſe exhibiturũ ipſum deũ loquẽtẽ: citraq; interpretẽ edentẽ oracula. Deinde non magno negotio/ gruũ arteriis contextis, ac per lineũ illud draconis caput qđ erat arte adſimulatum, inſertis: alio quopiam per has foris inſonante reſponſitabat ad ea quæ ppo nebantur: voce nimirum per linteaceum illum Aeſculapium ad aures promanante. Huiuſmodi reſponſa αὐτόφωνα dicebãtur: id eſt ipſius voce reddita. neq; quibuſlibet neq; paſſim dabantur: verum ſplendidis modo: atq; opulentis: & qui grandia largirentur. Itaq; qđ Seueriano redditum eſt ſup expeditione in Armeniam ſuſcipienda, ex autophonis erat. Adhortans eñ illum ad incurſum eius regionis, ſic ait.

Parthis Armeniiſq; citato Marte ſubactis
Romam vrbem repetes & claras Tybridis vndas:
Vertice ſerta gerens radiis diſtincta ſerenis.

Deinde poſteaq̃ vecors ille Gallus perſuaſus/ incurſionẽ feciſſet: eueniſſetq; vt vna cum exercitu cęderetur ab Othryade: hoc oraculum e monumẽtis ſuſtulit: atq; aliud in eius locum ſubſtituit huiuſmodi.

Agmen in Armenios ne duc: neq; enim expedit iſthuc:
Ne tibi fœmineis vir amictus veſtibus arcu
Exitium immittat: vitaq; ac lumine priuet.

Siquidem & hoc interim callidiſſime fuerat commentus: vt poſteriorib⁹ ſubſtitutitiiſq; reſponſis: ea q̃ perperam maleq; eueniſſent ſarciret ac mederetur. Sæpius enim ęgrotis priuſq̃ morerentur prædixerat fore: vt reualeſcerent. Quibus moriẽtibus: alterum oraculum ilico paratum erat: quod ſuperiori diuerſa caneret.

Poſthac deſine opem morbo petere exitiali:
Mors etenim manifeſta: nec euitare licebit.

Porro quſi non ignoraret: qui in Claro ac Didymis Malloq; reſponſa ferebant: ipſos quoq; huiuſmodi quadã arte diuinandi celebres haberi: eos ſibi reddebat amicos: plæroſq; conſultorũ ad illos remittens: his verbis.
Nunc Claron ito: mei vocem patris auditurus.
Et rurſus.
Branchydica accedas adyta: atq; oracula quæras.
Et iterum.
Mallon abi: Amphilochi quærens oracula vatis.
Et hactenus quidẽ de iis: quæ intra patriæ fines: vſq; ad Ioniam / Ciliciam / Paphlagoniam / Galatiãq; deſignauit. Vt vero & in Italiã oraculi fama permanauit: inq; ipſam Romanorũ vrbẽ: iam nemo omniũ erat: qui non alius alium anteuertere ſtuderet: dũ hi quidẽ eo proficiſcũtur ipſi: illi vero mittunt: potiſſimũ hi qui potentia atq; authoritate plurimũ in Republica pollebant. Quibus princeps quaſiq; ſignifer extitit Rutilianus: vir alias quidẽ honeſtus ac probus: tum compluribus in præliis Romanorũ ſpectatæ virtutis. Sed qui in his quæ ad deos pertinent, parum ſane ſaperet: vt cui prodigioſa quædã de illis eſſent perſuaſa: adeo vt ſicubi lapidem, vel inunctũ, vel coronatum conſpexiſſet: continuo procideret: atq; adoraret: ac diutius aduolutus vota faceret: bonaq; ac læta ab illo poſtularet. Hic igitur ſimul atq; de oraculo inaudiſſet: parum aberat: quin omiſſo / quem tenebat / exercitu, in Aboni murum auolarit. alios autem poſt alios eo legabat. Porro qui mittebantur: ſeruuli nimirum idiotæ quidam: facile decepti domũ redibãt referẽtes partim quæ viderant: partim tanq; vidiſſent, audiſſentq;: permulta inſuper accumulantes illis: quo domino fierent commẽdatiores. Inflammarunt itaq; ſenem infelicem, & in vehementem inſaniam impulerunt. At ille paſſim ad omnes amicos accedens: quos habebat, quũ plurimos, tum potentiſſimos: enarrabat: partim ea quæ ab iis quos miſerat accepiſſet: partim quæ ex ſeſe affinxerat. Et ad eum modum iſte compleuit vrbem concitauitq; ũ plurimis item aulicis expauefactis, atq; attonitis. Qui protinus et ipſi cupiditate flagrare cœperũt: vt aliquid ſuis de rebus audirẽt. Porro Alexander aduenientes comiter excipiebat: ac xeniis aliiſq; magnificis donatos muneribus ad eum remittebat. hoc agens: vti non ſolum ſentũciarẽt oracula: verũ etiam dei laudes canerent: ac portentoſa quędam de oraculo deq; ipſo mẽtirentur. Excogitarat autem terſceleſtus ille quiddam neutiq; inſcitum: & ingenioſius q; vt in vulgarem competat latronem. Etenim reſignatis libellis ac perlectis, ſi quid offendiſſet in iis quæ proponebantur, ita ſcriptum: vt cum periculo ac diſcrimine eius qui ſcripſiſſet, ſi pro-

ferretur,coniunctũ videretur,apud se detinebat:neq; remittebat:quo vide licet obnoxios ac propemodũ seruos ob metũ sibi redderet eos qui miserãt: quũ in mentẽ illis veniret:cuiusmodi de rebus cõsuluissent.Intelligebat au tem esse consentaneũ:vt qui opibus ac potẽtia præcellerẽt: eiusmodi roga tiones essent ꝓposituri.Ab his munera q̃pluríma ferebat:quippe q nõ ígno rarẽt:sese intra casses eius teneri. Libet aũt aliquot ex his respõsis cõmemo rare quę Rutiliano reddidit.Huic scíscitãti de filio/ ex vxore priore susce pto:qui iam p ætatẽ maturus esset: vt disciplinis erudiretur: quẽ institue do in literis illi pręceptorẽ deberet adhibere: ita respondit.

Pythagoram:ægregieq; canentem prælia vatem.

Deinde paucis post diebus extincto puero:ipse quidem hærebat: nec habe bat qđ incusantibus responderet: oraculo videlicet, ita re præsenti confu tato. At Rutilianus,optimus vltro occupans, defendebat oraculum:affir mans hoc ipsum portendisse deum :qui iussisset neminem quidem e viuis adolescentulo delígi præceptorem: sed Pythagoram potius atq; Homerũ: iam olim defunctos:quibus cum credibile esset eum iam versari.Quid igi tur Alexandro vitio vertere conuenit : si istiusmodi homunculos dignos habuit: quibus fucum faceret? Rursum eidem percontanti: cuius tandem animam esset sortitus:ait.

Principio fueras Pelides:deinde Menander.

Deinde is qui nunc es:post fax phœbæa futurus.

Octoginta æuum ac centum produxeris annos.

At hic septuagenarius interiit: in insaniam versus:haud expectato dei pro misso : q̃q̃ hoc quoq; oraculum ex autophonis erat . Eidẽ item de vxore du cenda percontanti aliquando incunctanter ac palam respondit.

Ducito Alexandro natam/ Lunaq; puellam.

Siquidem iam olim rumorem dissiparat:filiã quã habebat:e Luna sibi susce ptam fuisse.Lunã enim ipsius amore captã fuisse:quũ dormientẽ aliquando conspexisset,nã id illi familiare est:formosos somno sopitos adamare.Porro Rutilianus vir prudẽtissimus , nihil cũctatus protinus accersit virginem: nuptias conficit:sponsus iam sexagenarius: concũbitq;:socrum suã Lunam solidis Hecatombis placans:iãq; sibi vnus e cœlitũ numero videbatur . At hic vbi semel in Italia rem esset aggressus maiora indies ad hæc excogita bat:& in omnes Romanæ ditionis partes,qui perferrent oracula, dimitte bat prædicẽs:ciuitatibus cauẽdam esse pestilentiam/incendia/terrę motus: se certa remedia traditurũ:ne quid horũ accideret/pollicebatur.Iãq; quum pestilentia incubuisset:vnũ quoddã tale oraculũ,Autophonon & hoc,quo-

quo versum gẽtium prodiderat:vnico carmine comprehensum.
Intonsus nubem pestis depellit Apollo.
Atq; hunc versiculũ videre erat passim pro foribus descriptũ,tanq̃ aduersus pestilẽtiam remedio futurũ. Verum ea res plurimis diuersam in partẽ euenit:propterea q; fortuna quadã sic accidit:vt eæ domus/quibus hic versus esset inscriptus/potissimũ desolarẽtur. Neq; vero me putes illud dicere carmẽ in causa fuisse:vt interierint:verum casu quodam ad hunc modũ accidit.Et haud scio,an pleriq; freti carmine/negligẽtius ac securius vixerit: nihil aduersum pestẽ prẽter oraculum adhibẽtes:perinde quasi syllabas pro sese pugnantes haberẽt,& intonsum Apollinẽ telis pestẽ propellentem. Exploratores itẽ ex sua coniuratione q̃plurimos Romæ constituerat / qui sibi qua quisq; mẽte esset indicarẽt:ac priusq̃ oraculum adiissent, illi significarent quidnam essent percontaturi,quidq; potissimum cupere viderẽtur:vt etiam priusq̃ adueniissent ii qui mittebantur,ille iam ad respondendum instructus ac paratus esset. Atq; hęc quidẽ & id genus alia machinamẽta/aduersus Italicas vrbes prẽstruxerat.Nam prẽter hęc & initiationes quasdam instituerat:tædarum per manus tradẽdarum gestationes:& sacrorum cerimonias:quę quidem tribus ex ordine diebus continenter peragerentur. Ac primo quidẽ die Athenienslũ ritu denunciatio fiebat huiusmodi.Si quis sapius,aut Christianus,aut Epicureus mysteriorum explorator accessit:discedat. Cæterum qui deo credunt & parent:sacris feliciter initientur. Sub hęc protinus exigebantur:illo prẽeunte dicẽteq;.Foras pellantur Christiani. Tum multitudo acclamabat vniuersa:foras pellantur Epicurei.Dehinc Latonę puerperium agebatur,& Apollinis natiuitas:tũ Coronidis nuptię: demum nascebatur Aesculapius. Altero die Glycon in lucem emergens, deiq; exortus. Porro tertio die Podalirí cum Alexandri matre coniugium agebatur.Dadis autẽ is appellabatur:idq; ex re:propterea q; faces quædam incẽderẽtur.Postremo loco,lunę atq; Alexandri amores:ac nascẽs Rutilíani coniunx.At vero facem gestabat mysteriaq; agebat Endymion Alexander:quin hic dormiens scilicet,in medio iaceret:descẽderet autem in eum e tecti fastigio,tanq̃ e cœlo,lunę vicem agẽs Rutilía quædam formosissima cuiusdam e Cæsareæ domus prẽfectis vxor:quæ nimirum vt amabat Alexandrum:ita vicissim ab illo amabatur. Ac sub oculis perditissimi illius mariti,tum complexus agebantur,tum oscula:idq; in propatulo.Q̃z nisi complures fuissent tędę:forsan nonnihil & eorum quæ fieri solent infra finum/ patratum fuisset.Paulopost rursum introibat ornatu sacerdotali:multo cũ silentio.Deinde ipse primus clara voce sonabat,Io Glycon. Assonabãt autẽ

bene canori ſcilicet homines:nempe pręcones aliquot Paphlagones, Carbatinis calceati,plurimum alii nidorẽ ructantes,Io Alexander.Porro ſubinde inter geſtandas tędas,atq; inter myſticas ſaltationes,femur illius de induſtria renudatum:aureum apparebat,pelle,ſicuti coniicio,inaurata circundata,atq; hac ad tędarum fulgorem relucente. Itaq; quum duobus quibuſdam /ex eorum numero,qui deſipienter ſapientes ſunt , ſuper hac re verteretur altercatio : vtrum Pythagoræ animum poſſideret : videlicet ob femur aureũ:an aliũ Pythagorico illi conſimilẽ:atq; eã cõtrouerſiã ad ipſum Alexandrum retuliſſent:rex Glycon oraculo litem diſſoluit.

Pythagorę mens emoriturq; oriturq; viciſſim.
Vatis at eſt animus diuina e mente profectus.
Hunc pater auxilio miſit iuſtiſq; piiſq;.

Et rurſum.

Tecta louis repetet:iouiali fulmine tactus.

Porro quum cunctis aliis denunciaret:vt a puerili concubitu tẽperarẽt:ceu re nefaria : vir ille egregius tale quiddam ipſe machinatus eſt . Ponticis ac Paphlagonicis vrbibus ĩperabat:vt tertio quoq; anno mitterẽt,qui deo dicarẽtur,eiuſq; laudes apud ſe canerẽt. Verum mitti oportere ſpectatos ac ſelectos, nẽpe nobiliſſimos & ætate florẽtiſſimos,formaq; eximios. Quibus incluſis pærinde vt emptitiis ad libidinẽ abutebatur:modis omnibus in eos debacchari ſolitus.Prętera legẽ quoq; cõdiderat:ne quis maior annis octo decim ſeſe admoto ore cõplecteretur:neue cum baſio ſalutaret:ſed reliquis manum duntaxat oſculandam porrigẽs,ſolis ętate formaq; floridis oſculũ dabat.atq; his quidẽ inde cognomẽ inditum:vt intra oſculum cõſtituti dicerẽtur. Atq; i hunc modum vecordibus ac ſtupidis mortalibus illudẽs/perpetuo deinceps ſuas nequitias exercebat:paſſim conſtupransvxores/paſſim liberis abutẽs.Quin magnum quiddam cunctiſq; optandum videbatur : ſi cuius vxorẽ vel aſpexiſſet modo.Porro ſi quam etiã oſculo dignatus fuiſſet, nemo non ita putabat:quicquid eſſet bonarũ felicitatũ : id omne ſemel i eã domũ influxurũ eſſe.Erant inſup,atq; eæ non paucæ:quæ ſeſe etiã peperiſſe ex illo iactarẽt:qđ ita eſſe mariti ſuo teſtimonio confirmabant.Lubet etiãm dialogũ tibi referre Glyconis & ſacerdotis,viri cuiuſdã Tyanei:cuius ſapientiã ex his quę ſciſciratus eſt coniicias licebit . Hunc equidẽ legi pridẽ aureis deſcriptũ literis/Tii:i ipſis ſacerdotis ędibus.Dic(ĩquit)mihi rex Glycon:quiſnã es! Sum ille ĩquit minor Aeſculapius.Num alius ab illo priore! quid ais!Haud fas eſt vt iſthuc audias.Sed quot annos apud nos pmãſurus atq; oracula redditurus! Ad milleſimũ tertiũ. Deinde quo demigraturus!

Ad Bactra:atq; ī eas regiones.Siquidē oportet & barbaros meos victu meaq; prēsentia frui.At reliquę sortes,puta quę ī Dyndimis, Claro, Delphisq; reddunt:vtrū ab authore proficiscūtur Apolline:an vana sunt:q̄ illic edūtur oracula?Ne isthuc quidē scire quęsieris,nefas enī.Cęterum ego quis tādē post hāc vitā futurus sum?Camelus:deinde equus:posthęc vir sapiēs,ac vates nō īferior Alexādro.Atq; hęc Glyconis cū sacerdote cōfabulatio.Postremo & oraculum carmine comprehēsum edidit: quum non ignoraret illum amicum esse Lepido.

Ne pare Lepido:namq; huic fatum īnstat acerbum.

Mirum etenī in modum metuebat Epicurum:sicuti superius dictum est:nimirum vt artificem ac sapientē/suis artibus atq; impostūris hostem atq; insensum.Itaq; ex Epicureis quēpiam,ausum se multis prēsentibus coarguere:propemodum ī vitę discrimen adduxerat. Siquidem adiens ille,clara voce dicebat.Tu nimirum Alexander Paphlagoni cuidam persuasisti : vt seruos suos apud Galatię prēfectum capitis accersseret,hoc nomine,quasi filiū ipsius,q tum Alexandrię erudiebatur,occidissent.Atqui viuit adolescēs incolumisq; reuersus est:famulis iam supplicio affectis:q tua opera bestiis traditi perierunt.Porro,huiusmodi quiddā acciderat. Cū adolescentulus amne aduerso ī Aegyptum nauigasset:ad inundationē vsq; subducto nauigio: persuasus est:vti pariter in Indiā nauigaret.Itaq; dum diutius abesset, infelices illi eius ministri rati videlicet vel ī Nilo nauigantē interisse puerum: vel a latronibus(nam id tēporis permulti grassabantur)esse peremptū:reuersi sunt domum,renunciantes,quēadmodum e medio sublatus esset.Deinde proditum oraculum:damnati serui.sub hęc adest adolescētulus:peregrinationē suam enarrans.Atq; hęc quidē ille.At Alexander indignatione percitus,q; coargueretur:neq; ferens opprobratā sibi veritatē:iussit vt qui adessent lapidibus illum impeterēt:alioqui & ipsos īpios futuros:atq; Epicureos appellādos.Dumq; illi iam lapidare cœpissent:Demostratus quidā, qui diuersabatur in ponto,primus hominem sui corporis obtegēs obiectu/morti subduxit:alioqui lapidibus obruendum,idq; iure optimo. Quid enī oportebat vnum inter tam multos insanientes,sanum esse:atq; a Paphlagonum stultitia malum sibi accersere?Et illi quidē hęc euenerunt.Cæterū aduocatis iuxta oraculorum ordinē iis qui proposuerāt(nam id fiebat pridię q̄ responsa redderet)pręcone rogāte an vaticinari vellet: si cuipiā illorum ex adyto respondisset:ī malā rem:huiusmodi hominē neq; tecto quisq̄ excipiebat/neq; igni/aquave īpertiebat:verū erat illi solum aliud alio vertēdū: tanq̄ impio deorumq; cōtemptori : atq; Epicureo.quod quidem probrum

omnium erat grauiſſimũ. Quapropter vnũ etiã Alexãder quiddã deſignauit deridiculũ. Nactus peculiares Epicuri ſententias / librum (vti ſcis) lõge pulcherrimũ, ſummatim Epicureæ diſciplinæ decreta complectẽtẽ, mediũ in forum deportauit: ac lignis ficulnis exuſſit: tãq; anthorem ipm exureret ſcilicet: ac cinerem abiecit in mare: oraculo inſup eam in rem edito.

Edico decreta ſenis comburrere cæci.

Haud perpendit ſceleſtus ille: quãtũ adferret is liber cõmoditatũ: iis qui in eo legendo verſarentur: quãtãq; illis quietem / tranquillitatẽ / libertatẽq; pareret: ppterea q̃ a pauoribus: ſpectris: ac prodigiis liberaret: tum ſpes inanes / atq; immodicas adimeret cupiditates: mentẽ ſanam ac veritatẽ inſereret: planeq; luſtraret animũ: nõ tęda quidẽ aut ſquilla: aut aliis id genus nugamentis: immo recta ratione: vero: ac libertate. Accipe iã facinus quoddã hominis ſceleratiſſimi, vnũ inter oĩa multo impudẽtiſſimũ. Quum iam nõ mediocrem in Regiam aditum ſibi patefeciſſet: inq; aulã Cæſareã: p̃ſertim Rutiliano rem adiuuãte / atq; approbãte: quum bellum quod in Germania gerebat maxime flagraret diuo Marco cum Marcomannis & Quadis cõſerente: oraculum diuulgauit: quo iubebat: vti duos leones viuos in Danubium immitterẽt: variis cum odorib9: ac ſacris quibuſdam magnificis. ſed præſtat ipſum oraculum referre.

Gurgitibus fluuii turgentis ab imbribus iſtri
Immiſiſſe duos Cybeles edico miniſtros:
Monte feras alitas: tum q̃tum alit indicus aer
Florum atq; herbarum bene olentum: moxq; futura eſt
Et victoria: pax & amabilis: & decus ingens.

Ea quũ eſſent facta, quẽadmodũ ille p̃ſcripſerat: leones q̃dẽ ſimul atq; in hoſtiũ regionẽ enataſſent: barbari canes quoſpiã aut lupos eſſe rati, fuſtib9 arcebãt. At noſtrorũ ptinus maxima ſtrages eſt cõſequuta: vigiti ferme milibus ſimul extictis. His cõſimilia ſunt ea quæ in Aquileia cõtigerunt: quum parum abfuerat: vt vrbs ea caperet. At is ad id q̃d euenerat Delphicã illã reſpõſionẽ, Croeſoq; redditũ oraculũ, frigide ſane detorſit: dicẽs deũ quidẽ prædixiſſe victoriã: haud tamẽ explicuiſſe: vtrũ Romanorũ eſſet futura: an hoſtium. Tãdem quum plurimi iam eam in vrbẽ confluerẽt: premereturq; Abonotichitarũ ciuitas multitudine eorũ qui ad oraculũ ventitabãt: neq; ſufficeret ſuppeditãdis iis quę ad victũ erant neceſſaria: cõminiſcitur oraculorũ genus quoddã id quod nocturnũ appellabat. Siquidẽ libellis indormire ſolet: vt aiebat ipſe: deinde tanq; in ſomnio diuinitus edoctus reſpõdebat: nihil certi tamen. Sed ambigue plærũq; ac confuſim. maxime ſi quos li-

bellos conſpexiſſet,accuratius,atq; obſeruãtius obſignatos.Ad hũc enĩ mo-
dũ citra vllum reſignãdi periculum,quicquid temere ĩ mentẽ veniſſet ſub-
ſcribebat:ratus & hoc ipſum oraculis cõuenire.Erãt autẽ ad id nõnulli cõ-
ſtituti ĩterpretes:q mercedẽ non exiguam colligebant,ab iis q eiuſmodi ca
piebãt oracula:vt enarrarẽt ea explicarẽtq;:atq; hoc illorũ munus cõducti
tium erat.Nam ĩterpretũ quiſq; talẽtum Atticum pẽdebat Alexãdro. Nõ
nunq̃,quum neq; cõſuleret quiſq̃,neq; miſſus eſſet aliquis:imo quum ne eſ-
ſet qdẽ huiuſmodi quippiam,tamen oraculum edebat:vti ſtultos mortales
redderet attonitos.Quod genus illud erat.

Hunc age quære tuam qui tectus in ędibus/ac te
Clam prorſum/vxorem vultuq; oculiſq; decoram
Stuprat adulterio:ſeruorum ex agmine primus.
Ipſe cui ſolus ſuaſiſti hęc omnia demens.
Eius enim florem libaſti:hoc dedecus ille
Nunc tibi compenſans/cum coniuge dormit herili.
Quin iidem tibi iam pridem letale venenum
(Vt neq; quæ faciant,poſſis audire:nec vnq̃
Cernere luminibus)tecte furtimq; pararunt.
Inueniesq; tuo ſub lecto pharmaca:iuxta
Parrietem/ſub ceruicali condita:porro
Iſtis conſcia criminibus tua ſerua calypſo eſt.

Quis Democritus prĩcipio nõ cõmoueret:vbi noĩatim & authores & loca
palã audiſſet deſignari? Verum ilico deſpuiſſet ſimul atq; cognouiſſet,quo
hęc artificio gererẽtur.Iuſup & barbaris nõ raro reſpondit,ſi quis patria li
gua ſciſcitaretur:puta Syriace aut Gallice,quoties difficile erat ĩuenire cõ
terraneos eorum q rogationẽ propoſuiſſent:proinde receptis libellis mul-
tum ĩtercedere ſolet interualli priuſq̃ oraculum redderet : quo videlicet ĩ-
terim p otiũ poſſet & ſoluere tuto libellos,& nanciſci q cuncta poſſent ĩter-
pretari.Qđ genus erat & illud Scythę cuiuſdã redditum oraculum.

Morphi ebargulis in vmbra chuenchicranc:relinquet lucem.

Alias rurſum:quum nec adeſſet itẽ quiſpiam,neq; tale quicq̃ omnino con-
tigiſſet,citra carmẽ eloquutus eſt.Redito:vnde veniſti.Siquidẽ is qui te mi
ſit hodie periit:interemptus a Diocle vicino:accedẽtibus latronibus:Man-
go,Celere,ac Bubalo:q nunc etiam comprehenſi tenentur in vincu'is. Cę
terũ pauca nunc accipe ex his quæ mihi ipſi reſpondit. Sciſcitato an caluus
eſſet Alexãder : quum libellos palam atq; accurate obſignaſſem reſponſum
nocturnum ſubſcribitur,Sabar Dalachi Malach Attis alter erat. Rurſum

quum diuersis libellis eandē rogationem proposuissem : puta cuiatis esset vates Homerus: idq; alio atq; alio nomine: alteri subscripsit: videlicet decep tus a puero qui rogatus/qua gratia veniisset/vt remedium iquit peterem aduersus laterum dolorem,

Cytmide te iubeo, ac lunari rore perungi.

Alteri vero vbi scisscitanti ei dictum esset: vtrum mihi satius esset ī Italiam nauigio, an pedestri itinere proficisci, respondit, nihil quidē quod ad Homerum attineret.

Carpe viam pedibus: rate ne sulcaueris vndas.

Multa id genus aduersus illum sum machinatus : quorum de numero fuit & illud / vnica rogatione proposita libello pro more inscripti talis cuiusdā rogationes octo, nomen aliquod ementitus/missis drachmis item octo: preterea qđ fieri solitum esset adiungēs. At ille persuasus partim missa merce de: partim inscriptione libelli: ad vnicam rogationem, ea erat huiusmodi, quando deprehendendus esset impostor Alexander: octo misit oracula. Sed que neq; cœlum (qđ aiunt) neq; terram attingerent. Verum absurda, & intellectu difficilia omnia. Quod ille vbi in posterum persensisset: preterea q; Rutilianum a matrimonio conatus essem auertere : suasissemq; ne prorsus in diuinatiōe spes reponeret suas: oderat me videlicet ita vti par erat, sibiq; acerrimum hostem iudicabat. Quodam itaq; tempore percontanti de me Rutiliano ita respondit.

Noctiuagis gaudet scortis: spurcoq; cubili.

In summa: iure optimo me inuisissimum habebat. Proinde quum me in oppidum aduenisse sensisset, meq; Lucianum esse illum cognouisset: adduxerā autē milites duos, alterum lancea, alterum conto armatum: quos quidem a Capidocię prefide mihi tum amico acceperā, quo me ad mare vsq; deduceret: accersit ilico, sane q̄ comiter multaq; cum humanitate. Ego quum aduenissem: complures apud illum reperio: porro bona quadam fortuna, & milites vna mecum adduxeram. Tum ille manum mihi porrigit osculandam: quēadmodum vulgo facere consueuerat : ego admotus perinde atq; osculū daturus acri morsu corripio: ita vt parum abfuerit quo minus illi manum mancā reddiderī. Itaq; qui p̄sentes erant prefocare me accedere conati sunt tanq̄ hominē sacrilegum, quippe qui iam inde ab initio grauiter tulerāt: q; Alexandrum illum, non autē prophetam compellassem. At ille oppido q̄ generose obnitens, compescuit illos: pollicituſq; est: se facile me placidum redditurum declaraturumq; quantum posset Glycon: qui nimirum & hos qui maxime sęuirēt ferocirētq;, sibi redderet amicos. Moxq; ablegatis oībus, me

cum expostulauit negãs se clam esse: quę suasissem Rutiliano. Ecquid me lę-
sisset: vt ista in sese facerẽ: quum possem illius opera apud illum magnas ad
res promoueri? Equidẽ hanc hominis humanitatẽ cõmoditatẽq; libẽter ac-
cipio: perpẽdens nimirũ quo forẽ in periculo constitutus: paulocp post pro-
dibã, iam illi factus amicus. Ea res profecto (iis qui videbãt) vehemẽter erat
stupẽda: q tam facile fuissem cõmutatus. Posthęc quum iã nauigare statuis-
sem: missis Xeniis ac muneribus pmultis (Erã autẽ forte solus cum Xeno-
phonte, patre cũ reliquis meis in Amastrim præmisso) pollicetur & nauim
prębiturum sese, & remiges qui nos aueherẽt. Etenĩ arbitrabar hęc aĩo sim-
plici atq; officiose fieri. Verum vbi iã in medio essemus mari, videręq; gu-
bernatorẽ lachrymantẽ, & nescio quid reliquis nautis contradicẽtem: non
optimę de euẽtu spes me ceperunt. Erat autẽ illis ab Alexandro mãdatum:
vt tollẽtes nos ĩ mare pręcipites darẽt. Quod si contigisset: facile qđ mecũ
gerebat bellum illi debellatum fuisset. Sed is qui lachrymabatur: effecit ne
quid in nos grauius patrarẽt. Ac mihi quidẽ ita loquutus est. Annos natus
vti vides, sexaginta, quum antehac pie atq; inculpate vixerim, haudquaq̃
velim in hac tam grandi ętate pręsertim quum vxorem & liberos habeam
homicidio manus impiare: indicans videlicet cuius rei gratia nos susce-
pisset, quęq; sibi mandasset Alexander. Expositis autẽ nobis in Aegialos: quo-
rum etiã egregius meminit Homerus: retro legit cursum. Ibi forte nactus
prętereuntes legatos quosdam Bosporanos Eupatoris regis nomine in
Bithyniam proficiscẽtes: deportandi vectigalis gratia qđ in singulos pẽde-
batur annos: quum exposuissem illis qđ me periculum circũuallaret: atq; il
li se mihi commodos facilesq; pręberẽt: receptus in nauigium incolumis in
Amastrim pueni. Tantillum abfuerat vt perierim. Ex hoc nimirum tempo
re, & ipse aduersus illum arma capiebam: omnemq; (quod aiunt) mouebam
funem quo hominem vlciscerer: quem iam tum ante mihi structas insidias
oderam, proq; summo ducebam hoste: propter morum impietatem. Iamq;
ad accusationem intenderam animum: non paucis mecum facientibus: ma-
ximeq; qui erant ex Timocratis Heracleotæ schola philosophi. Verum qui
tum Bithynię Pontoq; pręsidebat, nos cohibuit pene supplicans & obsecrãs
vti desisteremus. Etenim ob necessitudinem quæ sibi cum Rutiliano inter-
cederet, nequaq̃ posse supplicio afficere: nec si manifesto in crimine depre-
hendisset. Atq; ita quidẽ ab iracundia destiti, meq; repressi non in tempore
rem aggressurus: quum iudicem haberem ad eum modum affectum. Sed
quid? An non & hoc inter alia facinus audax Alexandri: a principe Romano
postulare: vt Aboni murus, commutato vocabulo, Ionopolis appellaretur?

vtq; nomiſma nouũ ſignaret: altera quidem parte Glyconis obtinẽs imagi nem:altera vero Alexãdri:qui inſignia aui Aeſculapii,ac falcem illã Perſei, vnde maternũ ducebat genus,teneret. Porro quũ eſſet de ſeſe vaticinatus: oraculo prodito: fatis decretum eſſe:vt annos viueret centum & quinqua ginta:dehinc fulmine ictum interitu maxime miſerãdo periturum: nondũ ſeptuaginta natus annos interiit: videlicet (vti cõueniebat Podalirii filio) pede ad inguẽ vſq; putrefacto:& vermibus ſcatens.Quo tẽpore ſimul & il lud deprehẽſum eſt: q; caluus eſſet: quũ medicis caput humectandũ præbe ret:ad mitigandum cruciatum:id qđ haud quaq; facere potuiſſent:niſi de tracto galericulo.Hunc habuit exitũ Alexandri tragœdia:atq; hęc fuit to tius fabulę cataſtrophe:vt res videri poſſit prouidentia quadam eſſe geſta: quũ caſu nimirũ ad hũc modum euenerit.Reſtabat illud:vt & epitaphium vita acta dignum ei conſtitueretur:neq; non certamina quædam agerẽtur ab iis qui in vaticinium coniurauerãt:videlicet impoſtoribus inſignibus ac pręcipuis ad Rutilianum arbitrum ſeſe conferentibus: vt is pronunciaret: quem ex ipſis oporteret in oraculi ſucceſſionẽ capeſſendam eligi:atq; ſacer dotali ꝓphetica; corona redimiri. Erat autẽ in hoc numero ſimul & Pae tus:qui artis profeſſione medicus,tum ciuis quũ eſſet,iſta faciebat:neq; me dico,neq; homine cano decora. At Rutilianus certaminis arbiter incoro natos eos remittebat: ipſi ſibi diuinandi authoritatem ſeruans : poſteaq; inde iam demigrauerat.Hęc amice ex plurimis pauca,quo deguſtamentũ homi nis præberem,ſcribẽda putaui:quum vti tibi gratificarer;homini familia ri atq; amico:quẽq; ego vnum omniũ maxime ſuſpicio:idq; plurimis nomi nibus: vel propter ſapientiam ſingularem: vel ob amorem veri:vel ob mo rum mãſuetudinem ac moderationẽ:vel ob vitæ trãquillitatem: poſtremo comitatem atq; humanitatẽ erga hos quibus cum viuis. Tum vero (quod quidem tibi fuerit etiã iucundius) vt Epicurum vlciſcerer virum vere ſa crum ingenioq; diuino:quiq; ſolus quæ vere ſunt honeſta/& nouerit & tra diderit:quiq; ſolus extiterit qui liberos reddere ſolitus ſit eos qui ſecum ha berent conſuetudinem. Deniq; arbitror fore vt iis qui in hanc lectionẽ inci derint,liber hic nõnihil vtilitatis afferre videatur:dum quædã redarguit: quędã in opinionibus horum qui & recte ſentiunt,confirmat ac ſtabilit.

Alexandri ſeu Pſeudomantis Finis.Eraſmo Interprete.

Gallus. Fo. XLV.

LVCIANI SOMNIVM SIVE GALLVS ERASMO INTERPRETE. INTERLOQVVTORES. GALLVS. MICYLLVS.

AT te ſceleſtiſſime Galle cũ iſta tanta inuidẽtia, voceq; tam acuta, ipẽ pẽrdat Iuppiter: qui quidẽ opibus affluentẽ me: ac dulciſſimo in ſomnio verſantẽ: & admirabili felicitate fruentem: penetrabile quiddã & clamoſum reſonãs exper gefeceris: adeo vt ne noctu quidẽ effugere liceat paupertatem: vel te ipo lõge nocẽtiorem. Atqui ſi coniectandũ eſt: tum e ſilentio qđ etiãdum ingens eſt: tum e rigore frigoreq;: qđ nondũ me quẽadmodum aſſolet antelucano morſicat titillatq; (Nã hic mihi certiſſimus gnomon aduentantis diei) ne medium quidẽ adhuc noctis eſt. Sed iſte peruigil perinde quaſi vellus illud aureum ſeruet, ab ipſa protinus veſpera vociferari cœpit. Verum haud quaq; impune: ſiquidẽ mox pœnas de te ſumã: fuſteq; cõminuam: ſi diluxerit modo. Nã nũc negotium mihi faceſſeres ſubſiliens in tenebris. GALLVS. Here Micylle, equidẽ arbitrabar me tibi gratum eſſe facturum: ſi quoad poſſem alta nocte lucem anteuertiſſem: quo poſſes antelucano ſurgens q; plurimũ operis conficere. Etenim ſi priuſq; ſol exoriatur vel vnicam feceris crepidã: iſthuc laboris lucro tibi acceſſerit: ad parandũ victũ. Q; ſi tibi magis libet dormire: equidẽ tuo arbitratu quietẽ egero: longeq; magis mutus fuero piſcibus. Cæterũ tute videto: ne per ſomnium diues/eſurias experrectus. MICYL. O prodigiorũ auerſor Iuppiter: O malorũ depulſor Hercules: Quid hoc mali eſt! vocẽ humanã ſonuit Gallus. GAL. Hoccine tãdẽ tibi prodigiũ videt: ſi eadẽ qua vos lingua loquor! MICYL. Quid! an non hoc portẽtũ! Sed auertite dii malũ a nobis. GAL. At tu mihi videris admodũ illiterat⁹ eſſe Micylle: nec euoluiſſe Homeri Poemata: in quibus equus Achillis, cui nomẽ Xantus, poſteaq; hinnitus lõgum valere iuſſiſſet: medio in prælio conſtitit: diſſerẽs: totoſq; verſus ordine recitans: non quẽadmodũ nũc ego proſa oratione loquẽs: quin etiã vaticinabatur ille: deq; futuris edebat oracula: neq; quicq; pdigioſum facere videbatur: neq; is qui tũ audiebat, malorũ auerſorẽ/ita vti tu facis/iplorabat: quaſi rem abominãdã & auertendã audiſſe ſeſe iudicaret. At quid tãdẽ facturus eras: ſi tibi Argi nauis carina fuiſſet eloquuta: ita vt olim in Dodonęa ſylua phagus p ſe loquẽs oraculũ edidit! Aut ſi tergora direpta ſerpere vidiſſes: ſi carnes boũ mugire ſemiaſſas coctaſq; verubus trãſfixas! Ego vero, quũ Mercurii ſim aſſeſſor loquaciſſimi deorũq; oĩm facũdiſſimi: pterea cõtubernalis vobis & conuictor: haud mirum videri debet: ſi ſermonẽ humanũ edidici.

Qđ ſi mihi recipias taciturũ te: haud quaq̃ grauabor verioré tibi cauſam aperire: vnde factũ ſit: vt eadem qua vos lingua loquar: & vnde mihi ſuppetat huius orationis facultas. MICYL. Modo ne iſthuc ipm ſit ſomniũ Gallę: qđ ita mecũ loqueris. Sed dicito per Mercuriũ o pręclare: quid etiã aliud rei tibi ſit in cauſa: vt iſtam linguam ſones! Nam vt taceam: neq; cuiq̃ proferam: quid attinet te ſollicitum eſſe! Quis em̃ fidem mihi ſit habiturus: ſi cui narrẽ: me Gallũ hæc loquẽtem audiſſe! GAL. Auſculta igitur: nam oratione ex me audies: omniũ (ſat ſcio) maxime nouam atq; incredibilẽ. Siquidẽ hic qui nũc tibi gallus appareo: nõ ita pridẽ homo fui. MICYL. Profecto & olim iſtiuſmodi quiddã de vobis inaudictã. Adoleſcẽtulũ quẽpiam fuiſſe gallum: Marti adamatum: atq; hũc deo cõpotaſſe: colluſitaſſeq; & in voluptatibus geſſiſſe morem. Itaq; cum Venerem adiret Mars cum ea cubiturus: hunc quoq; Gallum vna ſecum adduxiſſe. Quoniã autẽ Solem potiſſimũ metueret: ne ſi e ſublimi conſpexiſſet, Vulcano ſe proderet: foris ad oſtium adoleſcentulũ ſemp relinquere ſolitum: cui⁹ indicio certior fieret: quando ſol emergeret. Deinde Gallum aliquãdo ſomno correptũ excubias deſeruiſſe inſcientem: Soleq; nullo præſentiẽte imminuiſſe Veneri ac Marti ſecure dormienti: propterea q̃ confideret gallũ indicaturũ fuiſſe: ſi quis interueniſſet. Itaq; Vulcanũ a ſole edoctũ / eos deprehẽdiſſe implicitos atq; irretitos iis vinculis, quæ iam olim in illos fuerat fabricatus. Porro Martẽ ſimul atq; dimiſſus eſt indignatum aduerſus gallũ fuiſſe: atq; eum in auem tranſmutaſſe: iiſdem armis: vt in capite pro galea criſtam obtineret. Hanc ob cauſam quo vos Marti purgetis / quũ iam nihil opus / ſimul atq; ſolẽ exoriẽtem ſenſiſtis, multo ante vociferari: atq; illius exortũ prænũciare. GAL. Ferunt quidẽ & illa Micylle. At quod ego ſum narratur⁹, multo aliud qđdam fuit: atq; adeo nup admodũ in Gallũ trãſformat⁹ ſum. MICYL. Quonã modo! Nã iſthuc maximopere cupio cognoſcere. GAL. Audiſtin de Pythagora quodã Mneſarchida Samio! MICYL. Num ſophiſtã illũ dicis: & pſtigiatorẽ: qui inſtituit: ne quis vel carnes guſtaret: vel fabas ederet: ſuauiſſimũ mihi eduliũ ſalubre & parabile a mẽſa ſubmouẽs! Præterea autẽ: q̃ mortalibus ſuaſit ne intra quinquenniũ loquerent! GAL. Scis nimirũ & illud: quẽadmodũ priuſq̃ Pythagoras eſſet: Euphorbus fuerit! MICYL. Pręſtigiatorẽ & prodigiorũ artificẽ hominẽ aiunt fuiſſe o Galle. GAL. Ille ipſe ego tibi ſum Pythagoras. Quare parce quæſo mihi cõuitiari: p̃ſertim quũ ignores q̃bus ſim morib⁹. MICYL. At hoc rurſum multo etiã q̃ illud portentoſius: Gallus philoſophus! Attamẽ expone Mneſarchi gnate qui factũ ſit, vt ex hoĩe auis: ex Samio Tanagræus repẽte nobis p̃dieris. Neq; enĩ iſta veriſi

mília:neq; oino facília creditu. Quãdoquidẽ duas quasdã res iam mihi videor ĩ te aĩaduertísse nimiũ alienas a Pythagora. GAL. Quas? MICYL. Alterum qdẽ:q; garrulus es:& obstreperus: quũ ille silere in solidos quinq; annos (si memini) pręceperit. Alterũ vero plane cũ illius legib⁹ pugnat. Etẽ cũ non haberẽ qd tibi obiícerẽ: fabas heri (sicuti nosti) ad te attuli. At tu nihil cũctatus, ptin⁹ eas sublegebas: vnde fit vt necesse sit, aut emẽtitũ esse te Pythagorã esse: quũ aliud quiddã sis: aut si Pythagoras es, legẽ prętergressum esse te: iusq; violasse: quũ fabas ederis: perinde ac si caput patris comederis. GAL. Nõ cognosti Micylle quę sit harũ rerũ causa: neq; quę ad vnũquodq; vitæ genus cõducant. Ego tum quidẽ nõ esitabã fabas: ppterea q; Philosophus essem. Nũc cõtra comesurus sim quippe a vitio cõgruas: neq; nobis repudiandũ pabulũ. Verũ si molestũ nõ est: audí quẽadmodũ e Pythagora cœperim eẽ id qd sum in p̃sentia: ĝq; in multis vitæ generib⁹ antehac vixerim. Et quid ex vnaquaq; trãsformatiõe sim cõsequutus. MICYL. Narra quæso: nã mihi quidẽ auditu iucundissimũ fuerit. Adeo vt si quis mihi deferat opinionẽ: vtrũ te ista narrantem audire malim: an rursum feliciss mũ illud somniũ qd paulo ante vidi videre: haud sciam vtrũ electurus sim vsq; adeo cognata germanaq; vidẽtur esse ista tua cũ suauissimis illis visis. & ex æquo vos æstimo: te pariter ac pręclarũ illud insomniũ. GAL. Etiãnũ tu somniũ illud qd dudũ tibi visum est in animũ reuocas & inania quędam obseruans simulachra, atq; (vti loquũtur poetæ) euanidã quandã felicitatẽ memoria cõsectaris? MICYL. Immo illã scias Galle: ne vllo qdẽ tẽpore vnq; visi illius mihi vẽturã oblíuionẽ. Tantũ mellis somniũ aufugiens in oculis mihi reliquit; vt præ illo vix queam palpebras attollere: rursus in somnum coeuntes. Itaq; qualem voluptatem mouent pẽnæ in auribus versatę, talẽ tillationẽ mihi p̃bent ea quæ vidi. GAL. Nouũ quẽdã Hercule mihi narras amorẽ insomnii: siquidẽ alatum quũ sit (sicut aiunt) metasq; volãdi pręscriptas habeat somnũ: iãq; septa trãsilit: in oculis etiam vigilantis obuersans: adeoq; mellitũ & euidens apparet. Quare peruelim audire: cuiusmodinam sit istud: qd te supra modum delectat. MICYL. Gestio narrare. Nã dulce est hoc ipm meminisse: & cõmemorare de illo quippiã. Verũ heus Pythagora: quãdo tu narrabis de tuis trãsformationib⁹? GAL. Vbi tu Micylle desieris somniare: melq; illd ab oclis absterseris. Interim prior dicito: vti intelligã: vtrũ ne per portas eburneas, an p̃ corneas tibi somniũ aduolarit. MICYL. Neq; p̃ has neq; p̃ illas o Pythagora. GAL. Atqui duas has tãtũ cõmẽorat Homer⁹. MICYL. Valere finas nugatorẽ illũ Poetã: q nihil de somniis itelexit. Pauptiua fortassis sõnia p̃ istas cõmeãt portas: qlia videbat ille: neq; id

admodũ perſpicue: quippe captus oculis. Mihi vero per aureas quaſdã portas dulciſſimũ hoc aduenit ſomniũ, & ipm aureũ, & aureis vndiq; circũiamictũ, & auri plurimũ ſecũ adducẽs. GALLVS. Define optime Mida de auro fabulari. Nã dubio procul ex illius voto iſtud tibi accidit ſomnium: & ſoli das auri venas mihi duxiſſe videris. MICYL. Multã auri vim vidi Pythagoras multã, q̃ putas pulchri! quo fulgore coruſcantis! Quid tandẽ Pindarus i illius laudẽ dicit! nam i memoriã redige: ſiquidẽ meminiſti: quum aquam prẽſtantiſſimã dicẽs, poſtea aurum admiratur, idq; iure, ſtatim i initio carminis vnius omnium belliſſimi. GALLVS. Num illud queris!

Aqua eſt illa quidem optima:
Cẽterum aurum: vti candens
Ignis: ita enitens: noctibus eminet eximie vnum
Cẽteras ſupra opes: quẽ
Gloriam ac decus addunt.

MICYL. Per Iouẽ iſthuc ipm: perinde enĩ ac ſi ſomniũ meũ videat Pindarus ita pdicat aurũ: ſed vt tandẽ cognoſcas quale fuerit, auſculta iã ſapientiſſime Galle. Meminiſti vt heri nullũ domi cibũ acceperi: ſiquidẽ Eucrates dives ille forte mihi i foro factus obuiã, lotũ me i tpe ad cœnã venire iuſſerat. GAL. Iſthuc eqdẽ plane memini. Nã totũ eſuriebã diẽ: donec mihi pfunda tãdẽ veſpera domũ reuerſus ſubuuidus vinoq; madẽs quiq; illas fabas pferres nõ admodũ opiparã cœnã Gallo: q quondã fuerit Athleta: quiq; olympia nõ ſegniter olim decertarit. MICYL. Aſtvbi reuerſus a cœna fabas tibi obieciſſem: obdormiii ptin9. Tũ mihi iuxta Homerũ ambroſia ſub nocte diuinũ quoddã haud dubie ſomniũ aſſiſtẽs. GAL. Sed pri9 q̃ tibi apd Eucratẽ accidерit Micylle, narra: & cuiuſmõi fuerit cœna. Nihil enĩ phibet te denuo cœnare: ſi veluti ſõniũ quoddã ei9 cœnę reducas, & q̃ tũ ederis rurſũ cõmẽoratiõe q̃ſi rumines. MIC. Credebã moleſtũ futurũ me, ſi hęc quoq; retuliſſẽ: verũ poſteaq̃ tu deſyderas en id quoq; narrabo. quũ nũq̃ añhac i vita cœnaſſẽ apd vllũ diuitẽ o Pythagora: heri bona quapiã fortuna i Eucratẽ icidi: atq; ego qdẽ ſimul atq; dñm illũ ſalutaſſẽ: irayti cõſueuerã, ſubducebã me, ne pudori illi eẽm: ſi lacera i veſte fuiſſẽ affectatus. At ille. Micylle ingt, hodie natalicia filię celebro, plurimoſq; ad cõuiuiũ amicos iuitaui: verũ qm̃ aiũt quẽdã ex his icõmoda eſſe valetudine, neq; poſſe pariter ad cõuiuiũ noſtrũ accedere: tu ei9 loco venito lotus: niſi ipſe forte q vocatus eſt ſemet adfuturũ renũciarit. Nã nũc qdẽ ambigit. Hoc vbi audiſſẽ adorato diuite diſcedebã: oẽs obſecrãs deos: vt algidã febrẽ aliquã, aut laterum dolorẽ, aut podagrã

morbi auctariũ immitteret valetudinario illi: cui⁹ ego fellæ occupator/cœnæq; vicarius/ & hæres erã vocat⁹. Interim hoc ſpacii qđ vſq; ad balnei tẽpus iterceſſit lõgiſſimũ ſęculũ eſſe iudicabã: dũ ſubinde reſpicio: quotquot pedũ eſſet litera: & quãdo illos iã lauiſſe cõſentaneũ eſſet. Hic vbi tẽpus tandẽ adueniſſet: ocyus me corripio: atq; abeo: nitide admodũ cult⁹: ſic obuerſo palliolo: vt qua eẽt parte puriſſimũ, ea videret. Offendo autẽ ad fores: & alios cõplures: in qb⁹ etiã illũ (geſtabat autẽ a viris quatuor) cuius erã ſubconuiua vocatus: qui male habere dictus erat. atq; id etiã præ ſe ferebat: q; afflicta eſſet valetudine. Nam ex alto gemebat tuſſiebatq; ac ſcreabat: velut ex abdito: q;q; ęgre redderetur totus pallidus ac tumens: annos nat⁹ circiter ſexaginta. Ferebatur autem philoſophus quiſpiã eſſe: ex his qui apud adoleſcentulos nugas deblaterant. At barba mire erat tragica: ſupraq; credi poſſet tonſoris egẽs. Porro increpante Archibio medico: quãobrẽ quum ita eſſet affectus adueniſſet: nõ oportet inquit ꝓmiſſa deſerere pſertim hominẽ philoſophũ: etiã ſi mille vrgeant & inſtẽt morbi. Putabit enim Eucrates ſeſe a nobis haberi ludibrio. Haud quaq; inquã ego: imo collaudabit te ſi domi potius apud te velis emori q; in cõuiuio: animã vna cũ phlegmate excreans. Atq; ille quidẽ præ arrogantia diſſimulabat ſeſe dicterium audiſſe. Haud multo poſt acceſſit & Eucrates iam lotus: cõſpectoq; Theſmopolide (nam id erat philoſopho nomen) præceptor inqt, probe quidẽ factũ abs te: qui ipſe ad nos veneris. Tametſi nihilo deterius tibi fuerat futurũ. Siquidẽ etiã abſenti oĩa ordine miſſa fuiſſent. Hęc ſimul atq; dixerat: introgreditur manus illi porrigens pariter & famulis innitenti. Ego igitur iam abire parabam: verũ ille conuerſus vbi diu ſecum hęſitaſſet: poſteaq; me triſtem admodum videret: ades inquit tu quoq; Micylle ac nobiſcũ cœna. Nã filiũ in mulierum conclaui vna cũ matre conuiuiũ agere iubebo: quo tibi ſit locus. Ingrediebar itaq;: quũ parũ abfuerit: vt lupus fruſtra hians diſcederẽ: verũ ingrediebar pudefactus q; Eucratis filiolũ e cõuiuio viderer expuliſſe. Aſt vbi iam tẽpus eſſet: vt diſcũberemus: primũ tollentes Theſmopolim cõpoſuerunt: haud ſine negotio per louem: quinq; (ſi diis placet) proceri iuuenes/ceruices illi ſupponẽtes vndiquaq;: quo nimirũ in eodẽ habitu ꝓmanere/ac longum etiam tẽpus durare poſſet. Deinde vbi nemo iã tolerare poſſet: vt iuxta illũ acclĩberet: me adductũ reclinant: vt eadẽ in menſa eſſemus. Deinceps cœnabamus o Pythagora, opiparam quandam & variam cœnam: multoq; in auro: multo item argento. Pocula erant aurea: miniſtri formoſi: tum cantores: & concitandi riſus artifices. In ſumma: iucundiſſima quæpiam erat vita: niſi q; vnũ quiddam me vehementer male habebat:

Theſmopolis obſtrepens atq; abturbans: virtutẽ neſcio quã mihi cõmemorans docenſq; : q̃ duę negationes vnicam efficerẽt affirmationẽ: q̃q;, ſi dies ſit, nox non ſit. Nõnunq̃ & cornua mihi dictitabat eſſe: atq; id genus multa philoſophabatur erga me: quib⁹ eiuſmodi nihil opus: planeq; voluptatẽ interpellatione minuebat: quũ non ſineret exaudiri eos qui cithara voceq; canebãt. Habes Galle de cœna. GAL. Non admodum ſuaui Micylle: maxime poſteaq̃ cũ illo deliro ſene ſortitus eras accubitũ. MICYL. Audi nunc & inſomniũ. Viſus em̃ mihi Eucrates ipſe quũ orbus eſſet liberis, neſcio quomodo vita decedere. Dehinc vbi me accerſiſſet ac teſtamẽtũ condidiſſet: quo me in ſolidũ hæredẽ omniũ ſcripſerat: paululo tẽpore ſuperſtes emori. Porro ipſe videbar adire facultates: & tum aurum argentũq; ingentibus quibuſdam ſcaphis exhaurire: perpetuo ſubſcaturiens & affatim affluens: tum autẽ veſtes: mẽſas: pocula: miniſtros: oĩa mea / vt par erat / eſſe. Poſtea candido vehiculo vectabar reſupinus: cũctis qui intuebant cõſpicicdus & admirãdus. Accurrebant pmulti: ac circũ eqtabãt: cõplures ſequebãtur. Ego interim illius indutus veſtitũ, & annulos gerens circiter ſeptuaginta digitis inſertos, epulũ quoddã ſplẽdidum iubebam adornari: quo amicos acciperẽ. Iãq; illi, ita vt in ſomnio fieri cõſentaneũ eſt, aderãt: iã epulæ erãt cõportatæ: iam potus ex animi ſententia miniſtratus. In his quũ verſarer: & aureis phialis præbiberẽ oĩbus qui aderãt amicis: quũ iã inferrent bellaria: intẽpeſtiuo tuo clamore pturbaſti nobis cõuiuiũ: mẽſaſq; ſubuertiſti ac diuitias illas ita diſſipaſti, vt in auras euaneſcerẽt. nũ tibi videor iniuria ſtomachat⁹ in te? Nã vel tris noctes ppetuas libẽter adhuc ſomniũ illud qđ mihi accidit videre cupiã. GAL. Adeo ne es auri cupidus & opũ auidus Micylle: idq; ex oĩbus vnũ admiraris: ac felicitatẽ vnicã eẽ iudicas: ſi plurimũ poſſideas auri? MICYL. Equidẽ haud ſolus ita cogito Pythagora: quũ ipſe quoq; tũ quũ Euphorbus eſſes, auro atq; argento comis intexto / prodibas pugnaturus cum Achiuis: idq; in bello: vbi ferrũ q̃ aurũ geſtare ſatius fuerat. At tu etiã tum voluiſti calamiſtris auro internexis in periculũ deſcẽdere. Atq; ob eam (opinor) cauſam, Homer⁹ comas tuas gratiis ſimiles dixit: q̃ auro argẽto q; reuincirent. Etem̃ lõge nimirũ meliores atq; amabiliores videbant: q̃ eſſent auro religatę: vnaq; cũ eo relucerẽt. Neq; iſthuc nouũ ẽ auricome ſi tu Pãtho patre pgnatus aurũ in p̃cio habuiſti: quin & ipſe deorũ oĩm / hominũq; pater ille Saturno Rheaq; pgenit⁹, quũ argolicã illã puellã adamaret: vbi nihil inueniret amabili⁹ in qđ ſeſe trãſformaret: neq; quo Acriſii cuſtodias poſſet corrũpere: audiſti videlicet, vt aurũ ſit factus: atq; ita p tegulas illapſus / potitus eſt ea quã deperibat. Iã vero qđ tibi cõmemorem: q̃ multos

vſus p̃beat aurũ! Et vt eos quib⁹ adfuerit:formoſos & ſapientes & potẽtes reddat:decus & gloriã illis cõcilians!vtq; nõnunq; ex obſcuris & infamib⁹/ claros ac celebres repẽte efficiat!Nã noſtĩ vicinũ mihi & eiuſdẽ artificii Simonem:qui paucis ante diebus apud me cœnauit: quũ legumen coquerem ſaturnalibus:duaſq; extorum cęſuras immittens!GALLVS.Nouiſſimũ illum breuem:qui fictilem ollulã quæ nobis erat vnica,ſuffurat⁹,peracta.cœna abiit:ſub ala geſtãs!Nã ipſe vidi Micylle.MICYL.Atqui quũ eã ſuſtulerit:tã multos ille deos poſtea iurabat.Sed quur nõ prodebas:ac vociferabare tũ o Galle:quũ nos furto ſpoliari conſpiceres!GALLVS.Coccyzabã:qđ mihi ſolũ licebat id tẽporis.verũ quid Simon ille! Nã videbare de illo dicturus neſcio qd.MICYLLVS. Ei cõſobrin⁹ erat vir ſupra modũ diues nomine Drimylus : is quoad viuebat, ne obolum quidẽ donauerat Simoni:nam qui daret:quum ne ipſe quidem pecunias attingeret! At ſimul atq; mortu⁹ eſt nuper:vniuerſis illis opibus iuxta leges Simon ille/qui coria putria,qui patellam circũlingebat, gaudens potitur: purpura oſtroq; circũtectus: famuloſq; & currus & aurea pocula & menſas eburnis innixas pedibus poſſidet:ab omnib⁹ adoratur:iamq; nos ne aſpicit quidem.Etenim nuper quũ illum procedẽtẽ cõſpexiſſem:Salue inquã Simon.At ille indigne ferẽs,Edicite inquit mẽdico iſti:ne vocabulũ meũ dĩminuat: neq; enim Simon ſed Simonides appellor.Porro(quod eſt oĩm maximũ)mulieres etiã illius amore capiuntur.Atq; is quidẽ eludit eas ac faſtidit: & alias quidẽ admittit:comẽq; ſeſe prębet:aliæ porro quæ negligũtur,necem cõſcituras ſibi minitãtur. Vides quãtas cõmoditates pariat aurũ: quãdoquidẽ eos qui ſunt deformiſſimi tranſfĩgurat:& amabiles reddit:nõ ſecus atq; ceſtus ille poeticus.Audis inſuper & a Poetis dictum: O aurũ auſpicata res & oſtentũ optimũ. Et rurſum. Aurum eſt quod opib⁹ imperat mortaliũ.Sed quid interim riſiſti galle! GAL. Quoniã tu quoq; pęr inſcitiã Micylle ſimili modo falleris opinione de diuitib⁹:quẽadmodũ vulgus.verũ(crede mihi)longe etiã ęrũnoſiorem vitam viuunt q̃ vos. Hęc autẽ loquor:qui ipſe & pauper & diues alias quãdo fuerim:atq; omne vitæ gen⁹ ſim exptus.Porro paulo poſt ipſe quoq; hæc omnia cognoſces.MICYL.Per Iouem tempeſtiuũ iam eſt:vt & tu referas, quẽadmodum ſis tranſfĩguratus : & quod in vnoquoq; vitæ genere pſpexeris.GALLVS.Auſculta:hoc tantũ præmonitus: me neminẽ feliciorẽ vita q̃ tu ſis,vnq̃ vidiſſe.MICYLLVS.Qz ego ſim o galle!Hanc felicitatem tibi ipſi imprecor. Nam videre me tibi ridendũ proponere. Verũ age:narra: exordiens ab Euphorbo quo pacto fueris in Pythagoram trãſformatus. Deinceps ordine ad gallũ vſq;.Cõſentaneũ enim eſt te varias res tũ vidiſſe:

tum tuliſſe:nimirum,tam diuerſis vitę formis. GALLVS.Quẽadmodum
initio ab Apolline profecta anima in terrã deuolarit, & corpus humanum
ſubierit:vt illic pœnam quandã depẽderet:id longum dictu futurũ ſit. Prę
terea neq; mihi referre fas eſt,neq; tibi eiuſmodi audire.verũ vbi Euphor
bus factus eſſem.MICYL.Sed ego priuſq; eſſem is qui nunc ſum: O præcla
re/quiſnam eram!hoc mihi prius dicito:nũquid & ego verſus fuerim itidẽ
vt tu. GAL.Maxime. MICYLLVS.Quis igit erã! ſi quo modo potes dice
re:peruelim enim iſthuc cognoſcere.GAL.Tu formica fueras indica:ex ea
rũ genere quę aurũ effodiunt.MICYL.Et poſtea neglexi infelix vel paucula
fruſta in vitã importare:quum illo eſſem alitus!Sed age,quid poſthęc futu
rus ſim dicito:quãdoquidẽ conſentaneum eſt ſcire te.Etenĩ ſi quid bonæ ſit
rei:iã nunc ſuſpẽdero me ab iſta pertica in qua nunc ſtas. GAL. Iſthuc pro
fecto nulla ratione poſſis cognoſcere.Cęterũ quum Euphorbus eſſem(nam
ad illa redeo)in Troia pugnabã:atq; a Menelao necatus,aliquãto poſt tẽpo
re,i Pythagoram pueni.Porro eouſq; abſq; tecto pdurabam:donec Mneſar
chus aliquãdo mihi domũ ędificaret. MICYL. Obſecro te nũ abſq; cibo po
tuq;!GAL.Maxime.Nihil enĩ iſtis reb9 opus:niſi corpori dũtaxat. MICYL
LVS.Illud igitur prius dicito:ea quę ad Troiã geſta ſunt:num ita ſe habẽt
qualia fuiſſe dixit Homerus!GAL.Quinam ille ſcire potuiſſet Micylle:qui
quidẽ dum iſta gerebãtur ipſe Camelus erat ĩ Bactris!Cęterũ ego tibi tan
tũ effabor diuinitus:nihil id tẽporis eximiũ fuiſſe:neq; Aiacẽ vſq;adeo ma
gnũ,neq; Helenã adeo formoſam: quẽadmodum arbitrantur. ſiquidẽ vidi
candida quandã & procera ceruice:vt hinc cygno prognatã eſſe adſimula
rẽt.Cęterum vehemẽter anũ:ęqualẽ propemodũ Hecubę.Hãc Theſeus pri
mũ raptã in Aphidnis poſſedit.Is vixit Herculis ferme ętate.Porro Hercu
les prius Troiam ceperat:patrũ noſtrorum memoria:qui p id tẽporis ma
xime florebãt.Nam hęc mihi Panthus narrauit:admodũ adoleſcens:affir
mans ſe vidiſſe Herculẽ.MICYL.Quid autẽ Achilles!Num talis erat:nem
pe quauis in re pſtantiſſimus!An & iſthęc fabulamẽta ſunt!GAL.Cũ illo q
dẽ congreſſus non ſum,neq; queam adeo compte de rebus Gręcorũ dicere.
Etenĩ qui ſcire potui:quũ hoſtis eẽm! Certe Patroclũ illius amicũ/haud ita
magno negotio peremi lancea diſſectum.MICYL.Deinde te Menelaus,mul
to minore negotio.verũ iſtis de rebus ſatis. Nunc res Pythagoricas refer.
GAL.Illud in ſumma Micylle.ſophiſta quiſpiam eram(oportet enĩ videli
cet fateri verũ) alioqui non imperitus,neq; inexercitatus in honeſtiſſimis
diſciplinis.Profectus ſum autẽ in Aegyptũ:quo cũ prophetis congrederer/
de ſapiẽtia cõmunicaturus.Hic adyta ſubii:atq; ibi Ori & Iſidis libros pdi-

dici. Post rursum in Italiã renauigabam: ac Græcos iuxta ea quæ in Aegypto didiceram / ita instituí: vt me pinde ac deũ susp icerent. MICYL. Equidẽ inaudierã isthæc: preterea quẽadmodũ creditus fueris / defunctus in vitam rediisse: vtq; aureũ femur illis subinde ostenderis. Verũ illud mihi dicito: qd tibi venit in mentẽ: vt legẽ statueres: vti neq; carnibus neq; fabis vescerent hoies! GAL. Ne pconteris ista Micylle. MICYL. Quã ob rem o Galle! GAL. Nã pudet hisce de rebus verũ fateri. MICYL. Atq nõ cõuenit: vti id facere graueris apud hoiem cõtubernalem et amicũ: nã herũ posthac absit vt dixerim. GAL. Nihil sani / neq; pclari qcq; erat: verũ aĩaduertebã, si consueta modo / atq; id etiã vulgo præcepissem: nõ fore / vt mortales in admiratione adducerẽ: sed quo pegriniora / magisq; aliena pposuissem / futurũ vt hoc magis nou9 / magisq; viderer admirãdus. Proinde instituerã in aĩo / noua qddã rei designare, eiusmõi pposito decreto, cuius cã eẽt inexplicabilis quo videlicet aliis aliud cõiectãtib9, oẽs redderent attoniti: quẽadmodũ in obscuris oraculis solet vsu venire. MICYL. Illud vide vt rides me tu quoq; nõ minus atq; Crotoniatas, ac Metapõticos, et Tarẽtinos cũq; his alios: q muti sequũt / tuaq; adorãt vestigia: quæ tu calcata reliqsti. Verũ vbi Pythagorã exueras: quẽ post eũ induisti! GAL. Aspasiã Melitẽsem illã meretricẽ. MICYL. Papę / qd ego audio! Siqdẽ inter alia mulier quoq; fuit Pythagoras Itane fuit aliqñ tps: quo tu Galle generosissime oua pariebas: cũq; Pericle rẽ habebas: iã Aspasia videlicet: atq; ex illo grauida facta es! Præterea lanã tõdebas / tramãq; deducebas. Postremo meretricũ in morẽ gestiebas / vultũq; cõponebas! GAL. Ista qdem oĩa feci: tametsi nõ ego solus: verũ et ante me tũ Tiresias: tũ Elati ples Cæneus. Proĩde qcq; in me cõuitii dixeris, tãtũdẽ et in illos dixeris. MICYL. Age igit, vtra tibi vita erat suauior / quũ vir eẽs / an quũ Pericles tecũ haberet cõsuetudinẽ. GAL. Vides cuiusmodi isthuc ẽ qđ pcontaris! nẽpe cui ne Tiresiæ qdẽ expedierit respõdere. MICYL. Atq si minus fateare tu: tñ isthuc Eurípides satis explicuit: quum ait se malle ter sub clypeo cõsistere, q̃ parere semel. GAL. Imo pmoneo te paulo post puerperam fore: sigdẽ et tu mulier es olim futurus: idq; sæpius longo nimirũ sęculorũ orbe atq; recursu. MICYL. Non tu pendebis o Galle, q qdem omnis mortales Milesios aut Samios esse ducas! Nã aiũt te etiã tũ quũ Pythagoras esses / venusta forma decorũ / sæpius Aspasiam fuisse tyrãno. verũ age secundũ Aspasiam, in quẽ virũ aut mulierũ denuo renatus es! GAL. In Cratẽ Cynicũ. MICYL. O Castor et o Pollux q̃ dissimile. Ex scorto philosoph9! GAL. Deinde rex: deinde pauper: paulopost satrapes: dehinc equus / graculus / rana / aliaq; innumerabilia. per longum eñ fuerit singula recensere. Po-

ſtremo Gallus:atq; id ſæpius:nã hoc vitę genere ſum delectatus.Interea et aliis diuerſis mortalibus ſeruiui/regibus/ pauperibus/diuitibus: poſtremo nunc tecũ viuo:rideoq; quotidie:quũ video te paupertatis tædio cõploran tem/eiulantemq;:ac diuitũ admirantẽ fortunas:ꝓpterea ꝙ ignores quãtũ illis adſit malorũ:alioquí ſi curas noris quibus illi diſtríngunt, teipm pro- fecto riſeris:qui antea crediderís eum,qui ſit opulentus/ ſtatim feliciſſimũ eſſe omniũ.MICYL.Ergo Pythagora:aut quid maxime gaudeas appellari: ne confundam orationẽ/ſi te nunc hoc/nũc illo nomine cõpellem.GAL.Ni- hil intererit:ſiue Euphorbũ/ſiue Pythagoram/ ſiue vocaris Aſpaſiam/ ſiue Cratẽ:qñqdem iſta omnia ſum vnus:niſi ꝙ rectius feceris ſi(id qđ in præ- ſentiarũ eſſe videor)Gallum me voces:ne auẽ hanc parui ducere/contem- nereq; videare:præſertim quũ tam multas cõtineat animas.MICYL.Ergo Galle/quãdoquidẽ omnia pene viuẽdi genera iã expertus es/ atq; omnia co gnita habes,age dilucide mihi narrato: quæ ſint peculiaria diuitũ ad vitæ rationem:quæ pauperũ propria:quo videlicet cognoſcã, vere ne iſthuc af- firmes/me diuitibus eſſe feliciorem.GAL.En hunc ad modũ interim ppen- de Micylle.Te quidẽ nõ magnopere tãgit cura belli/ſiquando rumor ſit ad uẽtare hoſtes:neq; ſollicitus es,ne ĩ agros incurſãtes populent: neue hortũ ꝓculcẽt/pterãtq;:aut vineasvaſtẽt:ſed ſimul atq; tubã audieris,ſi tñ audie ris,de te ipo vno circũſpectas:quo deflex9 ſeruari queas/ac diſcrimẽ effuge re.Contra,illi tum de ſeſe ſollíciti ſunt:tum animo diſcruciant/quũ de mœ nibus quicqd opũ poſſidebant in agris/id omne tolli/deportariq; cõſpiciũt Ac ſiue inferendũ eſt aliquid in ærariũ/ſoli accerſuntur: ſiue in prælíũ ex- eundum/piclitantur:aut peditũ turmis/aut equitũ alis præfecti. Tu inte- rim vimineũ gerens clypeũ/expedítus ac leuis/ad ſaluti conſulendũ/parat9 victoríale cõuiuium agere:ſiquãdo victor exercitus ſacra fecerit. Rurſum pacis tempore/ tu quidẽ quũ de plebe ſis ingreſſus in concionẽ,tyrãnidẽ in diuites obtines:illi vero trepidãt/pauitantq;: ac largitionibus/choragiiſq; te placant:ſiquidẽ quo tibi balnea/ludi ſpectacula/ reliquaq; id genus abun de ſuppeditent,ea omnia curant illi.At tu,cenſor et acerbus expenſor pin- de quaſi dñs/ne alloquio quidẽ interdũ dignaris illos.ꝙ ſi tibi collubitũ ſit, ingentibus ſaxis in illos degrandinas:vel facultates eorũ publicas facis:ipe neq; calumniatorẽ metuis/neq; latronẽ:ne tollat aurum:vel ædiũ conſcen- ſo faſtigio/vel pariete perfoſſo:neq; neceſſe habes rationibus occupari/ neq; exactionibus:neq; tibi cum ſceleratis diſpenſatoribus conflictandũ eſt:neq; tãtas in ſollicitudies diſtraheris:verũ ſimul atq; crepidã vnã pfeceris/ mer cedẽq; retuleris ſeptem obolos,ſero ſurgis crepuſculo:et ſi libuerit/lauaris:

tũ empto ſaperda quopiã/aut moænide piſciculo/ aut paucis ceparũ capitu
lis/temet ipſe oblectas:canens plærũq; optimaq; cũ pauptate philoſophans;
adeo vt eas ob res ſalubri ſis valẽtiq; corpe/obdurueriſq; aduerſus gelu:ſiq
dem labores,qui te exacuunt/muniũtq; / certatorem haud quaq; cõtemnen
dũ reddunt aduerſum eas res , quæ cõpluribus inexpugnabiles eſſe viden-
tur. Atq; hinc nullus ex morbis illis grauioribus impetit te. Q; ſiquando
leuis ceperit febricula, paulo negotio eam medicatus/ protinus exilis : ine-
dia temet inde excutiens.Illa porro fugit ilico:quippe metuens te, quem vi
deat etiam frigore ali/ſaturumq; fieri:ac medicorum certis illis recurſib⁹
longum plorare renuntiantem. At illi ex aduerſo: propter intemperantiã
vitæ /quid tandem mali non habent infelices! podagras/ptiſes/pulmonum
exhulcerationes / aquas intercutes.Nam hæc omnia a ſũptuoſis illis con-
uiuiis naſcuntur.Proinde quicunq; et his Icari in morem(vt fere faciunt)
ſeſe attollunt/propiuſq; ſe ſoli admouent / haud cogitantes/q; illas habeant
cæra adglutinatas,ingentem nonnunq; ſtrepitum mouent. Cæterum qui
Dędali exemplo non admodum ſublimia/neq; excelſa appetunt:verum hu-
milia/terræq; vicina:adeo vt cæra nonnunq; ſalis aſpergine madeſceret : ii
tuto plærunq; ac citra diſcrimen tranſuolarunt.MICYLLVS. Moderatos
iſtos et cordatos narras.GAL. Verũ aliorum Micylle naufragia fœdiſſima
conſpicias:nempe vbi Croeſus reuulſis aliis riſum exhiberet Perſis, cõſcen
ſo rogo:aut Dionyſius quũ abdicatus tyrãnide/Corinthiorum in vrbe lu-
di literarii magiſtrum ageret: poſt geſtum tantũ imperiũ/puellos cõpellẽs
vt ſyllabas connecterent.MICYL.Dic mihi Galle:tu quum rex eſſes (nam
ais te regem quoq; fuiſſe) cuiuſmodi tandem id vitæ genus experiebaris!
Mirum tu tum felix eras:quandoquidem id quod eſt bonorum omniũ ca-
put poſſidebas.GAL.Ne mihi in memoriã regeras o Micylle :vſq; adeo ſu-
pra modum infelix tum eram.Nam quo ad res externas, quẽadmodũ dixi-
ſti,plane fortunatus eſſe videbar:at intus innumerabilibus curis diſtringe
bar.MICYL.Quibus tandem curis!Nam rem prorſus abſurdã neq; credi-
bilem narras. GAL. Equidem imperabam regioni neutiq; exiguæ Micylle:
omniiugarũ rerũ feracis:tũ incolarũ frequẽtia/neq; non vrbiũ pulchritudi
ne;cũ primis admirandæ.Præterea fluminibus nauigabilibus, ac mari por
tuoſo cõmodæ.Adhæc exercitus ingẽs/equa ſpectatiſſima atq; excellens/ſa
tellitiũ haud exiguũ/triremes / pecuniarũ vis maior q; vt poſſet numerari:
vaſorũ argẽteorũ plurima copia/reliquaq; oĩs illa principat⁹ tragœdia/ſtre
pituſq; et apparatus ſupra q; credi queat/extructus atq; accumulatus. Itaq;
quũ pdirem,plæriq; adorabant:deum quẽpiam intueri ſeſe rati:aliiq; tru-

dentes alios cõcurrebant:quo me conſpicerẽt: nonnulli conſcẽſis tectis/magni æſtimabant:ſi plene contẽplari licuiſſet quadrigã/ſtragulam/diadema/tũ anteambulones,& eos q a tergo comitabãtur. Ego iter hęc mihi cõſci⁹, quãtę me res diſcruciarẽt,verſarẽtq; illos quidẽ propter inſcitiã venia dignos iudicabã: at me meiipſius miſereſcebat: qui p grandibus illis Coloſſis viderer pſimilis: quales vel Phydias, vel Myron, vel Praxiteles fabricatus eſt.Etenim illoꝝ quiſq; quoad ea quę foris apparent,Neptunus ipſe eſt,aut Iuppiter mirifice decorus auro,eboreq; cõpactus:& aut fulmen,aut fulgur aut tridentẽ fuſcinã dextra ſuſtinet. Cęterũ ſi imiſſo capite quæ ſunt intus inſpicias:videbis vectes quoſdam paxillos, & clauos introrſum pminẽtes: neq; nõ vimina,cuneoſq;,& picem ſublitã,& aliam itẽ id gen⁹ deformitatẽ intrinſecus inhabitantẽ. Omitto recẽſere muſcarũ, muſtelarũq; vim:quæ nõnunq; in eis mãſitant.Huiuſmodi quædã res nimirũ regnũ quoq; videt. MICYLLVS.Nondũ explicuiſti,lutũ, & clauos,& vectes, quinã fuerint in imperio:neq; fœditatẽ illã plurimã quęnã ſit: nã iſtũ ad modũ vectari: tam multis impare mortalibus:ac numinis inſtar adorari:hactenus qdẽ cũ Coloſſi exẽplo quadrat.Siqdẽ hoc quoq; diuinũ quiddã & admirãdũ.nũc autẽ quę ſint intra Coloſſum exponito.GALLVS. Quid primo loco tibi referã Micylle;vtrũ metus/curas mordaces/ſuſpitiones/odiũ;quo regẽ ſequunt ii q cũ illo viuũt: inſidias, atq; eas ob res ſomnũ rarũ & hũc ipm ptenuẽ, ac plena tumultus inſomnia, cogitatiões pplexas,ſpes ſemp improbas, an otii pœnuriã,& occupationes/iudicia/expeditiões/edicta/fœdera/cõſultatiões! quibus rebus fit:vt ne ſomnio qdẽ aliquo ſuaui frui liceat. verũ vt oĩbus de rebus ſolus diſpiciat neceſſe eſt:milleq; negotia ſuſtineat.

Carmina Homerica.

Quippe nec Atriden Agamẽnona dulcis habebat
Somnus multigenas verſantem pectore curas.

Idq; quũ reliqui omnes Achiui ſterterẽt.Adde q; Lydũ illũ diſcruciat: filio mutus:Perſam vero,Clearchus ad Cyrũ deſciſcẽs. Atq; aliũ quẽpiã, Dion cũ Syracuſanis nonnullis ad aurẽ cõmunicans. Rurſum aliũ quẽdam vrit Parmenion collaudatus.Item Perdiccam Ptolemæus.Ptolemæũ Seleucus. Quin illa quoq; moleſtiã adferũt: amaſius p vim nõ ſponte conniuẽs: concubina alio gaudens:tũ ſi qui defectionẽ parare dicantur:aut duo quatuor ve ſatellites inter ſeſe cõſuſurrãtes.Porro (qđ eſt omniũ grauiſſimũ) amiciſſimi quiq; vel maxime ſunt formidandi:ſempq; metuẽdũ, nequid magni mali ab illis exoriat. Nã alius a filio veneno nęcatus eſt: alius itẽ ab amaſio. Alium ſimile quoddam fortaſſis mortis genus eripuit. MICYL. Apageſis

Atrocia miraq; ſunt iſta quæ narras o Galle. Mihi igitur multo ſit tutius operæ cerdonicæ pronũ incũbere, q̃ ex aurea bibere phiala comiter delatũ hauſtũ: cæterũ cicuta/aconitoq; temperatũ. Nã mihi quidem hoc vnum eſt periculi: vt ſi paulum aberret Smilion/deflectatq; a recta inciſione, ſummũ ſecantis digitũ exiguo ſanguine tingit. At iſti quẽadmodũ narras/ letifera agunt cõuiuia: atq; id innumerabilibus in malis cõſtituti. Deinde vbi conciderint, pſiles eſſe videnť tragœdiarũ hiſtrionibus. Nã multi ſicut videre licet, quoad Cecropes ſunt ſcilicet/aut Siſyphi/aut Telephi diademata geſtant/argẽteiſq; capulis gladios/comãq; ventilantẽ/et auro intertextã chlamydem: q; ſiqs (qualia nimirũ pmulta ſolẽt accidere) impulſos illos inedia in ſcæna præcipites det, riſum pfecto moueãt ſpectatoribus: videlicet pſona vna cum ipo diademate cõtrita, vero autem actoris capite luxato/ cruribuſq; maximaq; ex pte renudatis: vt iã interioris amictus q̃ miſeri ſint pãni, fiat pſpicuũ: ac cothurnorũ quos pedibus induxerũt, appareat deformitas/haud quaq̃ ad pedis modũ reſpõdentiũ. Vide vt me iã ſimilitudines cõ ferre docueris optĩe Galle. Cæterũ tyrãnis talis quædã res tibi viſa eſt eſſe verũ vbi equus eſſes/aut canis/aut piſcis/aut rana, quõ eã vitæ rationẽ ferebas? GAL. Iſtũ quẽ nũc ſuſcitas ſermonẽ et longior ſit: neq; huius tpis. Illud aũt vnũ in genere dixerim/nullã ex omnibus vitã mihi nõ viſam tranquilliorẽ vita humana/naturalibus dũtaxat cupiditatibus et vſibus circũſcriptã. Siqdem publicanũ equũ/aut ſycophantã ranã/ aut ſophiſtã graculum/aut popinatorẽ culicẽ/aut cinędũ gallũ/ atq; id genus alia quæ vos ſtudio cõminiſcimini, haud quaq̃ inter illos videbis. MICYL. Quę dicis o Galle fortaſſis vera ſunt: verũ nõ me pudebit apud te fateri quod mihi accidit. Haud vnq̃ quiui dediſcere cupiditatẽ illam a puero mihi inſitã: videlicet vt diues euadã. Quin nunc quoq; ſomniũ illud ob oculis verſatur / aurum oſtẽtans: potiſſimũ aũt ſceleſtus ille Simon excruciat: q qdẽ tãtas inter opes delicietur. GAL. At ego te iſto leuabo morbo Micylle: tametſi nox etiamdũ eſt. Surge modo/ac ſequere me. Siqdem ad ipm te Simonẽ adducam: atq; in aliorũ diuitũ ædes: quo nimirũ videas/ quõ res habeãt apud illos. MICYL. Iſtuc quo pacto, clauſis foribus? Nũ me parietes trãſfodere cõpelles? GAL. Nequaq̃: verũ Mercurius, cui ſum ſacer, hoc optãti mihi largitus eſt: vt ſi qs longiſſimã caudæ plumã: quæ ob mollicie inflectit. MICYL. Atqui duas habes eiuſmõi. GAL. At dextrã ex his auulſã cuicũq; ego geſtandã dedero is quo ad voluero/fores omnis poterit aperire/cunctaq; videre: ipe inuiſibilis. MICYL. Equidẽ ignorabã o Galle te præſtigiarũ quoq; peritũ eſſe. Porro ſi mihi iſthuc ſemel pſtiteris, videbis ilico Simonis vniuerſas opes huc

deportatas:nã eas huc rediẽs trãſferã.At ille rurſũ circũrodet/ebíbetq; pu tria coría:qb9 cõſueuit ſoleas cõpigere.GAL.Atq nefas ſit iſtuc facere. Siq dẽ Mercuri9 illd mihi mãdauít: vt ſiqs pẽnã tenẽs iſtiuſmodi qppiã patra rít vociferãs furẽ proderẽ.MICYL.Rẽ neutiq; veriſimilẽ narras:nẽpe Mer curiũ quũ ipſe ſit fur,nõ ſinere alios:vt idẽ faciant.Sed tamẽ abeamus. Nã aurũ auferã:ſi modo poſſim.GAL.Pennã prius reuellito.Quid hoc rei!am bas reuulſiſti.MICYL.Tutius hoc quidẽ o Galle:tũ tibí minus fœdũ ſit futurũ:ne altera caudæ pte mutílatus claudices.GAL.Age ſane:ſed vtrũ Simonẽ prius adimus:an aliũ quẽpiã diuitũ! MICYL. Haud alio/ímo ad Simonẽ:q videlícet p díſſyllabo/tetraſyllab9 eſſe affectet : poſteaq; díues euaſit.Sed iã ad fores acceſſimus. Quid igit deinceps facio! GAL. Pennã feræ admoue.MICYL.Ecce aũt:dii boni,oſtiũ pinde atq; clauí reſiliit.GAL.Per ge porro præcedẽs.vides illum vigílantẽ ac ſupputantẽ! MICYL. Video p louẽ/et quidẽ ad obſcurã/ſiticuloſãq; lucernulã.Præterea pallet : haud ſcio vnde Galle:totuſq; exaruit/atq; extenuatus eſt:mirũ,ni curis. Neq; em̃ auditũ eſt illũ alioquí male habere.GAL.Auſculta qd dicat:ſiquidẽ intelliges qbus de cauſis ad eũ modũ ſit affectus.SIMON.Nimirũ ſeptuagíta illa talenta tuto admodũ ſub lectica defoſſa ſunt : neq; quiſq; alius omnino vidit. At vero,ſedecím illa Soſylus equiſo vidit me ſub præſepi occultãtem:itaq; de curando ſtabulo nõ eſt admodũ ſollicítus : q̃q̃ nec alias admodũ laboris appetẽs.veriſimile eſt aũt illũ multo etiã his plura ſuſtuliſſe.Nã vnde alioq; Tibius herí tã ingens ſalſamentũ illí opſonio ꝓpoſuiſſet! Tũ aũt aiunt illũ monile emiſſe vxorí drachmis quinq;.Hei miſero mihi.Hi omnia mea díſſipabũt bona. Quid q; ne pocula qdem ſat ĩ tuto mihí recõdita ſunt:quum ſint multa. Vereor cm̃: neqs ea ſuffoſſo pariete tollat.Cõplures mihí inuident/atq; inſidías parãt.Præter cęteros aũt Micyllus iſte vícinus.MICYL. Ita p louẽ.Nam tibi ſum ſil'is:ac patellas ſub ala geſto. GAL.Tace Micylle: ne ꝓtinus ipõ in furto nos ꝓdas.SIMON.Optimũ igit fuerit:vt ipẽ inſomnis ſeruem.Oẽm obíbo domũ in orbẽ obãbulans. Quis iſte!vídeo te p louẽ. O parietũ pfoſſor,poſtcaq; es columna/bene res habet.Pernumerabo denuo refoſſum argentũ:neqd forte dudũ me fugerit.En rurſum obſtrepuit mihi neſcio qs.Nimirũ obſideor/atq; inſidíis appetor ab oĩbus. vbi mihi gladi9! Sí quẽq; deprehẽdero: rurſum aurũ defodiamus.GAL.Sic tibi habẽt o Micylle res Simonis.Sed abeamus ad alíum quẽpiam: donec noctis adhuc alíquantulum ſupeſt.MICYL.O miſer:cuiuſmodi viuit vitam! hoſtibus eueniat ad hunc modũ díuitem eſſe.Itaq; pugno illí in maxillam illíſo,volo diſcedere. SIMON. Quis me pulſauit! Latrocínio deſpolior miſer. MICYL.

Plora ac vigila/auriq; ſimilis corpore reddaris:quãdoqdem illi affixus dedituſq; es.Nos autẽ ſi videtur Gniphonem fœneratorẽ viſamus.Nã nec is pcul hinc habitat. ipſæ nobis ſuapte ſponte fores patuerunt. GAL. Vides hunc quoq; curis inuigilantem/et vſurarũ rationes iterantẽ digitis cõtortis:cui propemodũ relictis his omnibus ſit in ſilpham/aut culicẽ/aut muſcã abeundũ.MICYL.Equidẽ video miſerũ ac vecordẽ hominem, ne nunc qdẽ multo meliorẽ viuere vitã:q̃ ſilphæ aut culicis.Adeo totus et hic a curis et rationibus eſt extenuatus.Nunc ad aliũ eamus.GAL.Ad tuum,ſi videtur, Eucratem.En tibi fores per ſe patuere.Quin introimus?MICYL.Paulo ante hæc omnia mea erant.GAL.At etiam nunc tu diuitias ſomnias! vides igitur Eucratem ipm quidem a famulo/virum natu grãdem. MICYL. Video profecto quiddã haud quaq̃ virile.Porro altera ex parte ipſam item vxorẽ a coquo conſtuprari.GAL.Quid ergo! Num optaris et horũ hæres exiſtere Micylle:cũctaq; poſſidere quæ ſunt Eucratis?MICYL.Haud quaq̃ Galle.Imo fame citius interierim, q̃ id genus quippiã patrare valeat aurũ et cõuiuia.Duo oboli mihi potiores diuitiæ ſunt,q̃ ſi a domeſticis mihi domus perfodiatur.GAL.Sed iam nunc/quandoquidem dies ferme diluxit/ domum ad nos redeamus.Reliqua rurſus alias videbis Micylle.

Somnii ſiue Galli finis Eraſmo Interprete.

LVCIANI TIMON SIVE MISANTHROPVS ERASMO INTERPRETE.

Iuppiter Philie/ hoſpitalʼ/ſodalitie/domeſtice/ fulgurator iuſiurandice/ nubicoge/grãdiſtrepe,et ſi qd aliud tibi cognomẽ attoniti poetę tribuũt:maxime quũ hęrẽt in verſu.Nam tũ illis tu multinois fact9/carminis ruinã fulcis metriq; expleſ hiatum.Vbi tibi nũc magnicrepũ fulgur grauifremũ tonitru:vbi ardens candẽs ac terrificũ fulmen?Nam hæc omnia iam palam apparet nugas eſſe/ fumumq; poeticum: nec omnino quicq̃ præter nominum ſtrepitum. Sed decantata illa tua arma eminus ferientia expromptaq; / neſcio quomodo penitus extincta ſunt/frigentq;: adeo, vt ne minimam quidem ſcintillulam iracundiæ aduerſus nocentes reliquam obtineant.Itaq; citius quiuis ex his q peieraturi ſunt/extinctũ ellychniũ metuerit:q̃ flammam fulminis cũcta necantis:vſq; adeo titionẽ quempiam in ſeſe vibrare te putant : vt incendiũ aut fumũ ab illo pficiſcens nihil quicq̃ formidẽt: verũ hoc ſolum vulneris inferri poſſe

iudícent:vt fulígine compleantur.Quíbus rebus factum eſt: vt íam Salmo neus tíbi ſit auſus etíam obtonare: neq; íd admodũ ab re: quíppe aduerſus Iouem vſqadeo íra frigídum:vír ad facínora feruídus,audaciaq; tumídus. Quíd ni eñ faciat:vbí tu ſub mandragora ſtertis: qui neq; pæierantes exaudías:neq; eorũ qui flagitía cõmittũt reſpectũ agas! Cęcutis autẽ líppitudíne,& hallucínaris ad ea quæ fíunt:aureſq; íam tibi obſurduerũt:inſtar horũ qui ætate defecti ſunt.Quãdoquídẽ quũ íuuenis adhuc eſſes: acriq; animo,vehemẽſq; ad íracundíã, pmulta ín hoíes maleficos ac víolentos faciebas. Neq; tum vnq; tíbi cũ íllís erant índuciæ.Sed ppetuo fulmẽ erat ín negotío: ppetuo obuíbrabaẽ:Aegís obſtrídebat tonítru:fulgur cõtínẽter íacu lorum ín morẽ/denſiſſíme ex edíto loco deuolantíum/torquebatur. Terræ quaſſatíones/críbri ínſtar frequẽtes:ad hæc nix cumulatím: neq; non grando ſaxorum in morem : atq; vt tecum grandíus loquar , ímbreſq; rapidi & víolenti/ac flumen quotidíe exundans.Hínc tantũ repente Deucalionis ęta te naufragíum ortum eſt:vt omníb9 ſub aqua demerſis/vix vnica ſcaphula ſeruaretur:quæ ín montem Lycorem appulít:humani generís quaſi ſcíntíllulas quaſdam ſeruans:vnde ſceleratíus etíam genus ín poſterũ propagaretur.Nimírum ígitur dignũ ſecordia præmíũ ab íllís reportas:quũ íam nec ſacra faciat tíbí quiſq̃: nec coronas offerat:níſi ſi quís obíter ín Olympícís: ac íta vt ne ís quídẽ rem admodũ frugíferam facere vídeatur : ſed príſcum quẽdã ritũ magís referre:ac pene Saturnũ/O deorũ generoſiſſíme/te reddunt,magíſtratu abdícantes. Omítto loqui:quoties íam tẽplum tuũ ſacrílegio cõpílarínt:quũ tíbí etiã ípſi in Olympíacís manus admolíti ſunt.Atq; ínterea tu altífremus ílle pígritabarís vel excítare canes, vel vícínos aduocare:vt auxílío accurrẽtes íllos cõprehenderẽt: quũ etíãdũ ad fugã adornarẽtur.Sed egregíus ílle,gigantũq; extínctor & Títanum víctor ſedebas: quũ tíbí cęſaríes ab íllís circũtõderetur: decẽcubítale fulmen dextra tenẽs. Horum ígítur o præclare quís tãdẽ erít fínís: quæ tu adeo ſecure deſpícís! aut quomodo de tãtís maleficíís pœnas ſumes! Quot Phaetontes,aut Deucalíones , ſatís ídonei ſínt ad expíandũ tam ínexhauſtã morum íníquítatẽ! Etením vt de cõmunibus ſileam:de íís quæ mihi acciderunt dícam:quũ tã multos Athenienſes ín ſublíme euexerím:ex pauperrímís díuites reddiderím: cunctíſq; quotquot opus haberẽt ſuppeditarím : ímo ſemel vníuerſas opes in amícos íuuandos effuderím.Símul atq; hís rebus ad ínopiã deuení:, íam ne agnoſcor quídẽ ab íllís:nec aſpícere dígnãtur me: quí dudũ reuerebantur:adorabant:meoq; de nutu pẽdebãt.Q2 ſi quãdo per viã ingrediens forte fortuna ín eorũ quẽpíam ícídero: perínde vt euerſam hominís íã olím

defuncti ſtatuam/ac tẽporis longitudine collapſam prætereũt quaſi ne norint quidẽ. Porro alii procul conſpecto me alio ſeſe detorquẽt: exiſtimantes ſeſe inauſpicatũ: abominandũq; viſuros ſpectaculũ: quẽ non ita pridẽ ſeruatorem & adiutorẽ ſuũ eſſe prædicabãt. Itaq; præmẽtibus malis ad extrema redactus conſilia, renone arrepto, terrã exerceo, quaternis conductus obolis: atq; hic cum ſolitudine cũq; ligone philoſophor. Hoc interim lucri mihi videor facturus: q; poſthac nõ intuebor pleroſq; prẽter meritũ ſecundis fortunæ ſucceſſibus vtẽtes. Nã illud vel maxime vrit. Iam igitur tandẽ ali quãdo Saturni Rheæq; proles excuſſo profundo iſto grauiq; ſomno (nam Epimenidem quoq; dormiẽdo viciſti) denuo iactato fulmine, aut ex Oetha redaccenſo, ingenti reddita flamma iram aliquã ſtrenui illius ac iuuenilis Iouis oſtende: niſi vera ſint quæ a Cretẽſibus de te tuaq; ſepultura ferũtur.

IVPPITER. Quis hic eſt Mercuri: quẽ audio ſic vociferantẽ ex Attica: ad radicẽ mõtis Hymetti: horrid⁹ totus, ac ſqualidus, pelleq; hircina amict⁹? fodit autẽ vt arbitror: nã pronus incũbit homo loquax & confidẽs: mirũ ni philoſophus eſt: neq; enĩ alioqui adeo impia nefariaq; ĩ nos fuerat dictur⁹.

MERCVRIVS. Quid ais pater: an non noſti Timonem Echecratidis filiũ Colytenſem? Hic nimirũ eſt q nos ſępenumero in ſacris legitimis conuiuio accepit: ille repẽte diues factus: ille q totas Hecatombas: apud quẽ ſplẽdide Iouialia feſta cõſueuimus agitare.

IVPPITER. Hem quęnã iſta rerũ cõmutatio? hiccine honeſtus ille diues: quẽ tam frequẽtes cingebãt amici? Quid igitur accidit vt hoc ſit habitu? ſqualidus/ęrumnoſus/ foſſor conductitius vti coniicio: quũ tã grauẽ ligonẽ gerat? MERCV. Ad hũc modũ illũ quodãmodo probitas euertit: atq; humanitas: & in oẽs quicũq; egerẽt miſericordia. At re vera vecordia potius facilitaſq; nulluſq; in ſuſcipiẽdis amicis delectus: quippe q neutiq; intellexerit: ſeſe coruis lupiſq; largiri. Quin magis quũ a vulturibus tã multis miſero iecur eroderetur: ob id amicos eos neceſſarioſq; iudicabat: quaſi beneuolẽtia erga ſeſe afficerent: quũ illos epulæ magis caperẽt. Ergo poſteaq; oſſa penitus nudaſſent circũroſiſſentq;: deinde ſi qua medulla ſuberat hãc quoq; admodũ diligenter exuſſiſſent, aufugierũt: exuccũ & radicitus deſectũ deſtituẽtes adeo: vt poſtea ne agnoſcãt quidẽ aut aſpiciãt: tãtũ abeſt vt ſint q ſuppeditẽt impartiãtq;. Has ob res foſſor, & ſago opertus pelliceo, vrbẽ præ pudore fugiẽs mercede terrã exercet: aduerſus ingratos atra bile ſtomachatur: qui quidẽ ſua benignitate ditati/admodũ faſtuoſe nũc ptereãt: ac ne nomẽ quidẽ an Timon vocetur nouerint. IVPPITER. Atq; profecto vir neutiq; faſtidiẽdus neq; negligẽdus: et iure optimo indignatur: q iis tãtis in malis agat. Quare ſceleratos iſtos

adulatores ipſi quoq; fuerimus imitati: ſi eũ virtũ neglexerimus: qui tãtum taurorũ & ouiũ pinguiſſimas quaſq; nobis in aris adoleuerit. Quarũ nidor etiamdũ mihi in naribus reſidet. Tametſi ꝓpter negotia, maximãq; turbã peierantiũ, tũ vi nõ iure agẽtiũ, neq; non aliena rapientiũ, prẽterea ob formidinẽ: quã mihi pariũt ſacrilegi: qui quidẽ tũ multi ſunt, tũ obſeruatu difficiles: adeo vt ne minimũ quidẽ nos cõniuere ſinant. Iampridẽ profecto ad Atticã regionẽ oculos detorſiſſem: maxime poſteaq; philoſophia & de verbis digladiationes/apud iſtos increbruerunt: ita vt pugnãtibus iter ſe iſtis vociferantibuſq; ne exaudire quidẽ mortaliũ vota liceat. vnde mihi neceſſum eſt: aut auribus obturatis ſedere: aut dirũpi ab eis cõficiq;, qui virtutẽ quãdã & incorporea quẽdã, meraſq; nugas ingẽti vociferatione cõnectunt. hæc in cauſa fuerũt vt hũc quoq; neglexerim: quũ haud mediocriter de nobis ſit meritus. Q d reliquũ eſt Mercuri tu Plutũ adducẽs quantũ potes ad iſtũ abeas. Porro Plutus vna ſecũ ducat & theſaurũ: & vtriq; apud Timonẽ perſeuerẽt. Neq; vſq; adeo facile demigrent: etiã ſi q̃ maxime rurſum illos ꝑ benignitatẽ ex ædibus exegerit. Cæterũ de palponibus illis, atq; ingratitudine qua in hunc ſunt vſi, in poſterũ conſultabo: pœnaſq; daturi ſunt: ſimul atq; fulmen inſtauratuero. Nam fracti ſunt in eo retuſa cuſpide duo e radiis maximi: quũ nuper auidius in ſophiſtam Anaxagorã iacularer: qui ſuis familiaribus ſuadebat nullo pacto eſſe vllos nos qui dii vocaremur. At illum quidẽ errore non feriebã: propterea q; Pericles obtẽta manu eũ protexerit. Cæterũ fulmen in Caſtoris ac Pollucis tẽplum detortũ, tũ illud exuſſit, tũ ipſum parũ abfuit/quin ad ſaxũ cõminuerctur. Q;q̃ iterim vel id ſupplicii ſatis magnũ in iſtos fuerit: ſi Timonẽ conſpexerint egregie locupletẽ factũ.

MERCVRIVS. Quãtũ habet momẽti altũ vociferari & obſtreperũ auda cẽq; eſſe! Idq; nõ iis modo q̃ cauſas agũt: verũ etiã q̃ vota faciũt cõducibile. En mox e pauperrimo diues euaſerit Timon: q̃ ſe in ꝑcãdo clamoſum, & improbũ ꝑſtiterit, louẽq; reddiderit attẽtũ. Q; ſi ſilẽtio fodiſſet incuruus: etiã nũc foderet neglectus.

PLVTVS. At ego Iuppiter haud quaq̃ ad iſtũ rediturus ſum.

IVPPITER. Quid ita nõ reditur? optime Plute: ꝑſertim a me iuſſus!

PLVTVS. Quoniã ꝑ louẽ iniuria me affecit eiiciẽs: & in multa fragmẽta diſſiecans: idq; quũ illi paternus eſſem amicus: ac me/pene dixerim/ ſuſcinis ex ædibus extruſit: nec aliter q̃ ii q e manibus ignẽ abiiciunt. Num rurſus ad iſtum ibo: paraſitis adulatoribus & ſcortis donãdus! Ad eos me mittito Iuppiter q munus intellecturi ſint: qui amplexuri: quib⁹ eqdẽ in ꝓtio ſim: & maiorẽ in modũ exoptatus. At hi ſtupidi cũ inopia cõmerciũ habeant quã nobis anteponũt: atq; ab ea accepto ſago pelliceo, Ligoneq; ſat ha

beant quũ duos lucrantur obolos: decẽ talenta contẽptim dono dare ſoliti.
IVPPITER. Nihil iſtiuſmodi poſthac in te facturus eſt Timon: quippe quẽ Ligon abũde ſatis corripuerit, niſi prorſus nullũ dolorẽ ſentiũt illius ilia, te videlicet potius q̃ inopiã eſſe p̃optandã. At tu mihi querulus admodũ videris eſſe: qui nũc Timonẽ incuſes: q̃ tibi patefactis foribus libere permiſerit vagari: neq; includẽs, neq; zelotypus in te. Porro alias diuerſa de cauſa in diuites ſtomachabare: quũ diceres te ab illis repagulis/clauibus/ac ſignorum obiectaculis impreſſis ita fuiſſe cõcluſum vt ne proſpicere quidẽ in lucem tibi liceret. Id igitur apud me deplorabas: affirmans p̃focari te nimiis tenebris: eoq; pallidus nobis occurrebas & curis confectus: digitis etiãnum ex aſſiduo colligẽdi, coaceruãdiq; vſu contractis contortiſq;. q̃ ſi quãdo daretur opportunitas: aufugiturũ quoq; ab illis te minitabare. In ſumma: rẽ ſupra modũ acerbã iudicabas in æreo ferreove thalamo/Danaes exẽplo/virginẽ aſſeruari: atq; a ſceleſtiſſimis educari pędagogis, fœnore, & computu. Proinde abſurde facere aiebas hos: q̃ te p̃ter modũ adamarẽt: neq; (quum liceret) frui auderẽt: neq; quũ ipſis eſſet in manu, amore ſuo ſecure vterent. Sed vigiles obſeruarent: ad ſignũ ac ſeram oculis nunq̃ conniuẽtibus/ neq; vſq̃ dimotis ſemper intuẽtes: abunde magnũ fructũ arbitrantes: nõ q̃ ipſis fruendi facultas adeſſet: ſed q̃ nemini fruẽdi copiam facerẽt: non aliter q̃ in præſepi canis nec ipſa veſcẽs hordeis, nec equũ famelicum id facere ſinens. Quinetiã ridebas iſtos: qui parcerẽt aſſeruarẽtq; & (qđ eẽt abſurdiſſimũ) ipſi quidẽ ſibi ſubtraherent, vererẽturq; contingere: non intelligerẽt autẽ fore: vt aut ſceleratiſſimus famulus, aut diſpẽſator, aut liberorum pædagogus furtim ſubiret: ludibrio habiturus infelicẽ & inamabilẽ herum: quem poſtea ſinat ad fuliginoſam & oris anguſti lucernulam ac ſiticuloſum ſcirpulum vſuris inuigilare. Quid itaq; : an nõ iniquũ quũ hæc quõdam incuſaueris, nunc in Timone diuerſa his criminari? PLVTVS. Atqui ſi rẽ vere perpenderis vtrũq; me iure facere iudicabis. Nam & Timonis iſta nimia lenitas: negligẽtia poti⁹, haud beneuolẽtia ſtudiũq;, qđ ad me ptinet, merito videaẽ. At e diuerſo: q̃ me oſtiis ac tenebris incluſũ ſeruabãt: id agẽtes, quo ſcilicet craſſior ſaginatiorq; ac vehemẽter corpulẽtia onuſtus euaderẽ: quũ interim neq; ipſi contingerẽt, neq; in lucẽ ꝓducerẽt, ne vel aſpicerer a quopiã: hos demẽtes & contumelioſos in me iudicabã: quippe qui me nihil cõmeritum tot in vinculis cogerẽt ſitu carieq; putreſcere: haud intelligẽtes q̃ mox demigrent: me alii cuipiã cui fortuna fauerit relicturi. Nec hos igiẽ probo: ſed ne illos quidẽ qui nimiũ facile mihi man⁹ admouẽt. Sed qui (qđ eſt optimũ) mediocritate vtãtur: vti nec prorſus abſtineãt, neq; penitus ꝓ

fundant. Etem̃ illud per Iouẽ cõſydera Iuppiter: Sí qs vbí puellulam et formoſam lege duxiſſet vxorẽ: poſtea neq; obſeruet/nec vlla omnino zelotypía ꝓſequat: videlícet ſinens illam noctu atq; interdiu quocũq; líbítũ ſit íre: et qcunq; voluiſſent cũ hís habere rem: vel ꝓducat potíus vltro vt adulteret: fores aperiẽs/oſtẽtãſq; et quoſlíbet ad íllã inuitãs: nũ hic amare vídebitur? ꝓfecto hoc tu nequaq̃ díces Iuppiter, q̃ ſæpenumero amorẽ ſenſeris. Rurſũ ſi íngenuã lege domũ deducat: vtí líberos legítimos ꝓgeneret: cæterũ nec ipẽ contíngat florentẽ ætate decorãq; vírgínẽ: nec alíum ſinat aſpícere: ſed incluſam orbã/ſterílemq; in ꝓpetua vírgínítate cõtíneat: ídq; præ amore ſe facere prædícet: et hũc quidẽ præſerat pallore corpe exhauſto: oculís refugís: nũ fierí potís eſt: vt hmõí nõ deſipere vídeatur? quippe quí quũ líberís oportuerit operã dare fruiq; cõíugío/puellã adeo formoſam atq; amabílem ſinat emarceſcere: per omnẽ vítã tãq̃ Cererí ſacerdotem alens. Huíuſmodí et ípſe indígne fero: quum a nõnullís ígnomínioſe cędor calcíbus/ laníorq; atq; exhaurior a nõnullis cõtra ꝓínde vt ſtígmatícus fugítíuus compedíb⁹ vícior. IVPPI. Quid eſt aũt q; aduerſus íllos índígneris? qñqdẽ vtríq; pœnas egregías luunt. Alterí quidẽ dum Tantalí ín morem/neq; bíbere ſínuntur/neq; edere: ſed ore ſícco duntaxat ínhíant auro. Alterí vero dũ his ceu Phyneo cíbos harpyíæ ípſis e faucíbus erípíunt. Sed abí iã Tímone multo poſthac vſurus cordatíore. PLV. An ille alíquãdo deſinet me ceu foramíno ſo cophino, ꝓ: iuſq̃ omnino ínfluxerim/data opa exhaurire: quaſi conet occupare: quo mínus ínfluam: veritus: ne ſi copioſius ínfundar/íꝑm vndís obruam? Quo fit, vt ín Danaídũ dolíum aquã mihí vídear íllaturus/fruſtraq; infuſurus, vaſe nõ cõtínente líquorem: imo prius ꝓpe modũ effuſo quod ínfluít, q̃ ínfluxerít. Adeo latus dolíí híatus ad effuſionẽ/ac líber exitus. IVP. Proínde ni híatum íſtum obturauerít/ perpetuamq; perſtíllationem ſiſtere ſtuduerít: te propediem effuſo/ facile rurſum ſagum/ et lígonem in dolíí fęce reperíet: ſed ínterim abíte atq; íllum díuítem reddite. At tu Mercurí fac memíneris: vt redíens Cyclopas ex Aetna tecum adducas: quo fulmen cuſpíde reſtítuta/ reſarcíant. Nam eo nobis acumínato opus fuerít. MER. Eam⁹ Plute. Quíd hoc? Nũ claudícas? Equídẽ ignorabã O præclare te non cæcum modo: verumetiã claudũ eſſe. PLV. Atquí nõ hoc míhí ꝓpetuũ Mercurí: verũ ſíquando proficíſcor a Ioue miſſus ad quempíã, tum neſcío quo pacto tardus ſum/et vtroq; claudus pede: íta vt ægre ad metã ptíngere queam: ſene nonnunq̃ ínterím facto, quí me opperíebatur. Porro quũ díſcedendũ eſt, alatũ vídebís multo auíbus celeríorem. vnde fit: vt víx iam amoto repagulo, ego iam præconís voce victor ꝓnũtier ſaltu ſtadíũ tranſ

mensus ne videntibus quidē aliquoties spectatoribus. MERCVRIVS. At ista quidē haud vera narras. immo ego tibi pmultos cōmemorare queam: quibus heri ne obolus quidē erat: quo restim emerent: qui hodie repente diuites facti splendide viuant: albis quadrigis vehantur: qbus ante ne asellus quidē suppeditarit. Ii tamē purpurati, aurūq; manibus gestantes obambulāt. Qui ne ipsi quidē opinor credere possunt: quin per somniū diuites sint. PLVTVS. Isthac alia res est Mercuri: neq; enī tū meis ipsius ingredior pedibus: nec a Ioue, sed a dite ad istos transmittor: qui & ipse nimirū opū largitor est: ac magna donās: id qđ ipso etiā nomine declarat. Itaq; quoties est mihi ab alio ad aliū demigrandū: in tabellas iniiciunt me: ac diligenter obsignātes sarcinæ in morem sublatū transportant. Interea defunctus ille alicubi in ediū tenebricosa parte iacet vetere linteo in genua iniecto tectus: de quo feles digladiātur. Porro qui me sperauerāt obtinere in foro opperiunt hiantes: non aliter q̄ hyrundinē aduolantē stridētes pulli. deinde vbi signū detractū est, & lineus ille funiculus incisus, apertęq; tabellæ: iāq; nouus dominus pronūciatus est: siue cognatus quispiam, siue adulator, siue seruulus obscœnus: qui puerili obsequio fauorē emeruerit: etiam tum mento subraso/pro variis & opiparis voluptatibus/ quas illi iam exoletus suppeditauerat ingens scilicet pmiū ferens generosus quisquis ille tandē fuerit/ nōnūq̄ me ipsis cū tabellis arreptum/ fugiens adportat cōmutato nomine: vt q̄ modo Pyrrhius, aut Dromo, aut Tibius, iam Megacles, aut Megabizus, aut Protarchus appelletur. Cęterū illos nequicq̄ hiantes, seq; mutuū intuentes relinquit: ac verum luctum agētes: q; eiusmodi Thynnus ex intimo sagenæ sinu sit elapsus: quin non parū magnā escam deuorarit. At hic repente totus in me irruens, homo vitæ mūdioris atq; elegantioris rudis/pingui illotaq; cute qui cōpedes etiādum horrescit: & si quis pręteriēs loco increpet: arrectis stet auribus: quiq; pistrinū, perinde vti templū, adoret: non est deinceps tolerandus: iis quibuscum viuit: verū & ingenuos afficit contumelia: et conseruos flagris cędit: experiens, nū sibi quoq; similia liceant: donec aut scortulo cuipiam irretitus, aut equorum alendorū studio captus, aut adulatoribus sese permittēs, deierantibus Nireo formosiorē esse: Cecrope, Codrove generosiorē, callidiorem Vlysse, vnū autē vel sedecim pariter Crœsis opulētiorem, momento temporis semel profundat infelix quæ minutatim/multis ex periuriis/rapinis/flagitiis/fuerant collecta. MERCVRIVS. Ista ferme sic habent vti narras: verum vbi tuis ipsius ingrederis pedibus: qui tādem cæcus quū sis viam inuenire soles! Aut qui dignoscis ad quos nam Iuppiter te miserit: dignos illi visos qui diuitiis abundēt! PLVTVS.

Eniuero,credís me reperire íſtos ad quos mittor? MERCVRIVS. Per'lo-
uẽ haud quaq̃. Neq; enī alioquī Ariſtide p̃terito ad Hipponicū & Calliam
acceſſiſſes, tum ad alíos pmultos Athenienſes,homines ne obolo qdē æſti-
mandos. Cęterū quid facis quãdoquidē es emiſſus? PLVTVS. Surſum ac
deorſum circū curſans oberro:donec imprudēs in quēpiã ícurrero:hic aſit
quíſqs ille ſit qui forte primus me nactus ſit,abducit ac poſſidet: te Mercu-
rí p lucro p̃ter ſpem obiecto/venerans atq; adorans. MERCV. Num ergo
fallítur Iuppiter:quí quidē credat ex ipſius animí ſentētia/ditari abs te hos
quos ille dignos exiſtimarit qui díteſcerēt? PLVTVS. Et íure qdē optimo
fallítur o bone:quippe quí quū me cæcū eſſe non ignoret emittat veſtigatū
rem vſq; adeo repertu difficilem & íam olim e vita ſublatam. Quã ne Lyn-
ceus quidē facile inueníret:quæ nimirum adeo obſcura ſit ac minuta. Itaq;
quū rarí ſint boní: ímprobí porro ín ciuítatíbus omnia obtineãt: oberrans
facile in huiuſmodí mortales íncurro, ac retíbus íllorū illígor. MERCV.
At quí fit vt quoties eos deſeris celeríter aufugías quum víæ ſis ígnarus?
PLVTVS. Tum demū acutū cerno,pedíbuſq; valeo: vbí ad fugã tēpus in-
uitat. MERCV. Iam íllud quoq; míhi reſponde:quí fit,vt quū ſis oculís ca-
ptus (dicēdū ením eſt) p̃terea pallídus:poſtremo claudus:tam multos ha-
beas amãtes: adeo vt omnes ín te defígant óculos? & ſi potíantur felíces vi-
deantur:ſin fruſtrētur:non ſuſtineant víuere? Ex hís equidē nō paucos no-
Allu- uí quí ſic perdíte te amarint vt ſeſe aerío e ſcopulo píſcoſi ín æquoris alta,
dit ad præcípites abiecerint:ratí faſtidirí ſeſe abs te propterea q; íllos nullo pacto
car- reſpexiſſes. Qq̃ ſat ſcio tu quoq; fateberis:ſi quo modo tibí ípſi notus es:fu
men rere iſtos:quí eiuſmodí amore ſunt demētatí. PLVTVS. At enī credís me
Theo qualís ſum talē iſtís víderi:nēpe claudū, aut cæcum, aut ſi quid aliud adeſt
gni- mihí vitíi? MERCVR. Quid ní o Plute? niſi forte & ipſi omnes cęci ſunt.
dis. PLVTVS. Haud cæci quídem:o optíme:verum ínſcitia, errorq; quæ nūc
occupant omnia,íllís offundunt tenebras:ad hæc ípſe quoq; / ne per omnia
deformís ſim/perſona vehementer amabílí tectus,ínaurato gēmíſq; pictu-
rato,ac verſicoloríbus amíctus eís occurro:at íllí rati ſeſe natiui vultus ve
nuſtatem aſpicere:amore capiūtur,díſpereūtq; niſi potiãtur. Qz ſi quís me
toto corpore renudatum illís oſtēderit: dubío procul futurum ſit vt ſe ípſí
damnēt quí tantope cęcutierint adamantes res neutiq̃ amandas ac foedas.
MERCVRIVS. Quid ergo poſteaq̃ eo peruētum eſt vt iam díuites euaſe
rínt:iáq; pſonam ipſam ſibi circūpoſuerínt: rurſum fallūtur? Adeo vt ſi qs
íllís detrahere conetur:pene caput potius q̃ perſonam abííciant? Neq; ēm
veríſimíle eſt etiã tum illos ígnorare, auro bracteatã eſſe formã: quū intus

cuncta inſpexerint. PLVTVS. Ad id non parũ multæ res o Mercuri mihi ſunt adiumẽto. MERCV. Quęnã? PLVTVS. Simul atq; q̃ me primũ nactus eſt apertis foribus exceperit, clanculũ vna mecũ introit elatio/vecordia/iactãtia/mollities/violẽtia/dolus/atq; alia ítẽ innumerabília: a q̃bus oĩb⁹ poſteaq̃ eſt animus occupatus, iã admiratur quę neutiq̃ ſunt admiránda: & appetit ea quę ſunt fugiẽda: neq; cunctorũ illorum quæ introierant malorum patrem ſtupet: illorum ſatellitio vallatum: quiduis potius paſſurus q̃ vti me compellatur reiicere. MERCV. Vt leuis ac lubricus es Plute, retẽtu difficilis, ac fugax: neq; vllam prębẽs anſam certam quo prenſus teneare: ſed neſcio quomodo anguillarũ ac ſerpentũ in morẽ inter digitos elaberis. At ediuerſo pauptas, viſcoſa, prẽſu facilis, totoq; corpore mille vncos gerit hamos: vt qui tetigerint illico hęreant: neq; facile queant auelli. Verum interea dum nugamur rem haud paruã omiſimus. PLVTVS. Quã? MERCV. Nempe quia theſaurũ non adduximus: quo vel in primis erat opus. PLVTVS. Iſthac quidẽ ex parte bono ſis animo. Nam nõ niſi in terra relicto illo ad vos aſcẽdere ſoleo: iuſſoq; intus manere foribus occluſis neq; cuiq̃ aperire niſi me vociferantẽ audierit. MERCV. Iam igitur Atticã adeamus. Tu me cõſequitor chlamydi adhærẽs, donec extremã viã attigerimus. PLVTVS. Recte facis Mercuri quũ me per viã ducis. Etenim ſi me deſeres: forſan oberrãs/in Hiperbolum aut Cleonem incidẽs. Sed quis hic ſtridor ceu ferri ſaxo impacti? MERCV. Timon hic eſt qui proxime montanũ & petricoſum fodit ſolũ? Papę: adeſt & paupertas & labor ille. Tũ robur/ſapiẽtia/fortitudo/atq; id genus aliorũ turba: quorũ omniũ agmen fames iungit: longe pſtantius q̃ tui ſint ſatellites. PLVTVS. Quin igitur q̃ ocyſſime diſcedimus Mercuri? Neq; enĩ vllũ operę ptiũ fecerimus cũ hoie eiuſmodi vallato exercitu. MERCV. Secus viſũ eſt Ioui: q̃re ne metu deterreamur. PAVPERTAS. Quo hũc nũc Argicida/ manu abducis? MERC. Ad hũc Timonẽ: ad quẽ a Ioue ſumus ire iuſſi. PAVPERTAS. Ita ne rurſum Plutus ad Timonẽ? poſteaq̃ ego hũc antea delitiis male corruptũ ſuſcepi: cõmẽdãſq; ſapiẽtię & labori/ſtrenuũ/multiq; ptii virũ reddidi? Adeo ne deſpiciẽda, iniurięq; idonea vobis iudicor vt hũc q̃ mihi vnica erat poſſeſſio eripiatis: iã exactiſſima cura ad virtutẽ excultũ? vt Plut⁹ hic vbi denuo ſuſceperit per contumeliã & arrogantiã illi manu iniecta, talẽ reddiderit qualis erat dudũ: mollẽ & ignauũ ac vecordẽ: rurſum mihi reſtituat: vbi iã nihili fact⁹ erit & ridiculus? MERCV. Sic O Paupertas Ioui placitum eſt. PAVPERTAS. Eqdẽ abeo. At vos labor & ſapiẽtia reliq; cõſequimini me. Porro hic breui cognoſcet: qualis ĩ ſe fuerim: quã nũc relinquet: nẽpe adiu-

trix bona/et rerũ optímarum doctrix. Quicũ donec habuit commercíum, ſano corpore/valentiq; animo perſeuerauit: virílem exigens vítam/et ad ſe ſe reſpiciens: ſupuacua autem et vulgaria íſta aliena/ita vt ſunt/exiſtimans MERCV. Diſcedunt illí: nos ad eũ adeamus. TIMON. Quinã eſtis o ſceleſti! aut qua gratia huc aduenıſtis homini opario/mercenarioq; negotium exhibituri! verũ haudquaq; læti abíbitis ſceleſti vt eſtis omnes: nã ego vos ílico glebis et ſaxis petítos cõminuã. MERCV. Nequaq; o Timon/ne ferito neq; em feries mortales: verũ ego ſum Mercurius: hic Plutus. Míſit nos Iup piter votis tuis exauditis. Quare, qđ bene vertat, opes accipe deſiſtes a laboribus. TIMON. Atqui vos iam ploraueritis etiã ſi dii ſitis: vt dicitis. Siq dem odi pariter omnes/tum deos/tum homines. Sed hunc cæcũ quiſquis is fuerit/míhi certũ eſt ligone ímpacto cõminuere. PLVTVS. Abeamus per Iouem Mercurí: quãdoquidẽ hic homo mihi vídetur nõ mediocriter ínſanire: ne malo quopíã accepto diſcedam. MERCV. Ne qd ferociter Timon: quín exue potíus penitus íſtam ferocitatẽ/aſperitatẽq; : ac manibus obuíis excípe bonã fortunã: rurſum díues eſto: rurſum Athenienſiũ princeps: et íngratos íllos deſpícito/quum ſolus florebis. TIMON. Nihil míhi vobís eſt opus: ne obturbate. Sat opũ mihi ligo: præterea fortunatiſſimus ſum/ſi nemo propius ad me acceſſerit. MERCV. Adeo ne quæſo ínhumaniter! Hęc ego ſæua Iouí refero atq; ímmanía dícta! Atqui par erat forſitan hoĩes tíbi haberí ínuiſos: vt qui tam multa índígna in te cõmíſiſſent: deos odío te pſe qui nequaq; erat conſentaneũ: quũ illí tantope tui curam agant. TIMON. At tibí Mercuri/Iouiq; q; me reſpicítis plurimã eqdẽ habeo gr̃am: cæterũ hunc Plutũ nequaq; recepero. MERCV. Quid ita? TIMON. Q m̃ pridem ínnumerabílium malorũ míhi fuit author: quũ me aſſentatoríbus ꝓderet: ínuídiæ obnoxiũ redderet: deniq; quũ repente me adeo pfide ac proditorie deſtituerit. Cõtra/pauptas optima/me laboríbus víro digniſſimis exercẽs/ mecũq; vere ac libere conuiuẽs et quibus opus erat ſuppedítauit laboranti et vulgaria íſta docuit cõtemnere: effecitq;: vt mihi vitæ ſpes omnis ex me ípſo penderet: demonſtrans quænam eſſent opes vere meæ: nẽpe quas neq; adulator aſſentans/neq; ſycophanta imitans/neq; plæbes irritata/neq; cõcionator ſuffragiorũ author/neq; tyrãnus intentis inſidiis queat eripere. Itaq; iam valídus effectus ob laborẽ, dum hunc agellum gnauiter exerceo: neq; qcq; eorũ quæ ſunt in ciuitate malorũ aſpício: abũde magnũ et ſuffícíẽ tẽ victũ mihi ligo ſuppedítat. Quare tu Mercurí quã veniſti vía remetiẽs/ recurre/vna tecũ Plutũ adducẽs ad Iouẽ. íllud mihi ſat fuerit, ſi effecerit/vt omnes mortales ꝑ omnem ætatem eiulent. MERCV. Nequaq; o bone: neq;

enī omnes ad eiulandū sunt accōmodi. Quin tu iractūda puerilia q̄ ista mis sa face, ac Plutū excipe, non sunt reiicienda munera, quę a Ioue proficiscuntur. PLV. Vin Timon vt contra te partes defendā meas: an grauiter feres, si qd dixero? TIMON. Dicito: ne multis tñ neq̄ cū proœmiis quēadmodū perditissimi isti solēt oratores. Nā huius Mercurii gratia te ferā paucis dicentē. PLVTVS. Atqui multis mihi potius erat dicendū: tot noibus abs te accusato. Attamē vide, nū qua in re te quēadmodū ais lęserim: q̄ quidē dulcissimarū quarūq̄ rerū tibi extiterim author opifexq̄: authoritatis: præsidētię: coronarū: aliarū itē voluptatū: mea opera cōspicuus eras: celebris & obseruandus. Cęterū si quid molesti ab adulatoribus accidit: nō mihi potes imputare: quin ipse magis abs te sum affectus contumelia: propterea q̄ me tam ignominiose viris illis execratis suppeditans: q̄ te mirabātur, ac pręsti giis demētabant, mihiq̄ modis oībus insidias struebāt. Porro qđ extremo loco dixisti, te a me proditū desertūq̄ fuisse: istud criminis ī te possum retorquere: quū ipse sim modis oībus a te reiectus, præcepsq̄ exactus ex ædibus. Vnde pro molli chlamyde, sagū istud charissima tibi pauptas circūposuit. Itaq̄ testis est mihi hic Mercurius, q̄topere Iouē orauerim, ne ad te venirē, qui tā hostiliter esses ī me debacchatus. MERCV. At nunc vides Plute in cuiusmodi hominē sit cōmutatus. Proinde audacter cū illo consuetudinē age. Tu vero fode ita vt facis. Tu iterim Thesaurū sub ligonē adducito. Audiet enī si tu accersiueris. TIMON. Parendū est Mercuri, rursusq̄ ditescēdū. Quid enī facias quū dii cōpellant? tamē vide: ī quas turbas me miserum coniicies: q̄ quidē quū ad hunc vsq̄ diē felicissime vixerim, tantū auri repēte sum accepturus nihil cōmeritus mali, tātūq̄ curarū suscepturus. MERCVRIVS. Sustine Timon mea gratia, tāetsi graue est isthuc atq̄ intolerādum: quo videlicet palpones illi prę inuidia rūpantur. Ego porro superata æthna in cœlū reuolauero. PLVTVS. Abiit ille quidē sicut apparet. Nā ex alarū remigio facio coniecturā. Tu vero hic operire: siquidē digressus Thesaurū ad te transmittā. sed feri fortius. Tibi loquor auri Thesaure: Timoni huic audiēs esto, offerq̄ temet eruendū. Fodi Timon altius ipingēs. Cęterū ego a vobis digrediar. TIMON. Age iā O Ligo: nunc mihi tuas vires explica: neq̄ defatigere, dū ex abdito Thesaurū in apertū euocaris. Hem prodigiorū author Iuppiter, amici Chorybantes, ac lucrifer Mercuri: vndenam auri tantū? Num somniū hoc est? Metuo ne carbones reperturus sim experrectus. Atqui aurū profecto est insigne, fuluum, graue, & aspectu multo iucundissimum.

Pulcherrima Aurum faustitas mortalibus.

Quippe qđ ignis ſ morẽ ardes nocteſq; & dies renides. Ades o mihi chariſſimũ deſyderatiſſimũq;, nunc demũ credo vel louẽ ipſum olim aurũ eſſe factum. Eteni quę tandẽ virgo, non exporrecto ſinu vſq; adeo formoſum amatorẽ excipiat, per tegulas illapſum! o Myda Croeſeq; ac munera, delphico ſ tẽplo dicata, vt nihil eratis ſi cum Timone, cũq; Timonis opibus cõferamini: cui ne Perſarum qdem rex par eſt. O Ligo/ſagũ chariſſimũ vos huic pani ſuſpẽdi cõmodum eſt. At ego q̃ maxime ſemotũ mercatus agrũ, turriculaq; ſeruãdi auri gratia conſtructa, vni mihi affatim vixero. ſepulcrũ item inibi mihi defuncto parare eſt ſentẽtia. hæc igitur decreta ſunto: placitaq; ſ reliquũ vitę, ſeiunctio, ignorãtia, faſtidiũ erga mortales oĩs. Porro amicus, hoſpes, ſodalis, aut ara miſericordię merę nugę. Tum cõmiſerari lachrymãtẽ, ſuppeditare egẽtibus, iniquitas, ac morũ ſubuerſio: at vita ſolitaria, qualis eſt lupis: vnuſq; ſibi amicus Timõ: cęteri oẽs hoſtes & inſidiarũ machinatores. Cũ horũ quopiã cõgredi: piaculum: adeo vt ſi quẽ aſpexero dũtaxat, inauſpicatus ſit ille dies. In ſumma: non alio nobis habeãtur loco, q̃ ſigna ſaxea æreave: neq; fœcialẽ ab illis miſſum recipiamus, neq; fœdera feriamus. Mons hic ſolitudinẽ meã aduerſus illos tueat. Cęterũ tribules/cognati/ populares/poſtremo patria ipſa frigida quędã & ſterilia noĩa, ſtultorũq; mortaliũ glorię: ſolus Timon diues eſto: deſpiciat oẽs: ſolus ipſe ſecũ oblectetur liber ab aſſentationibus, & onerоſis laudib⁹ diis ſacra faciat: epuletur ſolus ſibi ipſi vicinus, ſibi particeps, executiẽs ſeſe ab aliis. Ac ſemel decretũ eſto vt vnus ſeipſum comiter accipiat, ſi moriendũ ſit, aut neceſſe habeat ſibi ipſi coronam admouere. Nullũq; nomẽ ſit dulcius q̃ Miſantropi. i. hoĩm oſoris. morũ aũt notę difficultas, aſperitas, feritas, iracundia, ĩhumanitas. Q; ſi quẽ conſpexero: ĩcẽdio cõflagrãtẽ, obteſtantẽq; quo reſtinguã, pice oleoq; reſtiguere: rurſum ſi quẽ flumen vndis abſtulerit, iſq; manus porrigẽs, ĩploret vt retineatur: hũc quoq; demerſo capite propellẽ: ne poſſit emicare. hũc ad modũ par pari relaturus eſt. hãc legẽ Timon tulit Echecratides Colytẽſis: & cõcionis ſubſcripſit ſuffragiis idẽ ille Timon. Age hęc decreta ſunto: hęc fortiter tueamur. Cæterũ magno emerĩ: vt id oĩbus innoſcat q; opibus abũdo: nã illa res illos p̃focauerit. ſed qd illud! Hem quæ trepidatio! vndiq; cõcurrunt, puluerulẽti atq; anheli, haud ſcio vnde aurũ odorati. Vtrũ igit hoc cõſcẽſo colle ſaxis eos abigo, e ſublimi deiaculãs: an hac tãtum ĩ re legẽ violabimus: vt ſemel cũ illis congrediamur: vt magis angãtur, faſtiditi repulſiq;! Ita ſatius eſſe duco. Itaq; reſtemus quo illos iã excipiamus. Age p̃ſpiciã: primus eorũ iſte quis eſt! Nẽpe Gnatonides adulator q; mihi nup ſymbolũ petẽti funẽ porrexit quũ apud me ſępenumero ſolida dolia vomuerit.

Sed bene eſt q̄ ad me venit: nā primus oīm vapulabit. GNATO. An nō dixi Timonē virū bonū nō neglecturos eſſe deos! Salue Timon formoſiſſime: iucūdiſſime: cōuiuator belliſſime. TIMON. Scilicet & tu Gnatonides vulturū oīm edaciſſime atq; hoīm p̄ditiſſime. GNATO. Sēper tibi grata dicacitas. Sed vbi cōpotamus! Nā nouā tibi adfero cātilenā, ex his quos nup dīdici dithyrābis. TIMON. Atqui elegos canes, admodū miſerabiles, ab hoc doctus ligone. GNATO. Quid iſthuc! Feris o Timon! Atteſtor o Hercules: hei hei i ius tevoco apud Ariopagitas: q vulnus dederis. TIMON. Atq ſi cūctere pauliſp, mox cędis me reū ages. GNATO. Nequaq̄: qui tu plane vulneri medere, paululo auri iuncto. Mirū enī ī modū p̄ſentaneū id ē remedīū. TIMON. Etiā manes! GNA. Abeo. At tibi male ſit: q q̄dē ex viro commodo tā ſęuus fact⁹ ſis. TIMON. Quis hic eſt q accedit recaluaſter ille Philiades aſſentatorū oīm execratiſſimus. hic quū a me ſolidū acceperit fundū, tum filię ī dotē talēta duo, laudationis p̄miū quū me canētem reliquis ſilēti bus oībus ſolus maiorem ī modum extuliſſet: deierās me vel olorib⁹ magis eſſe canorū: vbi me prīdē ægrotum conſpexiſſet: nā adierā oraturus vt mei curā ageret: plagas etiā egregius ille vir īpegit. PHILIADES. O īpudētīā. Nunc demū Timonē agnoſcitis: nunc Gnatonides amicus & cōuiua: enīuero habet ille digna ſe: quādoquidē immemor eſt atq; igratus. At nos q̄ iam olim cōuictores ſumus æquales ac populares: tamē modeſte agimus ne īſilire videamur. Salue here. fac vt iſtos adulatores obſerues q̄ nuſq̄ adſunt: niſi in mēſa. p̄ęterea a coruis nihil differunt. Neq; poſthac huius ętatis mortalium vlli fidēdum eſt. Omnes īgrati, & ſceleſti. At ego quum tibi talētū adducerē: quo poſſes ad ea quæ velles vti: ī via iterim accepi te ſummas quaſdam opes eſſe nactum. Proinde acceſſi his de rebus admoniturus te: q̄q̄ tibi forſitan me monitore nihil erat opus, viro nimirū adeo prudēti vt vel Neſtori ipſi ſi neceſſe eſt conſilium dare queas. TIMON. Ita fiet Philiades: ſed age accede quo te ligone comiter accipiam. PHILIADES. Viri caput mihi cōminutū eſt ab hoc īgrato: propterea q̄ eum ea quę ī rē illius erant admonui. TIMON. Ecce terti⁹ huc orator Demeas ſe recepit, tabulas dextra geſtās, aitq; ſe mihi cognatum eſſe. hic vna die de meo ſedecim talēta ciuitati depēdit. nā damnatus erat ac vinctus. At quum ſoluēdo nō eſſet: ego miſertus illū redemi. Porro quū illi ſorte obueniſſet: vt Erechteidi tribui diſtribueret ærariū: atq; ego adiens, id q̄d ad me redibat poſcerē: negabat ſe ciuē noſſe me. DEMEAS. Salue Timon p̄cipuum generis tui p̄ſidium: fulcimentum Atheniēſium: defenſaculum Græciæ. Profecto iādudum te populus frequēs, & vtraq; curia opperitur. Sed prius decretū audi, q̄d de te conſcripſi.

quãdoquidẽ Timon Echecratidæ filius Còlytẽsis vir nõ modo ꝓbus & integer verũ etiã sapiẽs,quãtũ alĩ⁹ in Grẽcia nemo,nunq̃ pẽr oẽm vitã destitit optime de repu.mererí. Tũ aũt ĩ olympicis vicit pugil: & lucta cursuq; die eodẽ:ad hẽc solẽni quadriga eq̃striq; certamĩe. TIMON. At ego ne spectator qdem vnq̃ in olympicis sedi. DEME. Quid tũ! spectabis posthac:sed ista;cõmunia addi sati⁹ est. Tũ anno superiore aduersus Acharnẽses ꝓ rep. fortissime se gessit:& Peneloponensiũ duas acies conscidit. TIMON. Qua ratione! Quippe qui nec vnq̃ arma gesserim:neq; vnq̃ militiæ dederim nomẽ. DEMEAS. Modeste tu qdẽ de teipso loqueris:nos tamẽ ingrati futuri sumus:nisi meminerimus. Prẽterea scribẽdis plebiscitis,& in cõsultationibus,& in administrãdis bellis nõ mediocrem vtilitatẽ attulit reipu. His de causis oĩbus visum est/curiẽ/plebi/magistratib⁹/tributim/plebeiis fingillatim/cõmuniter vniuersis/aureũ statuere Timonẽ iuxta Palladẽ in arce:fulmen dextra tenẽtem:radiis tẽpora ambiẽtib⁹:vtiq; septẽ aureis coronis coronetur:hæq; coronæ hodie in dionysiis pẽr tragœdos nouos promulgentur. Siquidẽ hodie,illi dionysia sũt agẽda. Dixit hoc suffragiũ Demeas orator:ꝓpterea ꝙ cognat⁹ illius ꝓpinquus,ac discipulus eius sit. Nã & orator optim⁹ Timon:pterea quicqd voluerit. Hoc igitur tibi suffragiũ:sed vtinam & filiũ meum ad te pariter adduxissem : quẽ tuo nomine Timonẽ appellaui. TIMON. Qui potest Demea:quũ ne vxorem quidem duxeris vnq̃ quantũ nobis scire licuit! DEMEAS. At ducã, nouo ineũte anno,si deus pmiserit: liberisq; operã dabo. Tum qđ erit natum(erit autẽ masculus)Timonẽ nuncupabo. TIMON. An vxorẽ tu sis ducturus:equidem haud scio: tãta a me plaga accepta. DEMEAS. Hei mihi. Quid hoc est rei! Tyrãnidẽ Timon occeptas! pulsasq; eos qui sunt ingenui:ipse nec ingenuus plane nec ciuis:verũ prope diem pœnas daturus:quũ aliis nominib⁹/tũ ꝙ arcẽ incenderis! TIMON. Atqui non cõflagrauit arx sceleste. Proinde palã est:te calũniatorẽ agere. DEME. Verũ effosso ęrario dines effect⁹es. TIMON. Atqui nõ est effossum ĩsthuc. vnde ne hęc quidẽ probabiliter:abs te dicuntur. DEMEAS. Verũ effodiet posthac:sed tu interim oĩa quę ĩ eo cõdita,possides. TIMON. Alterã itaq; plagã accipe. DEMEAS. Hei scapulis meis. TIMON. Ne vociferare:alioq & tertiã tibi illidã. Etẽm res plane ridicula mihi acciderit:si quũ iermis duas Lacedęmoniorũ acies fuderim:vnũ sceleſtũ hominẽ non ꝓtriuero. Tum frustravicerim in olympiis & pugil & palęstrites. Sed quid hoc! An non philosophus Thrasycles hic est! ꝓfecto ipsus est: promissa barba,subductisq; supciliis,& magnũ quiddã secũ murmurãs accedit Titanicum obtuens:cęsariem per scapulas fluentẽ vẽtilans:alter qui-

dam Boreas,aut Triton,quales eos Zeusis depinxit.Hic habitu frugalis,incessu moderatus,amictu modestus, mane mirũ ꝙmulta de virtute disserit dãnans eos ꝙ voluptate capiuntur frugalitatẽ laudãs: at vbi lotus ad cœnã venit,puerꝙ ingẽtem illi calicẽ porrexit: meraciore autẽ maxime gaudet: perinde vt Lethes aquã ebibẽs,a dilucullariis illis disputationibus diuersissima quę sint exhibet:dũ milui istar prępripit opsonia, & proximũ cubito opposito arcẽs,mẽto interim condimẽtis oppleto:dum canũ ritu ingurgitat, prono incumbẽs corpore:pęrinde atꝙ in patinis virtutẽ inuẽturũ sese speret:dumꝙ vsꝙadeo diligẽter catinos extergit indice digito:vt ne paululum quidẽ reliquiarũ sinat adhærere:nunꝙ non querulus,tanꝙ deteriorẽ partẽ acceperit:vel si totã placẽtam,aut suem solus omniũ accipiat.qui quidẽ edacitatis & insatiabilitatis est fructus:temulẽtus vinoꝙ bacchatus,nõ ad cãtum modo saltationẽꝙ,verũ ad conuitium vsꝙ & iracundiã. Ad hæc multus inter pocula sermo(tum enĩ vel maxime)de tẽperãtia sobrietateꝙ:atꝙ ista quidẽ loquitur quum iã a mero male affectus ridicule balbutit.Accedit his deinde vomitus.Postremo sublatũ eum de conuiuio efferunt aliqui am babus manibus tibicine inhærẽtem. Qz̃ꝙ alioqui ne sobrius quidẽ vlli primariorum cesserit vel mẽdacio,vel confidẽtia,vel auaritia. Quin & iter assentatores primas tenet:pęierat promptissime:anteit ipostura:comitatur impudẽtia.In summa prorsus admirãdum quoddam spectaculum est omni ex parte exactũ varieꝙ absolutũ.proinde nõ eiulabit clarius videlicet quũ sit modest⁹.Quid hoc papę tãdẽ nobis Thrasycles! THRASYCLES.Nõ hoc animo ad te venio Timon quo plęriꝙ isti ꝙnimirum opes admirati tuas,argẽti,auri,opiparorũ conuiuiorum adducti spe concurrũt,multaꝙ assentatione desinunt te:hominẽ videlicet simplice,facileꝙ ipartientẽ id qđ adest. Siquidẽ haud ignoras offam mihi ĩ cœnam sat esse, tum opsonium suauissimum cepe aut nasturcium:aut si quãdo lubeat lautius epulari pusillum salis.Porro potum fons Athenis nouẽ saliens venis suppeditat.Tum pallium hoc quauis purpura potius.Nam aurũ nihilo magis apud me in p̃cio est ꝙ calculi qui sunt in littoribus.Sed tua ipsius gratia huc me contuli: vt ne te subuerterit pessima ista atꝙ insidiosissima res opulẽtia:quippe quę multis sępenumero imedicabilium malorum extiterit causa.Etenĩ si me audies,potissimũ opes vniuersas ĩ mare p̃cipitabis:vtpote qbus nihil sit opus bono viro,quiꝙ philosophię possit opes pspicere.Ne tamẽ in altum o bone:sed ferme ad pubẽ vsꝙ ingressus paulo vltra solũ fluctibus opertũ/me qdẽ vno spectante.Qz̃ si hoc non vis:tute igitur eas potiore via ex ædibus eiicito,ac ne obolum quidẽ tibi facias reliquum:videlicet largiens iis quicunꝙ opus ha-

bent:huic quinq; drachmas,illi minã,alii talẽtum. Porro si qui erit philoso phus:hũc ęquum est duplã aut triplam ferre portionẽ. Q;z;q; hoc qdem mihi non mea ipsius gratia postulo:sed quo amicis,si qui egebunt,donẽ.sat est si modo perã hanc largitione tua expleueris ne duos qdem modios æginiti cos capientẽ.Nam paucis contẽtum modestumq; conuenit esse eum q; philosophaꝫ,neq; quicq; vltra perã cogitare. TIMON. Equidẽ ista q; dicis pbo Thrasycles. Ergo si videtur priusq; perã expleam , age tibi caput opplebo tuberib⁹:posteaq; Ligone sum mẽsus. THRASYCLES.O libertas,O leges. Pulsamur ab impurissimo:libera in ciuitate! TIMON. Quid stomacharis O bone Thrasycles!Num te defraudaui! Atqui adiiciam vltra mensuram Chœnices quatuor.Sed quid hoc negotii!Cõplures simul aduenium. Blepsias ille,& Laches,& Gniphon,breuiter agmen eorum q; vapulabunt.Itaq; quin ego in rupem hanc conscendo:ac Ligonem qdem iamdudum fatigatũ paulisper interquiescere sino!At ipse plurimis congestis saxis,procul eos lapidum grandine peto.BLEPSIAS.Ne iace Timon.Abimus enĩ. TIMON. At vos qdem nec citra sanguinem:nec absq; vulneribus.

LVCIANI TYRANNICIDA,ERASMO INTERPRETE.

Argumentum Declamationis.

QVidam in arcẽ ascendit:vti Tyrannum occideret. Atq; ipsum qdem non repperit:verum filium eius interemit,gladiumq; i vulnere reliquit.Aduenies Tyrãnus,vbi filium extictum conspexit: eodem ense necem sibi conscisscit.Is qui ascenderat,Tyranniq; filiũ peremerat,præmium tanq; Tyrannicida petit.

DECLAMATIO.

VIum duos eodem die Tyrannos occiderim Iudices, Alterum qdem ętate iam affecta,Alterum æuo florẽtem & ad scelerum successionem capessendam paratum:vnicum tamẽ pro ambobus præmium petitum venio:q; quidẽ vnus omnium quotquot vnq; tyrannicidæ fuerunt , vnico vulnere duos maleficos fuerim amolitus neciq; dederim:filiũ videlicet ense:patrẽ indulgenti charitate qua filiũ adamabat.Itaq; Tyrannus pro his quæ cõmisit abunde magnas pœnas nobis depẽdit:quippe q; & viuus aspexerit:filiũ prius morte sublatum: & qđ est omniũ maxime nouum:compulsus sit deniq; ipe sui tyrannicida fieri. At filius illius mea quidem manu peremptus est:cæterum occisus,alteram ad cædẽ

operam mihi ſuam commodauit:dum q viuo patri ſcelerum ſocius fuerat: eiuſdē poſt mortē(quatenus licuit)extitit parricida.Ego itaq; ſum is q tyrannidē ſuſtuli, pariterq; mecum gladius quo cuncta confecta ſunt meus: tametſi cędis ordinē commutarim ac morē modumq; nouarim conficiendi ſceleratos.Nempe hunc q valentior erat,ac ſeſe defendere poterat:ipſe per imens. Porro ſenem ſoli gladio reſeruans. His igitur de cauſis & amplius quiddā a vobis me conſequuturum arbitrabar:premiaq; laturum:que numero equarēt eos q eſſent iterempti:vtpote q non preſentibus modo malis vos leuarim:verum etiam futurorum formidine: quiq; ſtabilē pepererim libertatem nullo relicto q ſcelerum capeſſat ſucceſſionē.Verum iterim tantis rebus ſtrenue peractis ī diſcrimē adducor:ne prēmio fraudatus a vobis diſcedā:ac ne ſolus non feram mercedem,quam leges a me ſeruatæ præſtituunt.At q contradicit,is mihi videtur nō reip.ſtudio(quēadmodum ait) hoc facere:ſed q extinctos eſſe illos grauiter ferat,atq; eum qui illis mortis author extitit vlciſci conetur. Vos igit̄ Iudices mihi pauliſper attēdite:dū tyrānidis mala/tametſi ipſi optime noſtis/cōmemoro.Siquidē hoc pacto futurū eſt vt & beneficii mei magnitudinē itelligatis,& ipſi plus capiatis voluptatis:reputātes nimirū qbus ſitis leuati malis. Neq; enī quēadmodum aliis qbuſdā ſæpenumero accidit:itidē & nos ſimplicē atq; vnicā ſeruitutē ſuſtinebamus:nec vnius dñi violētiā tolerabamus:verū ſoli oīm quos ſimilis habuit calamitas duos pro vno tyrānos habebamus:& ī geminas contumelias diſtrahebamur īfelices.Porro ſenex multo erat moderatior: quippe ad iras lentior:ad ſupplicia ſegnior:& ad cupiditates tardior:vtpote cui iā ętas vehemētiam īpetus cohiberet, voluptatumq; cupiditates refrēnaret. Quin ad ſuſcipienda maleficia filii inſtinctu nolens impelli ferebatur: ipſe alioqui non admodum tyrannicus niſi q illi morem gerebat.Siquidem indulgens in filium ſupra q̄ credi queat erat:id qđ re declarauit: ita vt filius illi eſſet omnia.Illi parebat: per vim faciebat quicquid ille iuſſerat:ſupplicio afficiebat quoſcunq; præceperat:ac prorſus in omnibus illi obſecundabat.In ſumma:filius in patrem tyrannum quendam agebat:pater filii cupiditatum ſatelles erat.Tametſi huic propter ætatem honorem cedebat adoleſcens,ſoloq; iperii noīe tēperabat:tamē res & caput Tyrannidis erat ipſe. Et q̄q̄ tutamētū preſidiūq; pricipatui ab illo mutuaret:ſcelerū tamē emolumētis ſolus fruebatur.Ille erat q ſatellites continebat:q cuſtodias obtinebat:qui tyrannidem affectantes e medio tollebat:qui īſidias formidabat:ille q caſtrabat ephebos:qui coniugia violabat:illi virgines producebantur. Tū ſi q̄ cędes:ſi qua exilia:ſi q̄ pecuniarū expilationes,delationes,cōtumelię,

ea omnia iuuenis temeritate gerebãtur. Porro ſenex ille obſequebat: comitẽq; ſcelerũ ſeſe prębebat: ac cõprobabat duntaxat filii ſui flagitia. Itaq; quũ ea res nobis erat intolerãda: ꝓpterea ꝙ quũ animi cupiditatib⁹ ex ĩperio poteſtas accedit: nullũ flagitiis modũ ĩponũt: tũ illud in primis diſcruciabat: ꝙ ꝓſpiceremus diuturnã vel æternã potius ſeruitutẽ eam futurã: & ꝑ ſucceſſionẽ alii poſt aliũ domino tradendã rẽp. populũq; homini ſceleſto hæreditatis inſtar obuẽturũ. Nã id aliis ſpem nõ exiguã facit: qđ apud ſeſe reputant: qđ inter ſe dicunt: at mox coercebitur: at mox demorietur: paulo poſt liberi ſum⁹ futuri. Verũ de his nihil eiuſmodi ſperabat: quin potius iã intuebamur: paratũ Tyrãnidis hęredẽ. Vnde factũ eſt vt ne aggredi qdẽ qſq; fortium ciuiũ, & qui eadẽ quæ ego animo ſtatuiſſet, auderet. Sed deſperabatur ab vniuerſis libertas: atq; inexpugnabilis tyrannis videbat: quippe quũ eſſet cũ tam multis confligẽdum ac dimicãdum. At me nihil iſta deterruerunt: neq; perpẽſa negotii difficultate refugi: neq; ad ſuſcipiẽdũ diſcrimen trepidaui: verũ ſolus: ſolus inquã aduerſus adeo validã variãq; Tyrãnidẽ, vel nõ ſolus potius, ſed gladio comite conſcendi: quippe qui mihi ſit auxiliatus: mecũq; ex parte Tyrãnum interemerit: quũ mors mihi interim ob oculos obuerſabatur. At e diuerſo perpendenti: ꝙ publicã libertatẽ, mea cæde redẽpturus eſſem. Ergo vbi in primã irruiſſem cuſtodiã: neq; mediocri negotio ſatellites ſubmouiſſem: occidẽs interim: ĩ quẽ incurriſſem: & quicqd obſiſteret amoliens: ad ipm negotii caput ferebar: ad vnicũ Tyrãnidis robur: ad noſtraq; calamitatũ fontẽ: atq; irrupto arcis ꝓpugnaculo, quũ viderem illũ fortiter tuentẽ ſeſe: multiſq; vulneri b⁹ reſiſtentẽ: tamẽ occidi. Et iã tũ erat ſublata Tyrãnis: iã tũ mihi confectũ facinus. Ex eo tẽpore liberi oẽs niſi ꝙ reliquus adhuc erat ſenex ſolus: inermis: nudat⁹ cuſtodiis: iãq; amiſſo magno illo ſuo ſatellite, deſertus: neq; deinde dignus forti dextra. Ibi nimirũ mecũ ipſe Iudices/hæc animo reputabã. Cũcta mihi pulchre habent: cuncta cõfecta ſunt: cũcta eo quo deſtinarã perducta. At eũ qui reliquus eſt quo tandẽ modo pœnas dare cõuenit! Me quidẽ meaq; dextera nequaq; eſt dignus: præſertim ſi poſt ſplendidũ facinus iuuenile atq; magnificũ interimatur: priorẽ illã cædẽ dedecoratur⁹. Carnifex aliquis quærẽdus eſt illo dignus: verũ poſt calamitatẽ, ne vel hãc ipſam lucrifaciat, videat: diſcrucietur: appoſitũ habeat enſem: huic reliqua mando. Hęc vbi mecũ ſtatuiſſem: ipſe qdẽ illinc diſcedo. At ille peregit id qđ ego prędiuinauerã: Tyrãnũ occidit: ſummãq; meæ impoſuit fabulæ. Adſum igit popularẽ adminiſtrationẽ vobis adportãs: cunctiſq; bono iã vt animo ſint edicẽs: ac libertatẽ annũcians. Iã meis fruimini factis. Vacua ſicut videtis, ſceleratis hominib⁹ arx

Imperat nemo,quin & magiſtratus creare liberũ eſt & cauſas agere:& ex legibus cõtradicere.Atq; hęc oĩa vobis mea cõtigerunt opera: meaq; fortitudine:videlicet ex vna illa cæde: poſt quã pater iã viuere non quibat.Aequũ itaq; cenſeo:vt his pro meritis debitũ mihi a vobis pręmiũ donet: nõ q; lucri auidus: aut ſordid⁹ quiſpiã ſim: nec is qui mercedis gratia de patria bene mereri ſtatuerim: verũ q; præmio cupiã officia mea cõprobari: neq; repudiari:aut inglorios fieri conat⁹ meos:ſi velut irriti pręmioq; indigni iudicentur.At hic cõtradicit:negatq; æquum facere me qui decorari munere,præmiũq; ferre cupiam. Neq; enim Tyrannicidam eſſe me:neq; quicq; a me,pro legis ſentẽtia cõfectũ eſſe:verũ facinori meo deeſſe quiddã:ad hoc vt præmiũ poſtulẽ.Percontor igit illũ quid pręterea requiris a me?Nonne volui?Nõne aſcẽdi?Nõne occidi?Nõne libertatẽ peperi?Nũ quis ĩperat?Nũ quis iubet?Nũ quis minitat dñs? Num quis nocentiũ manus effugit meas? haud quaq; dixeris.Sed oĩa plena pacis:oẽs reſtitutæ leges:libertas manifeſta:democratia ſtabilis:inuiolata cõnubia: pueri tuti:virgines abſq; periculo: publicãq; felicitatẽ ſolẽnibus feriis celebrat ciuitas. Quis igit horũ oĩm author?Quis eſt qui illa ſuſtulit?hæc peperit?Etenim ſi quiſq; pręme dign⁹ honore ſit:cedã præmiũ:deſiſtã a petẽdo munere.Q; ſi ſolus oĩa peregi:audens:periclitãs:aſcẽdens:interimẽs:excrucians:alterũ vltus in altero:quid mea calũniaris officia? Quur facis vt popul⁹ parũ erga me gratus exiſtat? At enim nũ occidiſti Tyrannũ.Porro lex Tyrãnicidę pręmiũ decernit.Verũ dic mihi:nunquid intereſt:vtrũ ipſe interimas:an mortis cauſam miniſtres?Mea pfecto ſentẽtia nihil.Verũ hoc ſolũ ſpectauit legis cõditor:libertatẽ:democratiã:ſceleratoq; ſublationẽ.Huic honorẽ decreuit:hoc pręmio dignũ iudicauit:qđ quidẽ inficiari nõ potes: qn mea cõtigerit opera. Etẽ ſi occidi eũ:quo occiſo ille nõ poterat viuere:nimirũ ipe cędem peregi. Ego occidi:ſed illius manu. Itaq; ne diſcepta de cædis modo: neq; illud expende quẽadmodũ interierit:verũ an iã perierit:& an q; periit,id a me ſit pfectũ. Quãdoq; dẽ & illud excuſſurus mihi videris: atq; his aduerſus bene de rep. meritos calũniis vſurus.Si qs nõ gladio verũ lapide,lignove, aut alio quouis pacto peremerit.Quid porro ſi fame Tyrãnũ obſediſſem:ad mortis neceſſitatẽ compellẽs?num ibi quoq; requiturus eras a me cædẽ mea ipſius manu peractã?aut deſyderari adhuc quiddã diceres: ad id vt legi factũ a me ſatis videat:atq; id quũ ſceleſtũ:acerbius etiam atq; atrociore mortis genere trucidaſſem? Vnũ hoc dũtaxat ſpecta:hoc require:hoc excute: Quis nocentiũ reliquus?aut quę met⁹ expectatio?aut qđ calamitatũ veſtigiũ? Q; ſi purgata oĩa:ſi pacata: profecto Sycophanticũ eſt:modũ rei geſtæ calũniantem

præmio fruſtrari velle:qđ iis quæ virtute cõfecta ſunt debeaŧ.Equidẽ & ille
lud memini diſſertũ in legibus:niſi forte propter diutinã ſeruituteˉ oblitus
ſum eorũ quæ ab illis dicũtur:Cauſam mortis eſſe duplicẽ:puta:ſi qs ipſe oc
cidat:aut ſi nõ ipſe qdẽ occidit:neqꝫ manu facinꝰ pæregit:verũ cõpulit,prę
buitqꝫ mortis occaſionẽ. Ex ęquo & hũc quoqꝫ lex cẽſet ſupplicio affici opor
tere:idqꝫ iure optimo. Neqꝫ eĩ ſtatuit minus valere oportere audaciã q̃ fa
cinus.Ac poſtea ſupuacaneũ eſt cędis rationẽ viãqꝫ ſpectare. Deĩde hũc qui
ſic occiderit:tanq̃ homicidã pœnas oportere dare cẽſebis:ac nequaq̃ abſol
uẽdũ eſſe.At me qui p oĩa cõſimili modo rẽp.iuui,nõ cẽſes ea capere oporte
re quę iis debẽtur qui beneficio iuuerũt.Neqꝫ eĩ illud dicere poſſis me qdẽ
imprudentẽ feciſſe:ſed exitũ quẽdã cõmodũ/fortuito fuiſſe cõſequutũ p̃ter
animi ſententiã. Nã quid pręterea iã formidaſſem: eo qui validior erat in
terẽpto!Quur autẽ gladiũ in vulnere reliquiſſem:niſi plane qđ erat euẽtu
rũ id ipſum p̃diuinaſſem!Niſi forſan illud dices:hũc qui extinctꝰ eſt Tyrã
num nõ eſſe:neqꝫ hãc appellationẽ in illũ cõpetere:neqꝫ vos multũ p̃mii hoc
noĩe,ſi ille fuiſſet occiſus,decreturos fuiſſe.Atqui iſtud dicere nõ queas.An
Tyrãno interẽpto:ei qui cædis cauſam miniſtrauit:p̃miũ negabis!O curio
ſitatẽ:de illo laboras:quo pacto ĩterierit!quũ interim libertate fruaris! aut
ab eo qui Democratiã reſtituit:neſcio quid ſuperuacaneũ præterea reqris!
Atqui lex(vti fateris)caput rei geſtæ ſpectat.Quæ vero ad id cõducunt ea
oĩa miſſa facit:neqꝫ iã vltra curioſius excutit.Quid eĩ:an ſi Tyrãnũ exege
rit qſpiã: nõ is iã Tyrãnicidæ p̃miũ cepiſſet!cepiſſet opinor:idqꝫ iure optí
mo.Siqdẽ & hic p ſeruitute libertatẽ peperiſſet. At id qđ a me patratũ eſt:
non exiliũ habet:nõ in poſterũ inſtaurãdæ Tyrãnidis metũ: verũ abſolutã
ſublationẽ totiuſqꝫ generis internitionẽ: omneqꝫ malũ radicitꝰ exciſum.Et
mihi per deos,iã ab initio ad finẽ vſqꝫ(ſi videtur)rẽ totã perpendite. nũ qd
eorũ quę ad leges pertinẽt ſit prætermiſſum:& num qd in me deſyderet ex
his quæ Tyrãnicidæ oportebat adeſſe.Principio mentẽ prius oportet ſup
petere fortẽ & amantẽ reip. quæqꝫ pro cõmunibus cõmodis periculũ adire
nõ recuſet:quæqꝫ priuato ſuo interitu multitudinis incolumitatẽ auſit re
dimere.Num hac parte quicq̃ mihi defuit!Num frãgebar animo! Nũ quũ
præſcirẽ per quę pericula mihi perrũpendũ eſſet,per ignauiã refugi!pfecto
nõ potes dicere.In hac ĩterim parte tantũ cõmorare:atqꝫ æſtima: an nõ vel
voluiſſe tantũ iſta,ac ſtatuiſſe,pręclarũ facinus futurũ fuiſſe videaŧ. Ac pu
tato me ſolius animi volũtatiſqꝫ argumẽto præmiũ poſtulare tanq̃ qui be
neficio iuuerit.Tum ſi voluntati meæ facultas defuiſſet:verũ alius poſt me
Tyrannũ occidiſſet:dic mihi:nũ abſurdũ aut p̃ter equũ fuerat dare p̃miũ!

Maxime.Si dicerẽ ciues volui:ſtatui: aggreſſus ſum:volũtatis experimẽtũ dedi:ſolus dignus ſum qui præmiũ ferã.Quid tũ reſpõſurus fueras!Nunc porro nõ hoc dico:ſed inſuper aſcendi:periclitatus ſum:atq; innumerabilia priuſq; iuuenẽ occiderẽ patraui. Neq; eñ vſq; adeo facilẽ, factuq; procliuẽ eſſe rem exiſtimetis:cuſtodias perrũpere:ſatellites opprimere: vnũq; hominem tã multos amoliri.Quin iſthuc pœne maximũ eſt oĩm quæ ſunt in Tyrãnicidio:totiuſq; negotii caput.Nã ipe iã Tyrãnus nõ magna res eſt:neq; expugnatu,neq; cõfectu difficilis:verũ ea quę tuentur cõtinentq; Tyrãnidem:quę quidẽ ſi quis ſuperarit is nimirũ cuncta quæ deſtinauit peregerit: & perpuſillũ eſt id qđ ſupereſt.Sed ad Tyrãnos puenire nunq; mihi cõtigiſſet:ni prius qui illũ cingũt cuſtodes oppreſſiſſem: oẽſq; ſatellites ante debellaſſem.Nihil adhuc addo:verũ in his rurſum immoror.Cuſtodiã oppreſſi: ſatellites ſuperaui:Tyrãnũ incuſtoditũ,inermem,nudũ,reddidi.Vtrũ his rebus cõfectis nõ tibi videor honore dignus! an adhuc cædẽ ipam a me requires!Quin etiã ſi cædẽ quęris:ne ea quidẽ deſyderabitur. Nõ ſum incruentus:verũ cædẽ peregi:magnã ac ſtrenuam:nempe iuuenis ætate ac viribus florẽtis:atq; oĩbus formidãdi:per quẽ ille ab inſidiis erat tutus: cui vni fidebat:qui cõpluriũ ſatellitũ inſtar erat.An nõ igitur quęſo te prẽmio dignus videor:ſed tantis rebus geſtis honore fraudabor!Quid eñ ſi ſatellitẽ vnũ:atq; adeo quid ſi Tyrãni miniſtrũ quẽpiã interemiſſem!Quid ſi ſeruũ aliquẽ charum!an non hoc quoq; magnũ viſum fuiſſet: cõſcẽdiſſe:mediaq; in arce,mediis in armis,aliquẽ e Tyrãni familiarib9 iugulare!Nunc & hũc ipſum qui occiſus eſt cuiuſmodi ſit cõſydera.Filius erat Tyrãni:vel Tyrãnus poti9:crudelior:dñs intolerabilior: ad ſupplicia dirior: ad cõtumelias violẽtior:qđq; eſt maximũ:hæres ac ſucceſſor omniũ:quiq; in lõgũ noſtras calamitates poſſet ꝓgare.Vin hoc ſolũ mihi cõfectũ eſſe!Ipſum vero Tyrannũ viuere adhuc:fuga ereptũ!Iam horũ nomine præmiũ poſtulo.Quid dicitis!Nõ dabitis!An nõ & illũ verebamini! An nõ domin9,an nõ grauis an non intolerãdus erat! Porro nunc negotii caput: deniq; ipſum perpẽdite.Etenim qđ hic a me requirit hoc ꝯ fieri potuit pulcherrime cõfeci. Tyrannũq; aliena cæde occidi: non ſimpliciter: nec vulnere vno: id qđ fuerat optatiſſimũ illi:videlicet tantorũ facinorũ ſibi cõſcio:ſed poſteaq; illũ prius multo dolore excarnificaſſem:tũ quo nihil habebat chari9 miſerabiliter ꝓſtratum coram oculis oſtẽdens,puta filium in ipſo ęui flore,tametſi ſceleſtũ quidẽ illum:attamen & ætate vigẽtem:& patri ſimilẽ:ſanguine taboq; oppletum.Hæc nimirum ſunt parẽtum vulnera: hi gladii verorũ Tyrãnicidarum:hæc mors digna crudelibus Tyrannis: hæc vltio tantis ſceleribus

congruit,Cęterum protinus iterire,protinus excidere ſibi,neq; huiuſmodi vllum ſpectare ſpectaculũ,profecto nihil habet Tyrãnico ſupplicio dignũ. Neq; enĩ ignorabã vir egregie:non ignorabã inquã,neq; quenq; aliũ latuit: quãta ille charitate filiũ ſit proſequutus:adeo vt illo extincto,ne paululum quidẽ tẽporis ſibi ĩ vita morãdum eſſe fuerit ducturus.Atqui haud ſcio:an oẽs patres,hunc ad modũ affecti ſint erga liberos:verum hic etiã vltra reli quos habebat quiddã:idq; merito:quippe q conſpiceret,illũ vnicũ eſſe q cu raret,ſeruaretq; Tyrãnidẽ:quiq; ſolus pro patre pericula ſuſciperet,& tu tamen ĩperio adderet.Itaq; ſi non ob charitatẽ certe ob rerum deſperatio nẽ ſciebã illum protinus exiturum e vita:perpenſurũ enĩ:iã nihil eſſe quur velit viuere:adẽpto tutamine qđ illi filius miniſtrauerat.Nimirũ effeci:vt hęc oĩa illũ agminati circũſiſterẽt:forma,dolor,deſperatio,formido, quiq; in poſterum ĩminebãt metus.his aduerſus illũ auxiliis ſum vſus,atq; ad ex tremũ illud cõſiliũ adegi.Interiit itaq; vobis orbus,excruciatus,plorãs,la chrymãs.Luxit luctũ:nõ illũ quidẽ diuturnũ:verũ q ſatis magnus eſſet pa tri.Poſtremo qđ eſt oĩm acerbiſſimũ:ipſe ſibi necẽ cõſciuit : qđ quidẽ mor tis genus,prę cęteris miſerrimũ:multoq; atrocius q̃ ſi per alium ĩferatur. Vbi mihi gladius?Nũ quis alius eũ agnoſcit?Num cuius alterius hoc geſta mẽ erat?Quis eum ĩ arcẽ induxit?Ante Tyrannum quis eo eſt vſus? Quis eũ ad illũ miſit?O enſis particeps,ſucceſſorq; meorũ egregie factorum,poſt tãta periculã,poſt tãtas cædes,contẽnimur,& ĩdigni p̃mio iudicamur. Nã ſi huius tãtum noĩe pręmium a vobis poſtularẽ:ſi ſic dicerẽ iudices:Tyran no quũ mori vellet quũ id tẽporis inermẽ ſe deph̃endiſſet meus hic illi gla dius ĩſeruiuit,& ad conſequẽdã libertatẽ auxilio fuit vniuerſis.hunc quoq; laude pręmioq; dignũ iudicaſſetis.Porro domino tam popularis rei nõ gra tiã retuliſſetis?Nonne iter eos q de rep.benemeriti ſunt ſcripſiſſetis? Non ne gladium iter ſacra monumẽta conſecraſſetis?Non illum ſecundum deos veneraremini?Nunc mihi cõſyderate quæ veriſimile eſt feciſſe Tyrãnum: quæ dixiſſe:priuſq; ſibi mortẽ conſciſceret.Quum iuuenis a me trucidare tur ac multis etiam vulneribus confoderetur , idq; ĩ his corporis partibus q̃ conſpicuę magis magiſq; ſint oculis obuiæ:videlicet vt q̃maxime diſcru ciaret eum q genuerat:quoq; primo ſtatĩ cõſpectu pturbaret:miſerabiliter inclamabat,parẽtem ĩplorans non adiutorẽ:nec opitulatorem : quippe qui ſenex iam eſſet atq; ĩualidus : verum domeſticarum cladium ſpectatorem. Nam ego interim diſceſſeram:author q fueram totius tragœdię : reliquẽs actori cadauer,ſcęnã,gladiũ,reliqua q̃ ad actũ fabulę ptinebãt. At ille aſtãs vbi filiũ cõſpexit quẽ habebat vnicũ:ſemiuiuũ,ſanguinolẽtũ,cęde cõſpſum,

tum vulnera ppetua/plurima ac letalia, hunc ad modũ exclamauit. O nate extĩcti sumus: interẽpti sumus: tanq̃ Tyrãni iugulati sum⁹. vbi mactator! Cui me seruat! Cui me relinquit! qui qdẽ iãdudũ ppter occisum te fili sum extinctus: nisi forte me tanq̃ senem cõtemnit: ac lento supplicio me cõficit: producitq; mihi mortẽ: redditq; mihi cædem lõgiorem. Atq; hęc loquut⁹ ensem quęrebat. Nã ipe inermis erat: ppterea q; p oĩa filio fideret: verũ ne is quidẽ deerat vt qui iamdudũ fuerit a me paratus atq; ad facinus futurũ relictus. Euulso igitur e cæde gladio: atq; e vulnere exempto ait. Dudũ me occidisti: nũc finẽ malis impone gladie. Ades patri lugẽti solamen: senilẽq; manum & infelicẽ adiuua: iugula: Tyrãnũ occide: luctu libera: vtinã prior in te incidissem: vtinã in cæde priorẽ occupassem locũ. Occidissem qdem sed tanq̃ Tyrãnus dũtaxat: sed qui crederẽ mihi supereſſe vltorem. nũc autem tanq̃ orbus occũbo: nunc tanq̃ cui desit etiã mactator. Atq; hęc vbi diceret, gladiũ adegit: tremens neq; sat potẽs. Cupiebat qdem: verũ nõ suppetebant vires ad facinus exigẽdũ. Quot hic supplicia! Quot vulnera! Quot mortes! Quot Tyrannicidia! Quot pręmia! Postremo spectastis oẽs iuuenẽ dudum prostratũ: nec exiguũ profecto: neq; mediocrium viriũ opus: ac senem huic circũfusum: atq; amborum sanguinem cõmixtum: libertatis illã & victoriale victimã: meiq; gladii facinora. At gladius ipse in medio amborum: declarans q̃ non indignũ se dño præstitit: testansq;, q; mihi fidam nauasset operam. Id si a me ipso fuisset patratũ: minus fuerat futurũ. Nunc autem illustrius est ipsa nouitate. Atq; ego quidẽ sum is qui Tyrãnidẽ sustuli. Cæterũ actio in multos est distributa: quẽadmodũ in fabulis fieri cõsueuit. Ac primas quidẽ partes egi ipse. Secũdas autẽ filius. Porro tertias Tyrannus ipse. Nam gladius omnibus inseruiuit.

Luciani Tyrannicidæ Finis. Erasmo Interprete.

DECLAMATIO DESYDERII ERASMI, NON ILLA QVIDEM versa, sed quę superiori Declamationi e Luciano versæ Respondeat.

SI mihi causa hæc iudices/apud concionem popularẽ: quę studiis potius, q̃ exacto rerũ iudicio/duci consueuit, esset agẽda: ac nõ magis apud iudices ex honestissimis ordini b⁹ delectos: nimirũ grauissimos sapiẽtissimosq;: nõ nihil pfecto vererer: ne oĩm animis noua hac & ĩsperata lętitia gestiẽtibus atq; (vt ita dixerim) exultãtib⁹, nec satis attẽ

Lucianicę reſpondens

tos nec dociles eſſem auditores habiturus. Porro fauẽtes beneuoloſq; ,mul to minus:quippe qui frontẽ modo,quaſiq; perſonã huiꝰ negotii intuẽtibus: nõ faciẽ ipſam ꝓpius contẽplãtibus videri fortaſſe poſſim: in cõmuni totiꝰ ciuitatis gaudio:tũ autẽ in cauſa tã popularí:velut importunius obſtrepe re atq; obturbare . Enimuero quũ oĩs affectꝰ inutilis eſt ad recte iudicãdũ: tũ ingẽs intẽperans atq; exundãs lętitia / nõ ſolũ iudiciũ omne fundit⁹ tolle re ſolet:verũetiã noſtri ſenſum nõ raro nobis eripere:pręſertim ſi (quẽad modũ hæc noſtra)poſt graues diuturnaſq; calamitates , ac veluti tẽpeſtatẽ ſæuiſſimã,repente prætereq; ſpem(quaſi portus quidã)fuerit obiecta,Quid autẽ tã acerbũ liberæ multitudini:q̃ ſeruit⁹?/Quid tã dulce:quid tã exopta tum:q̃ libertas?Itaq; nõ rebus modo ipſis,ſed vel inanibus harũ rerũ voca bulis/plebis animã queãt ad quidlibet ipęlli: maxime primis his aliquot die bus dum gaudiorũ adhuc velut æſtus quidã impotẽs , oĩa ſurſum ac deor ſum miſcet:dũ lætitiæ temulẽtia,dum gratulandi dulcis quædam ebrietas pectus occupãs,animũ ad cogitandũ inſtituere non ſinit. Verum veſtra iu dices ſingularis ſapiẽtia perſpicacitaſq;,nõ hoc tãtũ ſcrupulo me leuat:ve rum & hanc mihi fidutiã ſuppeditat:vti ſperem futurũ: vt hoc cõtradicen di munus:qđ equidẽ nec inuidentia / nec fauore in Tyrãnidem(ſicut iſte ca lũniabatur)ſed ſolita mea &(vt opinor)nota reip. charitate ſuſcepi: vobis nõ modo nõ inuidioſum:ſed fauorabile plauſibileq; videatur. Etenim poſtq̃ viderẽ manifeſta quadã deorum beneuolentia / poſt diuturnã ac miſerrimã illam ſeruitutẽ,toties reip.votis expętitã libertatẽ aliquãdo cõtigiſſe: nihil prius curandũ nobis eſſe iudicaui q̃ vt gratos nos exhiberemꝰ in eos:a qui bus nobis tã egregia felicitas eſſet profecta : quo videlicet munus ſuũ huic vrbi propriũ perpetuũq; facere vellent:& cõſtabilire:tueriq;:qđ largiri nõ eſſent grauati. Meminiſſemq; iiſdẽ in manu eẽ: vt eripęrẽt ĩgratis: qđ optã tibus dediſſent. Sunt autẽ:vel primæ gratitudinis partes:intelligere vide licet:cui beneficium acceptũ ferre debeas . Et hac vna ratione mortales di uinæ beneficẽtiæ gratiã referre poſſumus:ſi beneficiũ acceptũ agnoſcamꝰ: ſi celebremus:ſi ad illos authores referamus. Neq; mihi cõmittẽdũ putaui: vt dum nimium candidi in ciuem eſſe volumꝰ:in deos ingrati impiiq; repe riamur. Neq; eñ iſthoc nomine nũc perinde laborat: ne hoc præmii pereat ærario: & huius lucris accreſcat(q̃q̃ id quoq; longa iam Tyrãnide exhau ſtius eſt: q̃ vt inde temere dari præmia cõueniat immerẽtibus). Illud agit: ne dii immortales qui huiꝰ male cõſulta, nobis verterunt bene: hoc tãtum munus a nobis tãq̃ ingratis repoſcãt. Si qđ ipſis ſolis debeꝝ honoris:laudis: gratiæ:id illis fraudatis,in hominẽ contulerimus. At quẽ hominẽ obſecroꝰ

Nempe, qui quũ priuatus cõtra leges iuuenẽ occiderit: atq; hac temeritate ſua reſtitutæ libertatis periculoſam occaſionẽ modo prębuerit: idq; adeo imprudẽs (vti mox docebimus): non verętur pulcherrimũ Tyrãnicidę titulũ diis eripere: ſibi arrogare: reip. diem dicere: ac leges ipſas in ius vocare: ciuitatẽ ingratitudinis ream agere: niſi ſibi totã hãc felicitatẽ ferat acceptam. Nullũ qdẽ iudices facin⁹ ſpecioſius Tyrãnicidio: nullũ diis dignius: verum hoc impudẽtior: qui ſibi laudẽ tã eximiã vſurpat immeritus. Nullũ præmiũ honeſtius illuſtriuſq; : q̃ qđ Tyrãnicidæ debetur. Sed hoc impẽſius accuratiuſq; ſpectãdũ: ne temere decernatur indigno. Permulta ſiquidẽ, pmulta ad id requirunt: vt hoc tã egregio titulo, vt hoc tã diuino præmio, dignus quis eſſe videatur: quorum nihil in hũc cõpetere, paulopoſt euincemus. Proinde quũ nõ tolerãdæ improbitatis mihi videatur: qui legibus / tũ homicidii / tum temeritatis pœnas debeat: eum a legibus pręmium omniũ maximũ petere: petere dixi: imo flagitare: & ita flagitare: vt etiam ſi vnũ ex huius arbitrio dependerint: tamẽ multa inſuper iſti creditori ſunt debituræ. Quæ cũcta quũ poſtulare iure potuiſſet: maluit tñ homo verecũd⁹: vni co pſoluto relíqua ſibi deberi: vt haberet nimirũ qđ obnoxię reip. quoties libido ſit, poſſit improperare. Tum illud vtrũ riſu potius, an odio dignũ exiſtimẽ: q̃ in tribunali b⁹: q̃ apud ornatiſſimũ ſeueriſſimorũ iudicũ conceſſum: Thraſonẽ quẽdã nobis e comœdia retulit! Sẽſiſtis iudices vt e corona plærique riſum tenere nequierint: dũ perſonatus iſte Hercules tragœdiã illã ſuã nobis recitabat: de ſeſe terq; quaterq; Tyrãnicida: de ſapiente illo gladio cõmilitone ſuo: qui p ſe prudens ſenẽ interemit: digno videlicet, q̃ inter ſydera collocetur: domino in deorum numerũ relato. Dii boni quib⁹ phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis ſuũ ornauit: iactauit: exaggerauit! q̃ militari iactãtia: q̃ Stentorea voce: q̃ faſtuoſo vultu: q̃ arrogantibus ſupercilíis: q̃ ſtupidis oculis: ſuũ ipſe vobis encomium detonabat! Quæſo iudices vt etiã nunc hominis vultũ diligẽter attẽdatis: nõne vobis minitari videtur! nonne dicere! ni mihi præmiũ decreueritis: haud feretis impune: incolumi diumo illo meo ac fortiſſimo gladio: qui vel ſine me meas vices vbi lubebit, acturus eſt. Quis tandẽ iſtam ferat iactãtiam: vel in eo qui vere Tyrãnum occidiſſet! Hęc quoq; me cauſa iudices (neq; enim inficiandum eſt) cõmouit: vt huius obſiſterem petitioni: vel magis vt immoderatã arrogãtiã, vt odioſam huius ĩputationem retũderem. Videbã iam inde ab initio: quũ certatim vniuerſa ciuitas diis libertatis authorib⁹ grataretur: vt hic ſeſe ira tumens in medium ingeſſerit: q̃ indigne tulerit victimas diis ſeruatoribus immolatas. Sibi hunc honorẽ eripi: ſeſe vnicum eſſe reſtitutæ

libertatis authorẽ proclamitabat: leges, aras, focos, oñia publica priuataq;, ſuę dextrę/ſuo magnifico gladio deberi. Agite quid futurum deniq; iudices auguramini: ſi ad huius ītolerabilẽ iactantiã, veſtra authoritas, veſtra com probatio, ſi prẽmium quaſi pignus acceſſerit! Quid: niſi vt Tyrãno ſubmo to, alter qdam huic ciuitati paretur: q ventoſę linguę glorięq; quaſi Tyran nidẽ quandã exerceat! Qui quotidie nobis odioſam iſtã ſuã Tragœdiam i= gerat: quotidie dextrã iſtam herculanã, & gladiũ prodigioſum minitetur! Vtrũ eſt hoc iudices Tyrãnide liberari: an mutare Tyrannũ! Videtis ipſi q̃ minaci fronte me iã obtueatur. Quid mihi ſuccẽſes! Quid minitaris ocu lis! Quid terres ſupcilio! An mihi non licebit libertate ī contradicẽdo (tuo ſcilicet munere) vti, quum tu ſic abutare! q̃ liberũ tibi putaris (id qđ etiam in proſcænio leges fieri vetãt) crimẽ tam atrox, tam capitale ī ciuem ĩpige= re, tãtum qa lubuit: idq; apud iudices iuratos, ī tam frequẽti ciuiũ corona: qđ nequeas vel leuiſſimo confirmare argumẽto. Siqdẽ q̃ reliqua glorioſe: tã illud ĩpudenter dicebas: mihi nullã fuiſſe cauſam: quare tibi contradicendi partes ſuſciperẽ: niſi quo Tyranni necẽ quæ me diſcruciaret ſcilicet, vlciſce rer. Quo quidem tuo exemplo ſi viciſſim ī te liberet vti, mox ītelligeres q̃ atrocia, quãto probabilius ī te poſſint retorqueri. Nam tuum iſtud, tam ī= uidioſum (quẽadmodũ tu qdem exiſtimabas) conuitium/me longe minus etiã territabat q̃ (qđ vulgo dicunt) ex pelui reddítum fulgur. Eteni prẽter q̃ q; neq; affinitas, neq; cognatio, neq; neceſſitudo, neq; emolumẽtum, neq; prorſus alia res vlla mihi cũ Tyranno ĩterceſſit: quur mea referret illũ vi= uere, ſine qbus rebus nullam ī quẽq̃ criminis hęrere ſuſpitionẽ, tu quoq; ſci res: niſi nunq̃ tribunalia vidiſſes: ac niſi hodie deuiũ te lucelli ſpes feciſſet iu reconſultũ! Equidẽ arbitror, meã fidem, ītegritatẽ, pietatẽ, totãq; meã vitã ſic huic reipub. ſpectatã eſſe: vt iſto crimine tibi potius ĩprobitatis odium, q̃ mihi ſuſpitionẽ vllam conciliaris. Vides q̃ multis adductus ſim cauſis vt ti bi obſiſterẽ. Deniq; (ſi ſcire vis) bona ciuium pars id a me enixiſſime flagita uit, vt ſui patrociniũ aduerſum te capeſſerẽ: negantes ſibi videri Tyranni= de liberos ſeſe, niſi te a Tyrãnicidę prẽmio deiicerẽ. Non q; pudeat homini debere hãc felicitatẽ: tametſi id quoq; durum, ei debere q̃ ſic ĩputet. Sed de= bere arroganti, ſane q̃ moleſtũ eſt. at debere/cui non debeas, iſthuc vero/nõ grauiſſimũ modo, verum etiã ſtultiſſimũ. Equidẽ ne lenoni qdem, vel ver= bo refrager, ſi modo is promereatur: ſed obnoxium eſſe tam ĩportuno ĩpu= tatori: tum q̃ nihil iuuerit: id vero bis miſerę eſt: bis ſtultum eſt. Nullus enĩ inſolẽtius exprobrat beneficium: q̃ qui qđ non dedit, id vult dediſſe videri. Sed finge mihi nullã eſſe cauſam quur tibi me opponerẽ, niſi quia ſic animo

lubitū sit meo: pfecto nihil habes qꝺ mihi iure succēseas. Etēm quū apud iu dices tam sanctos agatur: si vere præmiū meruisti, nō tibi honorē eripio: verūetiam vehemēter illustro: quādo nō paulo magnificentius est tyranni cidæ præmiū euicisse/q̄ tulisse. Si. minus, æquus veniā dabis: si boni ciuis fungor officio: si nullo meo emolumēto Remp. debiti præmii reā defendo: si stultitiæ crimen, si imprudentiæ infamiā a ciuitate depello: si nō sino: vt nr̄o oīm periculo hæc vrbs in deos existat ingrata. Postremo si deorum im mortaliū causam ago: quib⁹ honorē debitum tu conaris interuertere. Vel hinc sat liqueat/quāta religione reliquā cām egeris, qui statim ingrediens tam impudenter sis calūniatus. Cōtradicit igitur cōtra Remp. fauet tyrā no. Q̄z q̄ ego illud quoq; liberæ ciuitatis esse iudico/ hoc loco vel tyranno rum causas citra fraudē agere licere. Neq; tamē a vobis postulo iudices: vt vel mihi ꝓsit in causa hoc meū erga Remp. studiū: vel huic obsit tam insolens arrogantia: imo nō deprecor inuidentiæ suspicionem: nō refugio vel atrocissimā illam, quā iste mihi conabatur impīgere, inuidiam: vt tyrāno fauisse videar: nisi certioribus q̄ vt a quoq̄ refelli possint argumentis euinco: nisi demū et aduersario ꝓsuadeo, modo ne tergiferentur, vt q̄maxime ci uiliter quis agat, nullum ei deberi præmiū. Sin exactius/seueriusq;, pœnam etiam ab ipso deberi. Quæ quidē dum q̄ potest breuissime facio/quæso iudi ces vt me attentis animis atq; auribus audiatis. Meministis iudices: vt iste inter dicendū subinde nobis conatus sit ob oculos ponere: id vnum spectare iusserit: quātis malis sublata tyrānide simus leuati. Hoc passim inculcabat: hac re bonam orationis partē occupabat: nihil nos aliud ꝑpendere voluit: nisi qꝺ grauem seruitutem toleraremus: nunc optata libertate frueremur. Nimirū id tantū vos spectare voluit: quod ad hoc iudiciū nihil attinebat. Neq; em̄ hoc in quęstionem venit: q̄ misera sit tyrannis: q̄ optāda libertas. Sed de illo cognoscitis iudices: quū libertas huic vrbi sit restituta: quanta hinc laudis portio huius virtuti debeatur. et an id qđ euentu cū huius fa cto cōiunctū est/idem cū eius merito cōiunctū videri oporteat. Relegā aūt eadem vestigia quibus ipse in cām ingressus est: quod eqdem refellendi ge nus simplicissimū esse puto: sequarq; ꝑtes illas, q̄bus iste rem secuit: id nimi rum agēs: vt quemadmodū ingenioſi cōuiuatores iisdem carnib⁹ alio atq; alio modo coquendis/condiendisq; efficiunt, vti multa opsoniorum genera videātur: ita idem iste nobis ex vnico homicidio multa facit tyrānicidia. Re petam igitur ordine gradus illos quibus iste facinus suum sibi visus est mi rifice attollere: et in quibus idētidem restitabat. Q̄z si me deturbāte/ vel in vno quolibet consistere poterit, tum ipse sese victorem pronuntiet licebit.

Lucianice respondens

Quot tyrannicidia, inquit, quot præmia! Primũ ꝙ volui: deinde ꝙ conat⁹ sum. Tum aũt ꝙ filium occidi plusq̃ tyrãnũ. Postremo ꝙ pater ob mortem hui⁹ sibi necem cõsciuit. Principio qđ voluit iudices/quis nõ leuius esse vi deat: q̃ vt sit refellendũ! nisi ꝙ iste tanta voce intonabat: toties inculcabat: ꝙ tyrannũ voluisset occidere: atq; id (vt nihil iam accederet) tamen præ= mio dignum asseuerabat. Quid autem tam ridiculum: q̃ nudæ voluntatis præmium a lege flagitare! quæ adeo nihil ad se pertinere putat/quid velint aut in animo statuãt homines: vt neq; pœnam irrogent, siquid velis modo perperam: neq; præmiũ ostendant, siquid officiose velis: verũ id vnũquẽq; voluisse interpretatur: quod nulla vi coactus effecerit. Ergo ne, inquies, nõ magna facti pars est voluisse: quod qdem arduis in rebus vel solum suffice= re solet! Recte sane. Sed apud deos modo: quippe quibus solis perspicuũ est quid nolis aut velis: ab his præmiũ expectandum, siquid præclarum animo cõceperis. Lex hominum vices agit: et quid in obscuris illis sinuosi cordis specubus mortales agitent, adeo sua referre nihil putat: vt (non dicam) ab dita aut suspiciosa, sed ne ea quidem admittat, quæ populari sunt opinione famaq; iactata. Postremo vt nõ nisi comperta recipiat: non audiat nisi quæ sunt certissimis argumentis deprehensa/ꝓbata/euicta. Cedo qđ est facinus tã nefariũ: cuius simplex volũtas in crimẽ vnq̃ est vocata! Ista iudicia Aea= ci/Rhadamantiq; tribunalibus seruant. Hic mihi nõ quid volueris: sed qd feceris/adferto. Q; si nulla lex vlli flagitio suppliciũ minat: quod in aĩo sta= tueris: quæ tandẽ est impudentia: ꝓ merito qđ prẽstare volueris duntaxat perinde quasi præstiteris a lege præmiũ postulare! Quæ quidem quum ad id vnum sit cõparata: vt maleficia vel deterreat/vel coerceat: multoq; ma= gis ad eius partes pertineat: nocentibus erogare pœnam: q̃ bene merenti= bus largiri prẽmia (id qđ mox copiosius demõstrabimus) posteaq̃ in crimi nibus non accipit insimulationẽ meræ voluntatis: quẽso te in petendis præ miis ostentationem voluntatis admittet! Quis autem est ciuium vel quã= tumlibet ignauus: qui nõ velit tyrannum occidere: si tuto liceat! Quis non vel leno/saltem emolumenti causa velit! Deniq; quis nõ facile simulare pos sit voluisse se: videlicet quo præmiũ gratis auferat! Vis itaq; dicã/quãtum hoc totũ habeat momẽti/voluisse occidere! Nẽpe pinde est: q̃si te somniaris occidisse. Par pari pẽsari cõuenit. Qui ꝓstitit beneficiũ: ei lex beneficiũ repẽ dit: at q bene voluit tantũ: ei qd debet: nisi vt vicissim bene velit Resp! Inũc et hoc in gradu nos iube cõsistere. Rẽ tã eximiã, inqs, aĩo versaui/statui/de= creui: an præmiũ negabitis! Nõ fraudaberis præmio: si isthoc noĩe postules verũ illud interim prẽmii feres: velut hõ nimiũ ꝓfictæ frõtis/irrisus/explo

fus/exibilatus discedes:quem nõ puduerit id a lege postulare: quod ne leno quidem ausit a quoq̃ petere:vt rem ꝑ voluntate auferat:nemo tam vecors q̃ concedat:vt voluntatẽ nescio quã,hoc est minus q̃ verba,pretio redimat. At nõ volui tantũ inquis:verũ et periclitatus sum:ascendi:submoui satellites.Primũ isthuc tu qdẽ cõsulte facis:q̃ de gradu illo desilisti:in quo nimis ꝑfecto incõmode stabas: q̃q̃ ne in hoc qdem multo cõmodi⁹ cõstiteris. Nã etiam si paulo minus absurdum videatur:haud ita multo minus impudẽs tamen est:quum lex palam præmium decernat ei, qui factum prẽstiterit:te q̃ conatus modo sis/præmiũ poscere. Ergo ne hoc quidem iuris erit apud te legib⁹: qđ per illas est ciui priuato cum ciue priuato! Age quid siquis ciuium tecũ iniisset contractum:ita vt ille pecuniam stipulatus, tu conditionem pactus esses:mirum ni suo vterq̃ periculo:atq̃ is nondũ præstita conditione/numnos his verbis abs te petat. Cedo mercedem:conatus sum/tẽ taui/adnisus sum:an nõ ꝑtinus impudenti homini respondebis:cedo conditionem! Nã de tuo conatu quid mea refert! quãdoquidem effectũ abs te pactus sum/nõ conatum.Puta totidem verbis tibi nunc respondere legem. Agnosco contractum:non muto pacta:debeo præmium : sed si tu conditionem prẽstitisti:si tyrannum occidisti. Verbis aut obligantur/ aut absoluuntur homines.Si conato pollicita sum præmium, nõ grauabor dare : sin ei q̃ facinus peregisset,quod tandem ius est te ferre quod es stipulatus : me non ferre quod sum pacta! In priuatis ac minutis cõtractibus nemo tam improbus inuenitur:vt lucrũ conditione promissum postulet,non prẽstita conditione : nemo tam stult⁹ vt det/siquis postulet:et tu a Republica maximum omnium præmium postulas:q̃ conatus modo sis! Nihil mihi nisi nugas adfers:donec illud vnũ audiã:qđ te prẽstare oportebat. Volui,inquis,ascendi perrupi custodias: submoui satellites: quãtulum iam est illud quod supest! Quid adhuc desyderas! Nempe nihil in te desydero præter illud: cui soli debebatur præmium. An nondum intellexisti/in istiusmodi contractibus duplex esse periculum: quorum alterum ad hunc tantũ : alterum ad illum proprie pertineat:videlicet persoluendæ mercedis,et prẽstandæ conditionis. Ego meo periculo præmii dependendi onus recipio : neq̃ tua referre putas : neq̃ refert q̃ angusta mihi res : vnde corradendum/quod debeam pretium. Tu itidem conditionem tuo suscipis periculo:neq̃ mea quicq̃ interest:quo sudore: quo periculo sit ea tibi prẽstanda. Totam istam curam, totum hoc negotiũ tibi relinquo. Q2 si ego iam præstita abs te conditione/ cõmemorẽ tibi/si agris meis male ꝑueniisse segetes:merces naufragio piisse: nihil auelli a malis debitorib⁹:nõ sine graui dispẽdio cõflari posse pecuniã:

quã tibi debeã.dic obſecro:nõne nugas agere me dices: negans horũ quicq̃ ad te pertinere! Hoc vno modo poſſe ſatiſfieri tibi: ſi pecunia numeretur. Neq; quiſq̃ eſt iudex tã iniquus:quin te tuo vti iure fateatur. Et mihi pulchre ſatiſfactũ exiſtimas:ſi tu mihi tragœdiã adferas: quãtũ adieris periculi:quantũ ſudorũ,quantũ vigiliarũ exhauſeris: dũ ſtudes pſtare cõditionẽ! Res eſt (mihi crede)calumnioſior ſcrupuloſiorq; q̃ vt legibus tã occupatis conueniat:alienã expẽdere voluntatẽ: alienos pẽſiculari conatus: quorum ſuos quiſq; nimio ſolet aſtimare:non ſuos difficile eſt adamuſſim perpẽdere. At facti, facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionẽ cadit: hunc relíqua illa cõſueuit metiri. Tametſi nõ piget interdũ æqui boniq; rationẽ habere. Verũ in his litibus,quæ de vetere illa formula pendẽt, inter bonos bene agier oportet:at in contractibus,quę neq; vi neq; dolo coierunt: quid eſt quod a præſcripto recreatur: niſi quis velit omnino a pactis diſcedere! Quid vis! Circũſpice:& ſi potes vſq̃ inuenire exẽplum: non nego præmiũ. Sæpenumero in pugilũ Olympicis: ſæpe in certamine ſpectator (opinor) ſediſti. Cedo:nũ quãdo vidiſti quẽq̃ tã impudẽtẽ:qui palmã ſibi hoc nomine vẽdicaret:q; ſtrenue certaſſet! Non arbitror:atq; id in re pene ludicra: certe ad voluptatẽ cõparata. Et tu in tã ſerio omniũq; ſplendidiſſimo negotio,id tibi poſtulas, qđ in ſcænicis illis pudeat vel impudẽtiſſimum tẽtare! Age quoties & illud vidiſti euenire:vt qui ſeſe fortiſſime doctiſſimeq; geſſiſſet ĩ curſu:is a pmio lõgiſſime abeſſet:& ignauiſſimo faueret euẽtus! Habeat ille ſane:qđ cauſetur:excidiſſe habenas: conſternatũ equũ:fractam rotam:iactet ſe vel arte vel viribus tanto præcellentiorẽ:quãto Therſite pſtitit Achilles,niſi metã prior attigerit: profecto poſtulãdi pmii ius nullũ habebit: fortunam ſuã incuſare licebit. Cæterũ Agonothetæ nõ indignabit: propterea q; hoc animo in certamen deſcẽderit: vt eius vteretur conditione.id ẽ ita demũ pręmiũ ferret:ſi virtuti fortuna fauẽte,viciſſet. Alioqui ſi conatui non tãtũ effectui præmiũ deberetur:tot palmis eſſet opus:quot in Olympicũ certamen veniſſent. Q;q̃ in huiuſmodi ludis qui ſolẽnitatis voluptatiſq; gratia proponũtur,fit interdũ:vt victis quoq; pręmia ſtatuãtur nõ honoris ſed ſolatii gratia:verũ ſeriis in rebus atq; adeo periculoſis,quæ nã obſecro lex vnq̃ mercedẽ ſtatuit:niſi ſi quis facinus peregiſſet:& ita peregiſſet:vt omnis numeros implerit! A quo tu quantũ abſis:mox audies: nã nunc de conatu tantũ agimus. Lex igitur ciuicã promittit coronã: ei qui ciuẽ in bello ſeruarit. Quis vnq̃ ad hunc honorẽ vel aſpirauit:q; ſe telis obiecerit:q; non ſine multis vulneribus diſceſſerit! Profecto niſi ciue ſeruato:nemo ciuicã petit. Quis vnq̃ his verbis muralem petiit! Acriter contẽdi iu-

dices: vt mœnia superarẽ. Omnia feci: sed depulsus sum. Quãtumlibet enisus sit: nisi conscenso muro/nemo tã inuerecũdus, vt muralem coronã sibi deberi dicat. Obsidionalem nemo flagitat: nisi depulsa obsidione. Postremo nullus honos petitur: nisi ab eo q̃ id effecerit: ad quod honor inuitat. Qui nauim in tempestate desertã ad littus pduxerit, huic ex lege vendicatio est earũ rerũ: quæ naui vehebant. Quorsum attinet hic tuã iactare peritiam/sudores/pericula/conatus? Nihil nõ feceris: quo nauẽ in tutũ reduceres: sed victus tẽpestate deseruisti: audebis q̃cq̃ ex his quæ sunt in naui tibi vẽdicare? Aut si ausis, futurũ speras, vt q̃sq̃ te vel pilũ sinat attingere? Nõ opinor. Si q̃s vnq̃ ouationẽ/supplicationẽ/triũphũ obtinuit: q̃ ad victoriã omnib⁹ vernis esset enisus: q̃ gnauiter se gesserit in bello: nisi supior discesserit: nisi præscriptũ a lege numerũ hostiũ fuderit: aude et tu tibi præmiũ pmittere q̃ tyrãnicidiũ sis aggressus. Qđ si nemini hoĩm memoria cõtigit, desine tibi noua spe blãdiri: desine inaudito exẽplo postulare: qđ sperare sit improbissimũ: dare postulanti stultissimũ. Noli nobis cõmemorare/quanto capitis periculo murũ arcis conscenderis: qua virtute satellitiũ Tyrannicũ perruperis: alios depuleris: alios occideris: quorũ maximã partem tibi liberũ est fingere. Ad obtinendũ tyrannicidæ præmiũ duobus dũtaxat verbis est opus: Tyrannũ occidi. Quãtũvis conatũ exaggeres/alleues/attollas, nõ nisi Tyrannicidæ debetur præmium. Alioqui/q̃d dices si eodem illo die quo tu arcẽ conscendisti/pmulti pariter aggressi/sua quisq̃ virtute freti: quorum nemo tamen tyrannũ interemisset: vtrum omnes Tyrãnicidæ præmio potientur ex æquo: nẽpe quia conati? Age q̃d si multis strenue rem aggressis, vni cuipiã qui sit omniũ ignauissimus (vt nõ semper virtuti respõdet fortuna) eum contingat interficere: an nõ præteritis reliquis hic vnus honorem auferet? Quamobrẽ tandẽ? Non quia plus adierit periculi: sed quoniã id confecit: cui lex honorem decreuit. Hic tu fortasse rursus incipies deplorare frustra sumptam operã: negabis æquũ esse virtutis egregios conatus merito fraudari præmio: nisi fortunæ suffragio adiuuentur. Sed quæ tandem potest esse iniqua cõditio: quã nemo cõpellitur accipere: nisi cui cordi sit? Quantũlibet iniqua conditio p̃ponitur: eam nimirũ facit æquissimam quisquis suapte sponte recipit. In aleæ ludo (si fas est hoc exemplũ cõferre) quid iniquius, q̃ vel summũ artificem ab imperitissimo supari: si modo iactus cõmode cadat? Atq̃ id adeo nemo tanq̃ iniquũ causatur/propterea q̃ cui lusus huius lex non probatur: ei liberũ erat non suscipere. Itaq̃ lex quid præstari velit, id palam atq̃ in medio p̃ponit. Quid abs te præstari possit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mauult: q̃ vt res q̃optime cadat: q̃

Lucianice respondens

si posteaq̃ nihil iã intentatũ reliqueris:quo minus effeceris/p fortunã stetit intelligis opinor nihil habere te/qđ legi succẽseas.Fortunã,si ita lubet,ĩ ius voca:cũ lege nihil tibi rei.Quæ vt nihil ꝓmittit:ita nihil debet: nisi ꝓstãti. Neq; vero existimemus iudices istud a maioribus q hanc legẽ tulerũt/ sine summa rõne fuisse factũ:vt conato ꝓmiũ nõ esse statuendũ putarint. Vide licet illud cauerũt:nõ tantũ ne ancipites istas et inexplicabiles hmõi de conatu lites inuitarent:verũ etiã ꝙ intelligerent tyrãnicidii conatũ nõ posse nisi summo ciuitatis piculo suscipi.Vnde futurũ prospiciebant:vt si conatui præmiũ statuissent,temeritate conantiũ Resp.subuertereť potius q̃ restitueretur.Etem̃ tyrãnis qd aliud est,q̃ graue/capitaleq; ciuitatis hulcus? Huic siqs medeať,ei merces digna ꝓposita est: quã ita demũ ferat: si remediũ pręsentaneũ attulerit.Verũ huic malo neminẽ oportet admoliri manũ nisi certũ artificem:q sua diligentia/peritiaq; frętus, nõ sinat hoc licere fortunæ:vt dũ ipse salutẽ dare conatur:illa vitã penit⁹ eripiat.Quid:vtrũ tu igitur in eiusmodi discrimine/conatum præmio iudicas inuitandũ esse:an potius pœna deterrendũ:nisi qđ conatus est q̃spiam idem præstiterit?Nec illud te subleuat:quod mihi videbare ratiocinando colligere:quũ lex in maleficiis pœnã irroget simplici sceleris molitioni:par esse,vt multo magis in benefactis conatus habeat rationẽ. Nã oportere legem multo ꝓpensiorẽ videri ad compẽsandã virtutẽ,q̃ ad retaliandã culpam. Atq; vide q̃ hic tota erras via.Principio nõ animaduertis hoc tyrannicidii facinus toto genere a reliquis discedere:ꝓptereą ꝙ aliorũ molitio cum priuato molientis periculo modo coniuncta est:huius cũ publico Reip.discrimine copulata:vt temere moliri tyrannicidiũ nihil aliud sit,q̃ temeritate priuata rem oĩm prodere.Deinde lex nec in quouis crimine/ nec qualemcũq; conatũ in quæstionem venire sinit:verum in paucis duntaxat:quæ vel propter insignẽ atrocitatem hoc odii merentur:vel eiusmodi sunt:vt prius exitium adferant:q̃ conatus dent significationem.Quod genus/parricidiũ/veneficium/ꝓditio. Postremo nõ vides nihil esse simile/totaq; natura/rationeq; discrepare: pœnæ legitimã irrogationem/et honoris largitionem. Nam alterum quidem proprie legũ munus:alterũ quasi quædam de iure concessio/legisq; candor (vt ita dixerim) quidam est.Hoc ita habere sic demum intelliges: si reputes/q̃ multa sint quæ lex iubeat addita pœna ni pareas:q̃ multa item vetet: nisi obtemperaris/suppliciũ minitãs.Cõtra:vix vnũ atq; alterũ esse,ad quę præmio sollicitet.Quædã enim eiusmodi sunt:vt durũ ac seruile videatur ad ea metu mali adigi.quo de genere sunt:vxorẽ ducere: opam dare liberis Hic lex nimirũ vrbanius ac verecũdius tecũ agit:patris nõ mgratus sumit

habitum: pretio ad id inuitat: quod alioqui gratuito te præstare decebat. Rursus alia tãetsi id genus sunt: vt a quouis nõ improbo ciue præstari velle oporteat: tamẽ et fortiora videntur q̃ vt a multis præstari queãt: et periculosiora q̃ vt multi velint suscipere. Nã inhumanũ videtur cuiq̃ vitæ suæ contemptũ imperare. Ad hæc igit̃ præmio animat: quasiꝙ calcar addit virtuti. Proinde nõ oportet hãc legũ indulgentiã lõgius trahere: q̃ ad quæ semet ipa astringit. Nec mirãdũ est: si attẽtior, si vigilãtior, si exactior est in ꝓprio/naturaliꝙ munere suo: q̃ in eo in quo ꝓ tpis rõne in alienas partes descẽdit. Huic astipulat̃ illud ꝙ nouis etiã criminibus exemplũ aut nouum noua lege solet instituí: aut a simili lege mutuo sumi. Neꝙ tamen idẽ fieri consueuit: siquis quid noui facinoris cum laude patrauit: vt præmiũ a cõsimili cõstitutione decernatur: nisi lex extet, quæ nominatim honorẽ statuat eius facto: qd̃ roget, vix habebit: qd̃ postulet, haud quaq̃. Quur em̃ legi necesse sit passim ciuiũ suorũ officiũ mercede redimere! quãdoquidẽ ne sit impunita improbitas/id publicitus oim refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autẽ est quod non vel gratus patriæ debeat ciuis! cui si vel animã impenderis: quid mirandum: si qd̃ accepas/id restituis! Vt supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officiũ persoluas: nõ præmiũ ilico tibi debeatur, si psoluas. Itidẽ: siquid in leges cõmittas/ nõ potes effugere supplicium: at nõ statim illæ tibi præmium debituræ sint: siquid cum officio feceris. Nam si ciues omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset vllis legibus: quippe quæ non ad bonos mores comparatæ: sed malis e moribus natæ sunt: id quod vere vulgo dictitant: ac pharmaci vice fungantur. Finge itaq̃ nullas esse leges: quemadmodũ de aureo Saturni sæculo fabulantur Poetæ: suo quenq̃ sponte fungi officio: an tu hic clamabis perire benefacta: ꝙ nulla lex præmiũ decernat! Vti lex nõ minatur nisi improbis: ita nõ pollicetur optimis ciuibus. Quorsum em̃ opus promisso: quũ virtus absoluta abunde seipa contenta sit! Proinde petere qd̃ illa nõ sit pollicita/ꝑfecto plus q̃ impudẽtissimũ est, improbe flagitare quod ea cãdide/ ciuiliterq̃ ꝓmiserit/ciuis est ꝓbitatis non satis spectatæ. Tu quid merueris/paulo post excutietur: interim finge sane præcipuam quandã vtilitatem attulisse: cui tamen ex lege præmium nõ debeatur. Vtrum protinus clamitabis infrugiferum fuisse officium: ciuitatem in ius vocabis: plebem ingratã vociferabere: minitabere iudicib⁹, nisi tibi mercedẽ ex animi tui sentẽtia decernãt! An potius ipam virtutẽ abũde magnũ sui præmiũ iudicabis! oblectabis te cõscientia recti: hunc esse maximũ fructũ officii duces: ꝙ de aliis citra tuũ emolumentũ benemerẽdo ad deoꝝ benignitatẽ videaris accedere! Nimirũ

hæc tibi futura ſunt ſatis: ſi modo ciuis ſis optimus. Q2 ſi nõ cõtẽtus iſtis: aliud adhuc neſcio qđ prẹmiũ deſyderes: certe maximo ꝓximũ eſt gloria. Hoc tu iam propemodũ tuliſti. quãto metiris pretio: volitare per ora mortalium/celebrari/laudari/digitis notari mille/ oculos omniũ in te coniectos circũferre! Iſta (inquã) vel maxima præmii pars. nã pecunia ſane q̃ exiguũ momentũ adfert. Tu conatus dũtaxat es. permagna portio, vel caput potiꝰ ipſum, tuo deeſt facinori. At quũ interim his rebus frueris: dum nõ occiſo Tyranno, tamen velut Tyrannicida celebraris: quæſo te quãtula pars abeſt a tuo præmio: qđ laturus eras: etiã ſi Tyrannũ occidiſſes! Poſtremo iſthuc ipſum præmiũ pene dixerim inuidẽdum mihi videtur: ꝙ iam tibi licuit toties reip. Tyrannicidiũ imputare: ꝙ in celebri iudicio tibi cõtigit honeſtiſſimũ præmiũ flagitare: & in tam frequẽti theatro ſpectãte rep. magnificam iſtam tuã tragœdiã peragere. Mihi videtur iudices beneficii tuliſſe gratiã: quiſquis exprobrare beneficiũ potuit. Tu fortunæ, tu deorũ munus imputas ciuitati: & ſunt fortaſſis qui tibi libertatẽ accẽptã ferant. An hæc tanta præmia contemnis! quæ vel vero Tyrannicidę ſufficere debuerant: niſi lex maluiſſet prẹmio conatũ ab effectu diſtinguere. Qz̃q̃ nullum me hercle p̃miũ magis congruit ei qui Tyrannũ conatus ſit occidere, nec occiderit, q̃ vt illi cõtingat Tyrannicidę præmiũ ſperare, nec ferre tamẽ. Hiccine erat ille gradus in quo nos tecũ cõmorari iubeas! Qz̃q̃ hoc nomine tuus conatꝰ minus promeretur præmiũ: ꝙ aliorũ ꝓpoſito fortuna modo defuit: tibi volũtas: vt ais. Effeciſti qđ voluiſti. id qđ erat neceſſe, nec feciſti/nec voluiſti. Sed iãdudũ alium gradũ (vt video) circũſpectas: in quẽ te recipias. Nã in hoc q̃ citra omnẽ præmii ſpem cõſiſtas, intelligis. Age: ſequemur te per oĩa et aliunde alio fugitantẽ perſequemur: nec vſq̃ ſinemus cõſiſtere. Atqui nõ tantum aggreſſus ſum inquis: verũ etiam occidi: nempe filium. atꝙ id facinus in duo ſecas Tyrannicidia: & ꝙ filium ſuſtuleris pluſq̃ Tyrannũ: tum Tyrãnidis ſucceſſorẽ: & ꝙ parenti, necato filio, mortis cauſam miniſtraris. De illo mox: nũc hoc cuiuſmodi ſit inſpiciamus. Parẽtem ais abs te/iugulato filio/eadem occiſum opera. Negas enim referre: qua via peremeris: modo ſuſtuleris, imo ſplendidius iſtuc videri vis: ꝙ tuo quidẽ enſe: verũ ipſius dextera ſit interemptus. Hæc tã honeſta iudices oratio poſſit parum attẽtũ fallere: præſertim hoc rẽ fucis illis ſuis & phaleris vẽditãte: dũ nobis ob oculos ponit: validũ illũ, florẽtẽq̃ iuuenẽ: ſic patri adamatũ: crebris vulneribus confoſſum: parẽtẽ ſenẽ miſerũ, illi circũfuſum, eodẽ exanimatũ enſe: ſanguinem vtriuſq̃ inter ſe cõfuſum. Iſta quidem dictu ſplendida: ſed quid ad tuam cauſam attinent! Nemo tam cæcus: qui non videat: nemo tam

effrons qui neget: spectaculũ illud multo omniũ iucundissimũ extitisse ciui tati: quũ senẽ Tyrannũ iuueni videret incumbentẽ: exanimem exanimi: & in altero gauderet sese leuatum malis præteritis: in altero futurorũ metu. Hæc quũ p se maxima: quũ reip. sint gratissima: quid attinet verbis exaggerare! Illud vnũ in hoc iudicio vertitur: vtrum tibi acceptũ ferri oporteat, q̃ pater sine controuersia Tyrannus occisus est: an fortunæ superũq̃ dexteritati. Q̃ enim tuo gladio peremptus est: id vero q̃ est futile nihiliq̃. Quid si tuo gladio ab eo qui eum vtẽdum abs te rogasset, Tyrãnus esset necatus num tu protinus Tyrannicidæ præmiũ petitum venires! Lex occisori pollicetur honorẽ: tu eũ iugulasti: de quo certe controuersum esse poterat: Tyranni nomine cẽsendus esset, necne: eum de quo nihil erat dubitationis reliquisti. Si prudẽs: prudẽs excidisti a prẽmio: sin metu, multo minus etiã causæ est postulandi muneris: verũ illud tute vehemẽter vrgebas: vti prudens volensq̃ reliquisse viderere. Sed qđ tandẽ erat istud tuũ consiliũ: quum tibi sic in manu esset non toto metu liberare rẽp. sed vltorẽ tui facinoris & verũ certũq̃ Tyrannũ relinquere! intelligebas (vt ais) omne negotiũ confectũ extincto iuuene: propterea q̃ modis omnibus futurũ prẽscires: vt senex illico sibimet eodẽ gladio necẽ conscisceret. Videte iudices in manifestissimo mendacio qua rima conatur elabi. nisi diuinandi sciẽtiam cõmẽtus fuisset: nõ poterat hinc explicare sese. Si quidẽ hẽc vel augur, vel haruspex, vel vates diceres: fortasse nonnullos inuenires qui ista prædicanti fidẽ essent habituri. Nũc quid impudẽtius! quid vanius! quid veri dissimilius! q̃ asseuerare: id certũ prẽsciisse te: qđ tale sit, vt quiuis alius exitus potius fuerit expectandus! An coniecturis es assequutus: id euenturũ qđ euenit! At quid aliud effici coniecturis poterat: nisi vt vel sperares, vel suspicarere! Porro in re tã ancipiti, quæ dementia erat spem incertã sequi: discrimen certũ negligere! Sed audiamus obsecro: certas illas cõiecturas: quibus hic noster vates præsensit inopinatum omnibus exitũ. Iam ætate fessus erat inquis: iam viribus defectus: nec obtineri iam autumabat posse Tyrãnidẽ: adẽpto filio. Tum indulgẽtius amabat: q̃ vt filio vellet esse superstes. Nonne sentis hæc adeo nõ esse naturæ rerũ cõsentanea: vt iam oĩbus videantur esse cõfutata: vel priusq̃ refellantur! Vtrũ seni mẽtẽ vllã fuisse putas: an nõ putas! Si nõ putas: fieri potuit vt illi tutum videretur: qđ neutiq̃ erat tutũ: atq̃ ita protinus toto falleris augurio. Sin putas sapuisse: cur erat, q̃ vsq̃ adeo diffiderat! Quasi vero Tyrãnus viribus dũtaxat vnius hominis, ac nõ multo magis ingenio/versutia/calliditate/largitione/crudelitateq̃ cõtineatur: quæ omnia si magis in senem q̃ in adolescentẽ cõpetunt: cur tu in diuersum tor-

ques augurium! An non illa ætas vsu rerum callẽtior est! an nõ altius dis-
simulat! an nõ cauet diligẽtius! an nõ prospicit oculatius! irascitur impla
cabilius! tenacius iniuriæ meminit! meliusq; in longinquũ cõsulit! His so
lis rebus imperium Tyrannicũ administratur. In militię duce, quantulũ est
illud momẽtum: qđ corporis vires adferunt! at in Tyrãnide pfecto multo
minus. Cur magis illum terreret ademptus filius: q̃ extinctus satelles quis
piam audacior! quũ arx supereſſet, approbe munita: supessent opes, arma,
satellitũ ingens agmen, tot in ciuitate factiosi, potẽtesq; qui non solũ Tyrã-
ni partes adiuuabant: verũ etiã Tyrannos agebãt. Quos equidẽ spero nũc
nobis non esse metuẽdos (nolim enim infausta ominari) at ita tamẽ ne ni-
miũ secure negligãtur. Vsqadeo ne senem cruda viridiq; (qđ oẽs norũt)
senecta/callidũ/animosum/ambitiosum/non stultũ/ vna filii mors consterna
uit, vt rebus desperatis protinus e vita sibi migrandũ duxerit! Præsertim
quũ ille patris dominatũ nihilo reddiderit tutiorẽ: sed multo inuidiosiorẽ:
idq; ob libidinẽ, atq; ætatis insolẽtiam, temeritatẽq;: adeo vt expedierit ppe
modum illi ad stabiliẽdam Tyrannidẽ filium e medio tolli. Etenim quo p-
pius ad iusti regni speciẽ accesserit Tyrannis: hoc minus est inuidiæ obno-
xia, magisq; tuta. Iuuenis ille solum hoc augebat: qđ maxime Tyrannos so-
let euertere. Vera illa Tyrannidis munimẽta in callidi senis pectore erant
collocata: sed tenerius adamabat filium: q̃ vt defuncto posset supereſſe. De
matercula quapiam priuata loqueris: an de viro sene/callido/crudeli/deniq;
Tyranno! Quid ego iudices in eo sermone argumẽtis coarguẽdo sumam
operam: quẽ ipsa natura, quem mos, quẽ cõmunis omniũ sensus repudiat!
Quis vnq̃ isthuc audiuit! Tyrannũ vsqadeo pio in liberos fuisse animo: vt
nõ dicam cõmori voluerit: sed conuiuere cõmode quiuerit! Credite mihi
priuatorũ isti sunt affectus. Tyrãnus neq; qd natura, neq; quid pietas, neq;
omnino quid sit officiũ nouit. Exuit hæc omnia, simul atq; tyrannũ induit.
Omnia cõmodis, omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos amat
(si quos tamẽ ille amat) qui vel deos ipsos odit, quos aut metuit, & tollere
nondũ expedit, aut quorũ opera, ministerioq; ad fulciẽdũ imperiũ indiget.
Q; si vllos ille posset amare, similes certe sui diligeret/ impios/violentos/ra
paces/sceleſtos/ quãdo nihil ad conciliandã charitatẽ efficacius morũ simi
litudine. Atqui ne improbi quidem illi chari sunt: nisi quatenus adiuuant.
Adeo vt pręposterũ vel peruersum potius quẽdam stoicũ Tyrãnus expri-
mat. Neq; enim quisq̃ tam Stoicus fuit: vt æque vacarit omnibus affectib9
atq; tyrãnus. hoc modo illos discernit: q; philosophus honesto metitur sua
consilia: hic cõmodo. An ille vllum pietatis igniculũ in quẽq̃ mortaliũ sen-

tire potuit: qui in patriã, vitæ parentẽ altricẽq; , qui in cœlites omniũ bonorum authores, tam sit impius, vt illã crudelissima opprimat seruitute: horum phana despoliet: iura cõtemnat! Verũ vt largiamur tibi nõnihil, finamusq; te priuatos affectus in Tyrannicũ pectus, hoc est ignẽ in flumen trãsferre: an tandẽ persuadebis illud: vsqadeo indulgẽter illum adamasse filiũ: vsqadeo in eũ omnes vitæ suæ spes/ voluptates/ opesq; semel contulisse: vt illo sublato, ne minimã quidẽ vitæ causam sibi reliquã esse putaret! Repete: non dicã ex hac ciuitate: verũ ex vniuerso mortalium genere: non ex hoc sęculo sed ab orbe condito, & ab ipso (si vis) Promethei simulachro. Quotus quisq; fuit pater, quota quęq; matercula, quæ ob liberorũ necem sibi fatum accersiuerit! Naturalis hic dolor, & quẽ nemo fere non modeste ferat. Priuatis parentibus vel indulgẽtissimis, muliercularũ intẽperatissimis affectibus mediocris luctus sufficit: Tyranni in filium charitati nõ nisi solã mortem satisfacturã esse tu Lynceu ꝓuidebas! Age hoc quoq; tibi donamus: vicerit homo Tyrãnus priuatorũ in liberos pietatẽ: vicerit indulgẽtia matercula omnis: qui tibi cõpertũ esse potuit, vtro se dolor paternus inclinaret! In rabiem, an in desperationẽ! Quo diligebat impotẽtius: hoc erat probabilius vt senex natura ferus, ciuibus infensus, vel maxime vellet esse superstes: vel ob id deniq;, quo veterẽ illam iram, nũc filii nece acerrime exasperatam, irritatãq; reip. suppliciis saturaret. Q2 si alias vitæ pertęsum fuisset: hæc nimirũ vna causa poterat illum in vita retinere. Quid autẽ senili animo vindictę cupidius! An nescis, q̃ impotẽtes ætas illa concipiat impetus: quo rapiatur æstu: quo flagrare soleat incendio: si quando atroci insigniq; contumelia lacessatur! Quæ vero potuit esse atrocior q̃ filii cędes, sic amati, vt tu quidẽ ais! Hæc nimirũ quicquid in illo fuerit vnq̃ crudelitatis, qcquid sæuitiæ, quicquid immanitatis, si qua sanguinis sitis, si qua supplicioꝝ fames, deniq; si quid Tyrannicũ: id omne semel de integro poterat excitare quasiq; renouare. Mitiora etiã animalia datæ orbitatis iniuria in rabiẽ solet agere: & tu Tyrãno (quo nullũ animal immitius) nihil tale metuẽdũ esse certissimus augur existimasti: qđ in Tigribus videmus euenire! Q2 si tibi vni compertũ erat Tyranno sic in delitiis esse filium: quid igitur aliud tua fiebat opera: nisi vt sæuissima illa Tigris/ rapto catulo/ in rabiem versa in miserã hanc ciuitatẽ/ dilaniandã/ discerpẽdãq; insiliret! Id si nõ euenit: magna diis gratia, tibi magnũ debetur malũ: qui quãtũ ad te pertinet, tam diram beluam in nostra capita fortunasq; immiseris. Elige nũc vtrũ malis an verũ fateri: nihil fuisse Tyranno cũ nostris affectibus cõmune: an confingere: sic adamasse: vt matercularum quoq; vicerit delitias! Certe neutro

modo tua conſtabit diuinatio. Quæ niſi cõſtiterit, nõ eſt qđ ad eius rei laudem aſpires: quæ fortunæ cõmoditate te imprudente euenerit. Poſtremo donemus et hoc tibi: vt præſciueris/et certũ præſciueris, deo videlicet quo piã te certiorem faciente (nã alioqui fieri nequaq̃ potuit) pinde eſt ac ſi nõ præſcieris: quũ præſcientiæ tuæ fidem legi facere non poſſis. Profer quib⁹ prædixeris/ id euenturũ quod euenit. Doce quis deorũ quando iſthuc tibi prænuntiarit. Nihil habes qđ dicas. Verũ poſteaq̃ rem feliciter euenisſe videres, tũ demũ poſt factũ vates eſſe cœpiſti: quẽadmodũ vulgo tum fieri/tũ dici conſueuit: poſt euentũ ſtultos etiam ſapere: et quo fortunę beneficium verbis in te tranſmoueres, tragœdiã iſtã nobis comminiſci cœpiſti: cauſas repperiſti, qbus præſciſſe videare. Sed dii boni/q̃ nõ bonũ poetam te præſtitiſti: qui tam incõſiſtentia: tam cũ natura pugnãtia finxeris: ſæuiſſimũ tyrannũ ob pietatẽ erga filium vltro vitam fugiſſe: ob vnius capitis necẽ tutum ſibi non putaſſe in vita cõmorari: quũ omnia ſupeſſent: qbus tyrannis et paraẽ et obtinetur. Sublato eo: in quo omne tyrãnidis præſidiũ collocarat: repente rebus ſuis diffiſum/ad inferos abiiſſe. Age mitto nũc argumẽta: hæc oĩa vera nõ ficta credemus eſſe: tametſi ne fucũ quidẽ vllum habent veri. Si mihi ex omni hominũ memoria/vel vnũ tyrannũ potes nominare: qui liberos ſuos ſic adamarit: vt nõ ſpadones ac pellacas longe prętulerit: q ſic illis indulſerit: vt nõ ſuſpectos haberet/obſeruaretq̃: qui ſic illis ſit fiſus vt non in barbaris qbuſdam latronibus/ ac ſeruis ſtigmaticis plus q̃ in illis fidutiæ poſuerit. Ego tibi pmultos referre poſſim: q filios ſic oderint: vt viuos eſſe pati non poſſent. adeo metuerẽt: vt ne cibũ quidẽ vna cape vellent. adeo diffiderent: vt tum demũ ſe tutos eſſe putarent, ſiqs illos e medio ſubmouiſſet. Nullus inutilior tyranni ſatelles: q̃ filius. Ex extrema barbarie cõductitios mauult ille/ſicarios/fugitiuos/homicidas/ſacrilegos. His vitã ſuã mauult cõmittere, q ſua patria frui non poſſint/ et alienã euertere gaudeãt qui barbaricis/feriniſq̃ viribus antecellant: et gigantes illos impios referãt qui ꝓpter animi cupiditatem non difficile ad quiduis periculi ſuſcipiendũ perducuntur: et ꝓpter ingenii feritatẽ a nullo facinore abhorrent. Hi ſunt idonei Tyrannorũ miniſtri: hi fidutia/munimentum/ præſidiũq̃ tyrãnidis multo tutiſſimum. Hos ſiquid ademerit, cauſam videatur dediſſe: quur rebus Tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatũ ſuſtinebat! Aetate! at vtilior ætas grandior. Robore! vnus erat. Prudentia! magis ſapit ſenecta. Cuſtodiis quas obtinebat! at ſi aduerſũ pfem obtinebat, mors illius ſeni etiam optãda. Si pris noie: qd niſi vnus ſatelles adẽptus erat! Nã cuſtodiæ quo deficerent: niſi ad eum cui alebant! Tutior igitur erat futur⁹

Tyrannus amoto filio. Res enī Tyranno suspecta filius violētus & insolēs: propterea q̄ reliqui illi barbari solo lucro contēti sunt. Filius illud præmiū spectat, Tyrannidis successionē. Nec vllus pietati locus: vbi mentē possidet dira regnandi libido. Ibi contēptis naturę legibus, & filium horret pater, & patris īteritū optat filius. Sed dicturis iādudū nescio quid: mane: pręsensi: nihil inexpugnatū omittā. vrges. Nisi præter modū adamauit filiū: nisi diffisus est: cur sibi mortē cōsciuit? Isthuc vero merito demirandū: quippe q̄d præter omniū, ac tuam etiā spem euenit. Verum ego nihil ad me pertinere puto: vt tibi rationē reddam: quid illi dii in mentē immiserint: vt sibi vim adferret: hoc tantū euincere sat est te nullis coniecturis hunc exitū certo p̄scire potuisse: quātūlibet amarit filiū. Tametsi causa non admodū obscura. Iam deorū si qui fuerūt huic infensi reip. iras diuturna nostra calamitas satiauerat. Iam propitios nostra vota, nostra sacra cōmouerant: aderat illud fatale tēpus: quū impius ille senex diis atq̄ hoībus dignas admissorum pœnas daturus erat. Iam aderant vltrices Erinnes, aderant Furiæ, facibus & hydris omnibus armatæ: hæ illi mentē ademerunt: hæ vanā formidinē incusserunt: hæ attonitū ad spontaneā sui cædē impulerunt. Nihil minus arbitrabatur: q̄ fugisse, qui filiū peremerat: q̄ vna cęde cōtētum fore. qua q̄dē vna in re iure potes gloriari: q̄ Tyrannū vehemēter fefelleris. Virū esse putabat qui hoc facinus peregisset. Credebat esse talē, quales audierat esse solere Tyrannos qui magno suæ vitæ contēptu Tyranni caput impeterēt: qui non adorirētur facinus nisi ratione probe perspecta: qua possent perficere. Hanc suspitionē Pan ille, aut si quis alius est deus nouis terriculis exagitabat. Arbitrabatur instare sibi carnificē: sensit adesse necessitatē illam fatalē, quā nemini nocētium vitare licuit. Itaq̄ q̄d huius vrbis pietati: q̄d deorū bonitati debet: cur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris? Vbi discrimen erat subeundū: ibi fugitabas. Nūc vbi res præter spem pulchre cecidit, tutūq̄ putas, fortunæ laudē in te deriuas. Sed finge diuersum exitum fuisse consequutū. Pone Tyrannū ira percitū passim ciues ad exquisita supplicia rapere, proscribere, iugulare, in exiliū agere, possessionibus exuere. Quid hic dices? Non sines opinor eorū malorū causam: in te tanq̄ in authorem referri: & fortunæ argumēto culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandū esse: si quid fortuito præter propositū euenerit. At nūc nōne iniuriū est: vt q̄d boni /fortunæ cōmoditate p̄ter spem euenit: id totū in te velut authorē velle traducere? Etenim te nihil expectasse minus: q̄ id q̄d euenit: vel ipsa res clamitat. Si hoc animo cōscēdisses arcē: vt filiū nō patrē occidisses: credi poterat te talē quādam spem animo concepisse: nunc casu, nescio, an

metu potius in iuuenẽ incidiſti:& tum denię diuina iſta mens & futurorũ præſaga,ſed quę non niſi poſt euẽtũ ſua prodat oracula,te corripuit.Quũ eſſet fugiẽdum: ibi demũ iudices in re tam tumultuoſa: ſecũ velut ocioſus conſultare cœpit:vtrum ſenem ſua dextra dignũ exiſtimaret:ibi demũ p̃uidere cœpit fore:vt pater ipſe ſibi manus adferret. Et quo commẽtum tã impudens iudices efficiat paulo probabilius: quæ nec vidit,nec videre potuit:ea perinde deſcripſit nimirũ (vt ipſe iactat) poeta:quaſi ſpectator aſtiterit:quid in mentẽ venerit Tyranno,quid dixerit,quid fecerit, quomodo ferrum ſtrinxerit.Eiuſdem profecto impudẽtiæ:fingere pręſciſſe ſe qđ eſſet euẽtu cõſequuturũ:& qđ non videris,id ita narrare,quaſi videris. Quãto melius tuo cõmento id eſt fabulę ſua fides conſtitiſſet: ſi ita finxiſſes:te quũ pęrempto iuuene,ſtricto gladio ad ſenẽ ire deſtinaſſes:repẽte a tergo adfuiſſe Palladẽ illã Homericã:& iam euntẽ capillis reuocaſſe te:vetuiſſe: ne tã luculẽtũ facinus ſenili cęde obſcurares: ſeſe citra tuã operã /curaturam: vt ille ſuapte manu,ſed tuo gladio pęremptus glorię tuę nihil tenebraꝝ offunderet:ſed multũ etiã adderet lucis.dehinc abditũ te per rimam contẽplatũ vel (qđ eſt te dignius) repente deam ſepſiſſe te nebula:vt Tyrannicę necis tutus & otioſus ſpectator aſſiſteres: nec prius illinc diſceſſiſſe, q̃ negotium omne confectũ vidiſſes.Hęc ſi confinxiſſes: paulominus malũ poetã te p̃ſtitiſſes.Sed otiũ opinor nõ ſuppetebat ad oẽs fabulæ parteis cõmode tractãdas.Videlicet lucri cupiditate, te protinus ad p̃miũ poſtulandum rapiẽte. Nunc vel ipſa te prodit incõſtantia,figmẽtiꝫ coarguit.In arcem aſcẽdiſti: quo Tyrannũ occideres:neꝫ tum p̃uidebas qđ ſole ipſo clarius videri vis. In medio negotio ſubito neſcio qs deus oculos tibi reſtituit : vt videres futurum id qđ accidit.Porro ſi veris fidẽ facere voluiſſes, narrare debueras: quẽadmodũ nocturnus explorator,furtim arcem conſcẽderis:in ædes clanculũ irrepſeris,forte fortuna obuio nemine:nõ dicã vt tolleres aliqd:ſed vt experireris:ſi qđ tuto facinus poſſes deſignare.Hęc moliẽti cõmodũ fauiſſe fortunã.Itaqꝫ quũ adoleſcentẽ ſolũ atqꝫ incuſtoditũ offendiſſes (vt eſt ea nimirum ætas ſecurior,periculiqꝫ minus cogitans: præterea diuturna Tyrãnis iam magnã metus partẽ exuerat) tũ haud ſcio (vt mores illius erant) multo vino ſepultũ,atqꝫ īmodica libidine defeſſum, fortiter iugulaſſe ſcilicet:& ſomnũ illi cum morte,id eſt germanũ (vt ait Homerus) cũ germano coniũxiſſe:deinde vbi iam cardines procul ſtridere cœpiſſent: exaudito videlicet moriẽtis gemitu:ibi te metu exanimatũ ita fugiſſe:vt nõ vacarit gladium e vulnere tollere:quẽ nec parricidę, nec ſicarii ſolẽt relinquere, ne deph̃ẽdãtur.Interea domi latitaſſe te:iãdudũ de fuga cogitantẽ,& longin-

quas aliquas,semotasq; mũdi latebras animo circũspectantẽ:in quibus abditus posses irritati patris sæuitiã fallere.Iãq; te ad spontaneũ exiliũ accincto repẽte in vulgus exiisse famã,liberã esse ciuitatẽ. Tyrãnũ vna cũ filio iugulatũ: reliquos metu fugisse:authorẽ ignorari facinoris. Ibi repẽte/ad nouã tuæ fabulæ catastrophen,immutasse te animũ:& qui prius de salute fueras sollicitus:protinus ad p̃mii spem arrectũ fuisse:lucriq; auiditate, priusq̃ tibi satis esset excogitata ratio, qua totã huius inopinati euentus laudẽ in te traduceres : prosiliisse in medium:id qđ vidimus: clamitasse tuũ illum esse ensem:tuũ facinus:non vnũ præmiũ tuæ virtuti fore satis. Hæc nemo non credidisset:sunt enim rerum naturæ consentanea,vsu comprobata,omniũ opinione recepta. At tu dum sedulo quidẽ,sed tamen parum ex arte, tuam nobis pręsentiam niteris persuadere:q̃ multa cõminisceris:non dicam tota facie a vero distãtia:verũetiam cum sensu cõmuni, cum more,cum natura penitus pugnantia. Primũ tyrannũ tam materne filiũ adamasse: vt sine eo viuere noluerit:sic ob vnius mortẽ,metu fuisse consternatũ: vt in vita manere non sit ausus: sic illi toto pectore fisum: vt ipse nullas circum se custodias haberet:adeo fracti animi fuisse: vt tam chari pignoris truculẽta cęde non potuerit ad vltionẽ inflammari:tam inualidũ, vt tua dextra fuerit indignus:tam inermẽ,vt ni tu illi gladiũ reliquisses tuũ,defuturũ fuisse/ quo se iugularet. Non vides q̃ non competat: tam insignis in Tyrannũ pietas: tam secura in eã ætatẽ fidutia;tantus metus in hominẽ, excepto filio, reliquis oĩbus p̃sidiis munitũ:tanta consternatio,in hominẽ tot periculis exercitatissimũ:tãta imbecillitas in iratũ! Quid igitur erat:cur tu senẽ illũ tãtopere contẽpseris : vt indignũ habueris, qui tua ista magnifica dextera iugularetur! Tu ne indignũ iudicabas:quẽ occideres:quũ eũ resp.nõ putarit indignũ,quẽ formidaret:quẽ maximo suo cum dolore ferret! Non talem illum iudices,non talem sensimus : vt cuiq̃ contemnendus videri debuerit. Neq; tu eum vnq̃ contempsisti:nisi forte cõtemnere est, misere formidare. Sciebas arcem armis refertam:sciebas supersse satellites: quorum vel vn9 (si seni vires deerant) sufficiebat iugulando tibi.Non ignorabas (id qđ nemo nostrum nescit) quãtũ viriũ illi partim exercitatio, partim ingenii feritas,etiã in illa senecta reliquerat. Tum non te fugiebat:frigidum illud seniũ sic interdũ acri dolore inflãmari:vt iuuenibus etiã validissimis/sępenumero fuerit intolerãdũ:si quãdo solitũ illud robur, qđ ætatis gelu velut ob torpuerat,magno aliquo animi motu recãduit. Quis aũt tã inualidus ẽ vt nõ illi pudor/ira/dolor ingens/vires suppediter! Hoc erat videlicet:cur tu filiũ q̃ patrẽ malueris occidere: q̃ illũ inopinantẽ/inermẽ/dormiẽtẽ/fortu-

na obiecit. Cũ hoc pugnãdum erat/armato/vallato/irato deniqꝫ. Hoc erat quur gladiũ relinqueres:ratus ne tãtiſper quidem morari tutũ dũ recipe-res:metuens videlicet ne tantillũ ſarcinæ te redderet in fuga tardiorẽ.Re-liquiſti inuitus quo tyrãno prodi poſſes:ſed ꝑdi maluiſti/q̃ deprehẽdi.Ne-qꝫ egó nũc formidinem tuã accuſo:imo miror magis:qꝫ pedibus conſiſtere: qꝫ fugere potueris: quũ audires moueri tyrãnicam familiã : ſtridere arma: intelligeres tibi nõ cum puero/ſed cum vigilantibus/viris/accinctis/arma-tis/ſobriis/irritatis/deniqꝫ cum rabioſo patre dimicandum eſſe: nõ qꝫ illum vſqꝫadeo filii mors commoueret:ſed qꝫ arbitraretur,et haud ſcio an vere,ſe petitum fuiſſe:dexteram tuã erraſſe tantũ in filio. I nunc et ſpera:non dicã hos iudices/ viros omniũ ꝓſpicientiſſimos:ſed vel e media plebe quẽq̃ eſſe tam mucoſis naribus,cui non ſuboleat:imo qui nõ plane odoretur/ perſen-tiatqꝫ totam hanc fabulam abs te cõfictam. Et quod poetæ ſolent: quũ hæ-rent in explicando tragœdiæ argumento:hanc veluti deã diuinationẽ ar-te quadam induxiſti:quo præſenſionem tuã iudicibus ꝓbares.Sine qua vi-debas præmiũ obtineri nõ poſſe.Sed occaſionem,inquit, miniſtraui pater-næ mortis:qui gladiũ quo ſe feriret reliquerim. Atqꝫ id ſolum nõ modo ſa tis eſſe putat ad petendũ pręmiũ:verũetiam meritũ eſſe: vt ipſe enſis inter arma deorum cõſecretur:dominus ꝑ deo præſenti colatur.O hominẽ ſua-uem,ſi has ſpes vere cõcepit:impudentẽ,ſi quũ nõ ſperet/poſtulat.Itane ty ranno gladius erat defuturus:niſi tuũ illum reliquiſſes! Tu in arcem arma hoc eſt in ſyluam ligna portanda putaſti! Niſi forte tuũ illud ferrum magi cis precaminibus erat imbutũ : vt vltro ad mortis adegerit neceſſitatem. An vero nihil referre putas: quã præbeas occaſionem: quomodo: quo ani-mo! Primũ gladiũ reliquiſti quo nihil minus deeſt tyrãno: nũq̃ ferrũ abeſt: non in cubili:nõ in triclinio:nõ in ſacris.Reliquiſti metu trepidus. tua qdẽ in re illud interim demiror:qua fronte eum gladiũ tuũ auſis appellare,quẽ habueris ꝑ derelicto.Metu inquã exanimatus reliquiſti:quem poſtea rece-ptum optabas. Reliqſti rem ancipitem.Quid ſi tyrãnus illum ęũdẽ enſem in ciuiũ iugulos diſtrinxiſſet!quid ſi eodem lectos aliquot ex hui9 vrbis iu uentute adoleſcentes filio ſuo inferias mactaſſet! Si tyrãnum occidiſti:quia tuo occiſus eſt gladio:et horũ omniũ indigna cædes ad te ptinebit : quippe cuius enſe peracta eſt.Id ſi nõ euenit,nihil ad te ptinet: nam anceps occaſio quã in partem cadat/id diis in manu eſt:ſi bene verterit,nihil gratiæ debeꝫ ei qui dedit imprudens:ſin male,temeritas imputatur. Neqꝫ em culpa va-cat qui periculoſam miniſtrat occaſionem:quæ ſi feliciter,mirentur omnes ſin infeliciter,merito accidiſſe dicãt.At quãto ꝓbabilius erat futurũ:vt ty

rānus tuo ense alios ī vsus abuteretur. Scio me iudices hęc pluribus refellere verbis, q̄ necesse videatur: quippe tā friuola: verū id mihi propositū est nullū illius argumētum, nō excussum, nō exagitatū, nō reuictum p̄termittere. Quare quęso: ne pigeat ita vt antehac feciſtis, patienter atq; attēte cognoscere: dū hunc ab gradu firmissimo deiicio. Hic sibi vehemēter fidebat: hunc acriter vrgebat locū. Negabat vitari posse: quī præmiū deberet: q; patri necis causam ministrasset: si nō relicto gladio (nā hoc opinor argumētū iā habet pro derelicto) certe necato filio. Nā ita ī legibus dissertū aiebat, nihil itersse: vtrū manu sua quis occidat: an mortis causam p̄beat. Addebat ęquū esse vt cū ī maleficiis causam datā īputarēt leges ad supplicium: multo magis idē obseruarēt ī benefactis ad p̄miū. Hęc aiebat meminisse sese ī legibus eē disputata: illd addēs Thrasonicū: nisi sibi diuturna seruit⁹/legū mēoriā obliterasset. Nō tu legū oblit⁹ ꝓpter diutinā desuetudinē: sed nūq̄ qd sibi velit leges īquisisse videris. Bis eni hic erras: q neq; causæ datę rōnē, neq; dātis aīm discernas: id qd legib⁹ traditū ē: nec aīaduertis, lōge diuersam eē rationē: maleficii & beneficii īputādi. Quid ais noue iuris īterpres: ita ne satis esse iudicas, vel ad pœnā vel ad p̄miū: qualēcunq; quomodocūq; causam dedisse! Nihil igit refert: Hector an Aiacē occiderit manu: an gladiū illū dederit quo se postea cōfodit! Atqui hāc laudē nunq̄ ille sibi vindicasset: tāetsi probabile videri poterat: ī eum vsum hosti ab hoste datū fuisse ferrū. Quin ergo fabros ærarios oēs, vel ad pœnā vocamus, vel ad p̄miū: quoties armis in eorum officina pfectis, aut iugulātur ciues, aut seruātur! Postremo quur hoc qd tu petis p̄mium, nō ensis istius tui opifex petit potius! Tyrānus gladium erat habiturus: te nō porrigēte: tu porrigere non poteras: nisi huius industria tibi ministrasset. Age si telo īter venādum temere missō, forte Tyrānum vicinum īterfecisses: clamares tibi Tyrānicidę deberi pręmium! An potius nihil tibi deberetur laudis: q; īprudens & inscius iaculum torsisses! Imo in ius potius vocandus esses: q missi teli temeritate ciuē (qd in te fuit) occideris: nam q; ī Tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid si caupo vinum lene ac suaue quale Polyphemo dedit Vlysses, Tyranno vendidisses: atq; ille eius dulcedine captus auidius sese ingurgitasset, eaq; re cōcepta febri decessisset: auderes ne Caupo/vini titulo Tyrānicidæ pręmium flagitare! At quis nō te cum tua flagitatione, vt temulētum, vinoq; madidū explodereret! Cęterū quāto frigidiore titulo nunc idē postulas! Vtcunq; coniecturis præcipi poterat: vt ętas vinosa tam illicibili vino auidius intēperantiusq; fruerētur: crapulam consequeretur morbus, p̄sertim in sene: morbum mors. Vulgo hęc eueniunt. Tu eam Tyranno mortis causam dedisti: cuius nullū

extat in hominum memoria exemplum. Quis enī antehac ob filii necē ſibi manus itulit? Accedam propius. Finge te Tyranni coquum eſſe: probe callere palatum domini: medicos interdicere cibum: quo tamen ille oppido q̄ lubēs veſcatur: iterminari morbum capitalem, ni tēperet: id te non fugere: eum cibum tu arte tua, cupediiſq; & condimētis magis ac magis illecebroſum reddis. Conſequitur edentem morbus: quē predixerant medici: emori tur Tyrannus: liberatur ciuitas. Hiccine coquus e culina ī forum proſiliēs, & adhuc iure madens, fuligine niger, Tyrannicidæ præmium poſtulabis? Mortarium, tunſillum & ollas oſtentabis, arma ſcilicet quibus Tyrannidē expugnaris? Non eris opinor tam īpudēs ī ea cauſa: qua tamē iſta tua multo eſt abſurdior. Nam illi voluntas occidēdi non defuit. probabilem prębuit cauſam. Tu nec ī hoc iugulaſti filium quo pater vltro vitam relinqueret: & cauſam dediſti, ad quiduis potius q̄ ad iſtud idoneam. Accipe exemplū tuo ſimilius, q̄ ouum ſit ouo (qđ aiunt) ſimile. Quid ſi Tyranni amicam, quam ille miſere ac perdite deperiſſet, occidiſſes: eaq; cognita re Tyrannus ſibi vitam abrumperet: auderes ad præmium aſpirare: auderes dicere, te certum præſciſſe, fore, vt Tyrannus ſponte fugeret e vita? Certe q̄to plures amicas extinctas ſequuti ſunt q̄ filios. Nemo tamē tibi crederet, nemo tibi pręmium decerneret, tuum factum periculoſum & anceps dicerēt: oēs fortunę gratias haberēt: cuius commoditate res ea feliciter ceſſiſſet. Tibi abūde magnum pręmium exiſtimarent: ſi commiſſi venia donatus diſcederes. Primum igitur diuerſam īputandi maleficii, & aſcribēdi beneficii rationē conueniet diſtinguere: deinde cauſę qualitatem: poſtremo animum. atq; ita demum liquebit: quid tibi lex debeat. Nā q; aiebas legē prolixiorē eſſe oportere ad reddēdum pręmium, q̄ ad īfligēdam pœnam: id ī priuilegiis, quę in exemplum non vocantur, fortaſſe locum habet. In iure cōmuni longe ſecus eſt. Siquidem (vti ſuperius demonſtrauimus) nulli nocēti lex non minatur pœnam: paucis benefactis pręmium oſtendit. Tum ī maleficiis etiam conatum ſimplicem ſupplicio proſequitur: ī benefactis ſemper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, ſi lex eſt diligentior ī eo negotio ad quod vnum eſt nata, atq; inſtituta: q̄ in eo ī quo temporis ratione tanq̄ alienas ſibi ſumit partes. Ergo ī vtroq; communiter ſpectat: vt cauſa ſit idonea: deinde vt animus adſit non tantum caſus. Hoc rurſum intereſt: q; ī benefactis nec cauſa idonea, nec animus idoneus ſatiſfacit legi: niſi his acceſſerit euētus itē idoneus. In malefactis, ſi quid nocēdi animo tētes, nō expēditur nec euētus, nec cauſa: ſed ex aīo factum tuum lex metitur. Sic enī iudicat: tibi nihil ad ſceleris defuiſſe: pręter fortunam: qua te ſubleuari, quod tandē ius ſit? In euētu,

simul & causam datam & animum expẽdit. Si animum vitiosum comperit nihil moratur causam, q̃ sit idonea: putat animum & euẽtum ad pœnã cõmerẽdam sufficere. Sin animo simplici data est causa mali idonea, & nõ consequitur euẽtus: lex quasi cõniuet ad id, & non putat ad suã cognitionẽ magnopere pertinere. Sin euẽtus est consequutus: etiam si de animi vitio doceri non potest: tamẽ temeritatis & negligentię noie pœnam irrogat, partim propter suspectam dantis voluntatẽ, partim vt hæc latebra / peccãtibus eripiatur: iprudens feci: discantq; homines vel suo periculo cauere, qđ alieno faciant periculo. Ergo q prudẽs & sciens certã atq; euidentẽ noxæ causam dederit: eum perinde lex cẽset quasi facinus manu peregerit. Veluti si quis hostem opibus copiisq; iuuerit, perinde est: ac si ipsius arma contra ferat. Si quidem id suppeditauit: sine quo bellum geri non poterat. Aut si quis inimicum suum per dolum nauigio solutili iponẽdum curet: vt naufragio intereat: aut in conclaue pensili testudine inducat: vt ruina opprimatur: aut iuxta lectulum ęgroti / loco pharmaci, venenum ponat, futurum sperãs vt eo hausto pereat. Tametsi nõ bibit ęgrotus: tamẽ veneficii postulari potest qui posuit: propter vitiosam animi voluntatẽ. Nam vehemẽter erat probabile id euẽturum: qđ ille moliebatur. Huic si detrahas nocẽdi voluntatẽ: nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocẽdi voluntate / adponas euẽtum, non effugiet temeritatis crimẽ: nisi illum iculpata ignorãtia absolverit. Porro si ĩ loco non ad id destinato: puta ĩ via publica / aut ĩ fundo alieno / arcu temet exerceas: lex tecum non agit: nisi si quẽ occideris, aut vulneraris, aut si cui dãnum dederis. Cæterum qđ facis: tuo facis periculo. Q2 si qđ horum cõsequutum est: cũ lege tibi res est. Neq; tibi tua patrocinabitur iprudẽtia: quippe quę culpa temeritatis non vacet. Siquidẽ ĩ te fuerat pręcauere qđ probabiliter poterat p̃timeri. Vides quãto discrimine dissita sint: inter quę tu nihil interesse dicebas. Primum non statim ĩputatur ad p̃miũ: qđ ad pœnam, idq; non a malignitate legum latoris: sed partim ex ipsa rei natura proficiscitur: partim a legum officio. Deinde discernitur animus. Causa data diiudicatur. Spectatur euẽtus. Age nunc si libet tuam causam / qua tuum facinus æstimari vis, expẽdamus. Finge te certam / ineuitabilem mortis causam Tyranno dedisse: sed iprudentem. nulla tibi fit pręmii petitio. Quis enĩ insciens benemereri dicitur? Fortibus viris pręmia dãtur: nõ fortunatis tantum. Nam euicimus iamdudum opinor, ne posthac affirmes te in hoc iugulasse filium: vt pater sibi necem conscisceret: qđ euenturum ne vates quidem quisq̃ pręscire poterat: tu nec suspicari. Imo postea q̃ rem plenam discriminis fortunæ arbitrio commisisti: quia bene successit: hoc

nomine/lex te non poſtulat:at idē ſi male eueniſſet/temeritatis pœnas eras debiturus.Neqꝫ em̄ tibi ſuccurreret inculpata ignorātia.Quid enim æque formidandū erat:q̄ ne Tyrannus, ſimul atqꝫ occiſo filio ſe pœti inſidiis pſen ſiſſet,oīa Tyrānidis mala in nos conduplicaret?Iam vt de animo res tibi cō ſtet:cauſam dediſti non ſolū non idoneā:verūetiā periculoſiſſimā reip. Vin hoc tibi argumēto euidentiſſimo demonſtrari? Finge te quēpiam e ciuibus vitio occidiſſe:tū extincti patrē,id facere: qđ modo fecit Tyrānus. Vtrum tu duplici cędis crimine teneberis:an ſimplici?Simplici opinor. At vxor & mariti mortē imputabit: qui necato filio, ſeni cauſam mortis dederis: atqꝫ his ferme tuis argumētis vtetur.Indulgētiſſime filiū adamabat : in illū om nem familiæ curam reclinauerat:illo ſe oblectabat.atqꝫ hęc de priuato ſene cū fide dicet: quæ tu de Tyranno minus dure(ne dicam ridicule) dicebas. Addet ea te ſciſſe: præuidiſſe futurum, vt ille vitā fugeret orbatus filio:in quo vno omnia vitæ oblectamēta collocarat.Non tibi defuiſſe iugulandi ſe nis voluntatē:ſed hoc tantū egiſſe:vt miſerabilius ſuā dextra perimeretur: vt odiū tuū pleni⁹ miſeri prīs malis exaturares. Ideo iuuenē necaſſe:in hūc vſum gladiū in vulnere reliquiſſe . Vides quanto ſunt hæc probabiliora in hoc q̄ in tuo negotio:& tamen negabis paternā necem ad te pertinere: atqꝫ animi ſuſpitionē. cauſæ qualitate purgabis. Negabis cauſam idoneā fuiſſe: quur ille ſibimet man⁹ adferret. Te nec præſcire:nec timere potuiſſe:id qđ ſit cōſequutū : qꝫ rarum extet exemplū patris ob filii necem ſponte fugien tis e vita.Alioqui futurum fuiſſe: vt & mater ſibi fatum accerſeret:quippe quā impotentius amare ſit conſentaneum: ac minus aduerſum dolorē ani mi virib⁹ valere.Hæc nō dubitares tibi profutura: ad alterum crimen de pellendum:& prodeſſent,dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet: ne quid imputetur:id multo magis ī hac cauſa valet:ne quid acceptū feratur. Ibi te liberaret a volūtatis ſuſpitione:qꝫ cauſas parum idoneas dederis: hic ex cauſis multo minus idoneis propter perſonā Tyranni,videri vis nō mo do quod euenit,fuiſſe ſuſpicatus:verū etiam certū pręſciſſe.Ibi temeritatis poſtulari nō poteras:propterea qꝫ tametſi vitio abs te data eſt cauſa,tamen idonea nō ſit ad id qđ euenit.Imo ipſi tota res imputabit: & legibus pœnas dabit:ſepultura phibitus:qꝫ ciuitati citra cauſam idoneā/ciuē vnū ademe rit. Tibi nō niſi vnius filii mors imputabitur:etiā ſi mater quoqꝫ & filiæ/& ſorores/& tota trib⁹ huius necem fuerit imitata.Hic poterat: niſi feliciter eueniſſet:quippe vbi ſummū reip.periculū & verteretur:& prætimeri pba biliter poſſet. Venio nunc ad quartū illud præſidium ludices:qđ iſte tutiſ ſimum, ac pene inexpugnabile iudicabat : vnde ego illum ita deturbabo:

vt non solum sit non habiturus, quo Tyrānicidii & huius laudis arcē obtineat: verum vix etiā latebrā inuēturus: vbi temeritatis ac maleficii pœnā effugiat: quo nimirum itelligat q̄ non inimice, uon curiose (vt agebat) sectū agam: vt quum possim ī crimen ac pœnā vocare, sat habeam ab honore nō promerito secludere. Aut sibi deberi pręmium: vel hoc vno noīe q̄ iuuenē occiderit, iam plusq̄ Tyrānum, tum Tyrannidis paratum hæredē: etiam si hunc euētum dii non dedissent, vt senex ipse vitā abrumperet. O deploratā impudentiā. Tu tibi pręmium peteres, si Tyrānum suæ furię non essent vlte! dii quiduis potius dederint, q̄ isthuc qđ tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione: quādoquidem id tuto licet: tametsi ad solam mentionem inhorrescit animus. Tu ne inquā occiso filio, relicto sene viuo, Tyrannicidę pręmium peteres! An potius nec ipse supereesses, qui possis petere: nec esset respub. quę dare posset! Nā tu aut exquisitus supplīciis exanimareris, aut ī extremis Arcadis exul delitesceres: nos pro Tyrāno iam īmanissimū carnificē pateremur: & tuum caput vbicunq; terrarum latitares, diris īprecationibus deuoueremus: q nos tua incogitantia vel pręcipiti magis lucri cupiditate ī tantam malorum tēpestatē coniecisses. Sed re filius erat Tyrānus (inquis) patri p̄ter inane nomē nihil erat reliquum. Quid ego audio! duos igitur hęc ciuitas Tyrānos alebat! Nā de patre nemo vnq̄ dubitauit, quin Tyrāni vocabulum mereretur. Quādo aūt antehac vnq̄ fando auditū est: duos vna ī ciuitate sedisse Tyrānos! id qđ magis etiā natura repudiat, q̄ eodem ī corpore gemina capita. In iisdē aluearibus duo se reges pariter nō ferunt. In armētis taurus tauro cedere cogitur. In iisdē lustris non conuenit duobus iter se leonibus: & Tyrānus (quo nullum animal efferacius) parem in eadē vrbe patitur! Non vides necessario fieri: vt e duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat! Vtrum tu fuisse mauis ī patre, & ī filio! Si iuuenis aduersus senē obtinebat Tyrannidē: quid a repub. pręmium postulas! Tyranni partes adiuuisti non reipub. Sin patri cessit: quid tandē illum vocare potes: nisi Tyrāni vel prefectum aut satellitem! Quādoquidē seniori Tyrannicā appellationē ne tu qdem audes detrahere. Verū: vt quo quo modo Tyrānidem omnē in adolescentem oratione deriuares: q̄ multa tu quidē non ex re, sed pro causę tuę commoditate cōminiscebaris! Cæterū q̄ in his confingēdis decori, qđ in personis situm est, nullā habuisti rationē! Sic enī (vt memini) inducebas ī fabulam senē iam ętate mitem, & qui omnē Tyrannidis acerbitatē ob senectā exuisset: non secus atq; mala, quæ natura acerba, tēpore mitescunt, & in alium abeunt succum. Porro iuuenē ferocē, illo incolumi gerentem Tyrannidē, iamq; patri viuo succedētem. Priuatus

paterfamilias non fert filium se viuo successorem, & tu vis isthuc credi in Tyranno? Ille nō sinit vllum e liberis rem domesticam ex animi sui libidine moderari: & Tyrānus sese veluti abdicās īperio/negotiū omne ī adolescentē reiecerat? Non dubito, quin & ipse videris, q̄ dura sint ista & q̄ a cōmuni sensu abhorrētia. Verū quid faceres? nisi tales psonas induxisses, exitum inuenire Tragœdia tua non poterat. Quæso te: an vnq̄ auditum est Tyrannum ętate mitescere? Quādo tu desines ea quę sunt priuatorum, quę bonorū prīcipū, Tyrānis tribuere? Vt eodē igni cęra mollescit: limus durescit: ita ętate plęriq; reddunt mitiores ac tēperātiores: Tyrannus magis ac magis exasperatur. Vt tēpus nōnullis pomis amaritudinē adimit, at vinis nōnullis acorē conciliat: itidē Tyrānis nō adimit sęuitiā ætas: sed exaggerat. Vis ipsissimā Tyrānici ingenii tibi demonstrē imaginē? Spinā cogita: quæ quo magis senescit: eo pungit acrius. Echinos cogita: q̄ quo plus habēt ętatis: hoc testa sunt asperiore. Vulgaribus īgeniis fortasse nōnulla vitia senecta vel detrahit vel certe mitigat: etiā si plura irritat, nōnulla parit. At Tyrānorum mētibus ad scelus, ad crudelitatē natis, scelere & īmanitate imbutis atq; educatis, præter vitiorū oīm incremētum adferre senecta quid potest? Nisi forte libidinē adimit? Q̄ q̄ ista Tyrānidis quātula tādē est portio? Sed esto fuerit sane propter ętatē ad voluptates segnior: verum erat fastidiosior: vnde fit: vt ībecillior sit ad coītum, ad raptū auidior. Fortasse pauciores huic execabātur ephebi: sed īsigniores. Pauciores producebātur virgines: sed exquisitiores. Quur non autem & plures? videlicet quo senile fastidium optione, & varietate vinceret. Hoc ita esse: quot ego tibi testes citare possem? qui quo nobiliores sunt: quo fortuna pręstantiores habēt liberos hoc magis eis a flagitiosissimi senis cupiditate metuebāt. An tu putas vna cum viribus senescere libidinē? Multo secus habet. Imo q̄tum ætas īproborum hoīm facultati detrahit: tātum adiicit cupiditati. Q̄ q̄ Tyrannicum animum his ī rebus non tam voluptatis vsus capit, q̄ nostra delectat contumelia. Vt frigeat ī sene Tyrāno venus: certe feruet vigetq; malitia, sęuitia, nocēdi libido. Postremo totum illud vitiorum agmē quæ propria Tyrānorum sunt: cupiditas, rapacitas, īprobitas, īpudētia, īpietas, iracundia, violētia, impotētia, suspicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, īmanitas, periurium, (Quid autē oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimiū nota?) horum inquā nullum nō ętate fit acerbius: propterea q; iuuēta nonnunq̄ nature bonitate vincitur: prętera quędā mala nondum didicit: at senecta, si quid pudoris, si quid humanitatis, si quid melioris ingenii a natura īsitum est, id omne multo ac diuturno flagitiorum vsu penitus.

exuit & prorſum in imaniſſimã quandã feram abiit. Id ita eueniſſe iudices in execratiſſimo illo ſene: quid ego coner argumẽtis docere: quum ſua cuiq; memoria abunde ſatis exemplũ ſuppeditet? Q2 ſi iuuenis ſeſe gerebat inſolẽtius: videlicet patris abutẽs imperio: num tu hunc continuo Tyrãni nomine donabis? Ergo ex eadẽ Tyrãnide ſexcẽtos Tyrannos facile reddideris. Nam quis eſt omnino ĩ Tyrãni familia: vel extremum mancipium: q non ipſe pene Tyrãno ſit ferocior: violẽtior: ſceleratior? Filius (inquit) emolumẽtis imperii potiebatur: patri pręter nomẽ nihil ceſſit. Quaſi vero non ſit iſthuc omni Tyrãnidi cõmune. Longe minima fructuum pars, q ſolẽt ex Tyrãnide capi, ad ipſum redeunt Tyrãnum. Quẽadmodum ĩ latrocinio fieri cõſueuit: prędę cõmuniter ĩ oẽs diſtribuuntur: vel ĩ eos potius quorũ opera capiuntur. Alioqui non cohærebit cohors illa ſcelerata: niſi dux ille, quiſquis fuerit, plus etiã permittat ſuis, q̃ ſibiipſi. Solum nomẽ ſibi proprie vẽdicat. Et in nullos eſt Tyrãnus idulgẽtior, q̃ in ſcelerum miniſtros: quippe quorum opera ſentiat ſuum imperiũ cõtineri. Proinde ſub vnius vmbra / ſatelles omnis, omnis miniſter familiaris, leno, Tyrãnidẽ quãdã in ciues exercet. Ridicule fecero: ſi hoc quoq; coner argumẽtatione probare iudices. vidim⁹, ſenſimus, exptí ſumus: niſi forte tam diutinę calamitatis memoriã tam paucuſi dies obliterauerunt. Neq; enĩ eſſet res vſq; adeo miſera Tyrãnis: ſi vnius modo foret tolerãda violẽtia. Quot ferẽdi latrones, quot ſacrilegi, quot ex extrema barbarie aduenę, feris q̃ hominibus ſimiliores? Neq; deſunt qui ſe ſimulẽt apud Tyrannum ſceleribus ſuis gratiam promeritos eſſe: quo nimirum hoc nomine metuantur a ciuibus. Horum igitur vnum quemlibet Tyrannum appellabis? & pro quolibet occiſo Tyrãnicida: pręmium petes? Non ĩ tantum omnẽ exues pudorẽ opinor. Sed pater ætate feſſus omnẽ dominatum ĩ filium trãſtulerat: quicquid Tyrãnicum ĩ vrbe gerebatur, id iuuenis violẽtia cõmittebatur. Sed iſthuc quantũ abſit ab imagine veri, quis tam cęcus vt non videat? Quis tam obliuioſus vt non poſſit experimẽto refellere? Ego tibi complures noĩare ſatellites poſſum filio ĩſolẽtiores. Ad hęc veri ſimillimũ eſt nullius ĩſolẽtiam minus approbaſſe ſenẽ q̃ filii: vel q̃ odit omnẽ Tyrannidis affectatorem omnis Tyrannus: vel q̃ intelligit ex illius facinoribus longe plus inuidię odiiq; ſibi conflari (Callidiſſimi autẽ Tyrãni eſt: eatenus legitimũ imitari regnũ: quatenus obtineri Tyrãnis poſſit.) vel q̃ pater etiã peſſimus, tamẽ liberoꝝ nõnihil offenditur vitiis, & ad crudelitatis miniſteria / alienis q̃ ſuis vti mauult. Q2 ſi clã patre rapinas, rapt⁹ atq; id genus facinora deſignabat filius: profecto non Tyrannũ agebat: ſed inſolẽtẽ ſatellitẽ. Sin approbãte patre, quaſiq; p illum exercente Tyrannidẽ

vtrî tandem par erat imputari cõmissa: huic per quem gerebãtur:an ei cu ius authoritate arbitrioq; fiebãt? Nõ arbitror obscurũ:quin huic cui in ma nu erat:nutu ne fierent,vetare. Quid autẽ nõ agunt per alios Tyranni? Nã ipsi quidẽ neq; pueros emasculant:neq; virgines abripiunt:neq; pscribunt: neq; bona diripiunt:neq; phana dispoliant: neq; hæreditatibus manũ inii ciunt:neq; cõpilant ærarium:neq; tormentis excruciant : neq; quẽq; iugu lant:neq; armis vicos expugnãt:neq; incendũt villas. Totum hunc Tyran nicum ludũ per ministros exercẽt. In vnum tamẽ Tyrannici nominis inui dia competit:in vnum occidendũ lex præmium instituit:in vnũ stringendi ferri ius facit:illos suæ cognitioni reseruat. Quorũ vt quisq; sua opera Ty ranno profuit,ita aliud atq; aliud vocabulum imponi potest: certe Tyran ni vocabulũ nemini congruit: nisi vni illi: sub cuius veluti clypeo, tota illa pernicioſissimorũ hominũ colluuies latitat. Arbitror vobis iudices sępenu mero auditũ esse: id qđ elegãter a doctissimis viris est scriptũ: Tyrãnis nõ longas modo,verũ etiã plurimas esse manus:plurimos oculos, eosq; acerri mos:plurimas aures easq; lõgissimas. Omnino ꝑdigiosum quoddã est ani mal Tyrannus: multoq; Titanibus illis Briareo & Encelado portẽtosius: centenis capitibus:centenis linguis:centenis manibus pedibusq;. Quot em̃ habet scelerũ ministros totidem habere membra videtur. Atq; vt ex mem bris/corpus:ita Tyrannis/ex huiusmodi constat ministris. Verum vt illud qđ corpus appellatur,nihil est aliud q̃ quiddã omnibus ex mẽbris aggrega tum:ita in Tyrãnide,vnũ quippiam est qđ neq; pes sit neq; manus,nec vllũ aliud mẽbrum:contineat autẽ vniuersa: at ita contineat:vt ab iis possit se parari:idq; Tyrannus vocatur. Proinde exaggera quãtũlibet iuuenis inso lentiam,violentiamq;:prẽfectũ arcis voces licebit:oculùm nomines licebit: aut si mauis dextrã: aut si ne id quidẽ satis: præcipuũ Tyranni caput dicas licebit: Tyrannum certe vocare nequaq̃ potes. Vnum enim illud portentũ Tyranni nomine lex censet : cuius authoritate titulo/cuncta hæc mẽbra velut animãtur:idq; vnum forti ciui permittit occidere. Nõ vult te in ocu lum aliquẽ inuolare: non finit vt caput aliquod amputes: ne tale quiddam eueniat:qđ de lernæa hydra fabulant poetę: vt pro vno capite resecto/duo pestilentiora subnascãtur:pro vno excusso oculo, plures acriores succedãt: pro vna rescissa dextera, multæ robustiores subpullulẽt:vni⁹ vitæ te domi num arbitrũq; constituit:qui sibi sit ausus Tyranni vindicare nomen: quo sublato futurũ sit vt membra reliqua,quasi destituta spiritu,emoriant:aut certe sanentur. At quid ego tecũ tã accuratis argumẽtatiõib⁹ ago? Possum ilico tuis te verbis reuincere:ac veluti tuo te laqueo capere. Iuuenem pau-

loante magnũ patris ſatellitem nominabas. Nõ inficiabere. Rurſum alio loco dicebas oẽm Tyrannidẽ occupaſſe filiũ : ſolius appellationis honorẽ ceſſiſſe. Qui cõuenit eundẽ & ſatellitẽ & Tyrannũ appellari? Tum ſi ceſſit: nõ igitur vſurpauit Tyrãni nomen. Contractus autẽ verbis aut rati ſunt: aut reſcindũtur. Lex hac tecũ formula cõtraxit: ſi quis Tyrannũ occiderit, prẽmium ferat. Quid tu mihi iuuenis flagitia cõmemoras? Id te lex voluit occidere: quodcũq; illud eſſet animal: qđ Tyrannus diceret. Magnũ (vt ipſe fateris) ſatellitẽ occidiſti: nõ Tyrãnũ: quid tibi cũ lege rei eſt? At rẽ inquis legis ſequutus ſum, nõ ſyllabas: eum interfeci: qui caput erat Tyrãnidis: paratus hæres paterni dominatus: libertatẽ peperi: ſeruitutẽ ſuſtuli: hoc lex ſenſit: huius rei authori præmiũ prẽſtituit. Satellitem inquã occidiſti: nihil moror quãtum: q̃ graué: q̃ ferocem: q̃ ſceleſtũ: ſatellitem tamẽ occidiſti Tyrannidis: nõ caput: aut ſi caput: vnũ e pluribꝰ. Sed hæc omnia tibi ex animi ſentẽtia largiamur: fuerit ſane res tota Tyrãnidis filius: pater nihil niſi vocabulũ quoddã inane Tyrãni: quẽadmodũ in fabulis habet, Echo nymphã/nil aliud q̃ meram quãdã fuiſſe vocem ſine corpore. Qui tibi licuit in re tãta/a verbis legis diſcedere? præſertim ita dilucidis: vt ſpicuũ magis nihil eſſe poſſit: & cõmentitiam interpretationem domi tuæ natam in iudicium adferre? Ego iudices nullum in rempu. exemplum pernicioſius induci poſſe iudico: q̃ ſi cõſueſcãt homines calũnioſi a prẽſcripto legum recedere: & interpretamẽto, qđ ad prætexendũ facinus quiſq; ſuũ maxime idoneũ cõminiſci queat, id iudicibus obiicere. Quis autẽ vnq̃ meminit de legis ſentẽtia quæri ſolere: niſi quum in ſcripto quiddam apparet ambigue obſcure ve dictum: aut quũ ex verbis & euẽtu abſurditas quæpiam extitit : eaq; manifeſta? In priore nõ cuiuſuis cõmentum: ſed iuris prudẽtiũ reſpõſa: ſed iudicũ ſententia recipi ſolet. In hoc poſteriore, neceſſitas ipſa cõpellit aliquãtiſper a legis vocibus deflectere: & æquitatẽ iuris potius q̃ verba ſpectare. Duplex itaq; periculum videtis iudices: alterũ ne ſuperſtitioſa cauillatiõe literarũ legis ab eo qđ lex ſpectauit abducamur: alterũ ne paſſim a præſcripto diſcedẽdo leges omnis & iudiciorũ religionem ſubuertamꝰ. Quorum illud quidem multo leuius eſt : propterea q; vix vnq̃ accidat , vt legiſlator obſcure quid voluerit/explicuerit: aut abſurdũ quiddã exoriat. Hoc multo periculoſiſſimũ, pernicioſiſſimũq;. Etenim quę tãdem lex futura eſt quã verſutus calũniator, quo pœnam effugiat, nõ facile poſſit aliquo cõmento ſubuertere? Neq; quiſq̃ elabetur e iudicio veſtro nocẽs: niſi qui ſit vſq; adeo nullius ingenii: vt ne friuolã quidem aliquã cõmentatiũculã queat inuenire. Atq; vt cuiq; cõmodum erit: aut animi libido feret: ita p ſene iuuenẽ, p Tyrãno ſa-

tellitẽ:pro homicidio Tyrãnicidiũ: & paſſim aliud ꝑ alio interpretabitur. Veſtra interim iudices religio,veſtrũ iuſiurandũ,qua tandẽ ratiõe ſeruabitur:quibus nihil futurũ eſt certi:qđ in cognoſcẽdo ſequamini:verũ ambiguas diuerſaſq; litigatorũ cõiecturas ſpectare neceſſum erit!Ergo quum in omni cauſa maximopere cauendũ eſt:ne ſine grauiſſima ratione a legis prę ſcripto diſcedatur:tum in hac nõ periculoſum modo,verũetiam abſurdiſſimũ:quum legis verbis nihil poſſit eſſe dilucidius: ſententia nihil æquius: interpretamẽto qđ præter legis mentẽ inducitur/nihil peſtilentius. An credimus legis huius authorẽ vſqadeo infantem, & verborum inopem fuiſſe: vt dicere nõ potuerit:qui quouis modo Tyrannidẽ ſuſtulerit:huic pręmiũ eſto:ſi modo iſt huc ſenſiſſet! Neq; vero fugit illum/ totã Tyrannidẽ per ſatellites & pręfectos exerceri ſolere:permultoſq; in his eſſe vel Tyrannis ipſis ſceleratiores: atq; vt ita dixerim Tyrãnicos magis:& omnino ſupplicio digniores: niſi & omniũ omnia miniſtrorum ſcelera Tyranno imputarentur. In vnum tamen illũ qui hoc nomine cenſetur,tibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos nõ tibi permittitur idem.nõ q; illos vita dignos iudicet lex:ſed q; vnius cæde totã Tyrannidẽ tolli velit: non multorum cęde reddi duriorem. Tuũ erat legi ſimpliciter parere:neq; eius verba quaſi plũbeam quandã regulam ad tuum facinus accõmodare: verum ad illius pręſcriptum factorũ tuorum rationẽ inſtituere. Præſertim in hoc exẽplo: quo non aliud poteſt admitti peſtilentius:vt ex legis arbitraria interpretatiõe/ quem velis interficiendi tibi pro tua libidine licentiã ſumas. Nõ illud hoc ſpectãdũ loco iudices:q̃ inuiſus reip.ſit qui occiſus eſt:q̃ maiore etiã ſupplicio dign9:verũ id etiam atq; etiã perpẽdere oportet: exemplũ pręter leges iugulãdi homines, ſemel in ciuitatẽ receptũ, ſemel veſtris ſentẽtiis approbatũ,deniq; pręmio cõpenſatũ,quo tãdẽ licẽtiæ ſit proceſſurũ. Qđ iſte ſibi in Tyranni filiũ licere voluit:hoc alius ſibi volet in ditiſſimũ quẽq; ciuium licere. Quiſquis pauper a locuplete cõtumelia afficietur: protinus Tyrannum eũ appellabit:& veneno aut ferro adorietur. Poſtremo ſi cui magiſtratus nõ placebit:ſi cui iudex erit inuiſus: non dubitabit e medio tollere. Porro ad facinoris defenſionẽ, ſophiſtã quẽpiam aut Sycophantã conſulet (Si ipẽ ingenio ſtupidiore fuerit)& nouã legis interpretationẽ vobis adducet: dicet nil aliud ſenſiſſe legiſlatorẽ: q̃ vt huiuſmodi ciuiũ genus nõ noſſe, ſed re Tyrãnidẽ agentiũ,ferro/igni/veneno tollat a medio. Atq; ita breui futurum eſt: vt qđ in vno factũ ſemel & ꝑbauimus & gauiſi ſum9: id in multis ſæpius & doleam9 & improbem9. Credite mihi nõ mediocre diſcrimẽ,neq; cõueniẽter accipiẽdũ:vt titulo repto/priuatus hoĩem indẽnatũ interficiat.

Id ita esse facile liquebit: si qdē aīaduertimus: nihil omniū esse: qđ lex parcius circūspectiusq; pmiserit. Etenim (si memini) tribus dūtaxat tēporibus lex indulsit: vt quis citra iudiciū hominē occidat. Primū adulterum: sed in vxore deprehēsum: id qđ intemperāti & insuperabili mariti dolori donatū est. At ita si corpus vtrūq; pariter interimat. Si argumētis idoneis deprehensum fuisse doceat. Deinde in vi depellēda. At ita si demonstres te mortē effugere nequiisse: nisi mortē intulisses. id lex ita interpretat̄: quasi sese tueri potius sit isthuc: q̄ aliū occidere. Vterq; tamē facti sui rationem reddere cōpellit̄: statim sese prodere: nec expectare donec ī ius trahat̄: atq; (vt ita dicam) vltro semet reum facere cogit̄. Q; si oīa cōstabunt argumēta: ita demū a lege dimittitur: vt venia nō laude dignus esse videatur. Postremo in Tyrānicidio: vbi ꝓpter periculi suscepti magnitudinē lex præmium quoq; proponit: at ita si eum quē tibi lex isto velut insigni Tyrānici nominis denotauit, fortiter occideris: nō si scelestū alio scelere sustuleris. neq; patietur te ius occidēdi pmissum, latius q̄ ad vnicū Tyranni caput trahere: nisi si quis obsistat: vt p illius necem tibi necesse sit ad illum penetrare. Iamq; hoc factū tuū secunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortasse ꝓxima videatur: hostem in bello feriendi facultas: quam tuæ tamen libidini lex non permisit. Nisi palā hostis sit declaratus: nisi in ipæratoris verba iurarīs: nisi ille aciem eduxerit: nisi signa canere iusserit: tibi fraudi futurū est, hostem interfecisse. Tu dicturus es. Hostē occidi: nam plusq; hostilia faciebat. nomē hostis tātum aberat: re hostē agebat. Lex respōdebit: suarum partiū fuisse: hostem declarare: ac tuo fortasse scelere fruetur: verū ne serpat exemplū, pœnas de te sumet. Quid autē aliud abs te factum est! Vnum tibi lex nominatim designauerat: tu illius vocabulū tuapte authoritate in alium transfers: qđ nisi in vnū nō potest cōpetere: neq; traduci debet ab eo cui lex attribuerit: ne tibi fas sit aliquādo quem voles magistratū, quē voles iudicē, quē voles ciuem, Tyrannū appellare. Neq; vero sine grauissimis causis lex tot vinculis astrinxit hanc in vitam alterius licentiā. Perpēdit nihil maius eripi cuiq; posse, q̄ vitā: vidit in extinctū facile varias causas confingi etiā impune posse: quādoquidē ille nō sit refutaturus: q̄ iacet. Vidit q̄ multis titulis sucū quisq; dolorē posset prætexere: si post occisum hominē vlla causa recipiatur: prēter eas quę legibus sint expressæ. Quid ꝙ grauatim sibi quoq; lex pmisisse videtur: vt homini vitā eripiat: q̄ cōperta, q̄ multa requirit argumēta: q̄ multa cōcedit reo: q̄ maligne agit cū actore: quē nō nisi suo periculo vult accusare: quātum spacii largit̄ ei / qui defertur: q̄ liberā iudicū rejectionē. Quantū igitur a mēte legis abesse putas: vt cuilibet permittat vel

pro ſuo priuato dolore,vel domeſtica iuris interpretatione,hoc eſt ſubuerſione,in cuiuſq̃ vitam graſſari?Neq; ad rem pertinet q̃tum criminũ aceruũ exaggeres,q̃tũuis etiam verorum,addo notorũ:dicas parricidã,ſacrilegũ, inceſtum,proditorẽ,peculatorẽ,veneficum,iterfeci. Tyrãnum lex iubet occidi:at hic vnus multis Tyrannis erat ſceleratior peſtilẽtiorq; ciuitati. Ad iſta tam multa crimina lex tibi verbo reſpondebit.Nihil moror q̃ fuerit ſceleroſus,q̃ periit:in vnum Tyrannum tibi ius fecerã occidẽdi:in reliquos ius trahẽdi.Si detuliſſes:auditus reuictus dãnatus a me palam pœnas dediſſet:omniq; reipub.ſalubri exemplo fuiſſes.Nunc tu priuata libidine iterficiẽs,pro ſaluberrimo exemplo,pernicioſiſſimũ in ciuitatem iduxiſti:& legum inſtaurationẽ/a legis violatione auſpicaris : hoc eſt malis malo mederi ſtudes.An me clam eſſe putas,q̃ multi ſint ĩ hac turba vita indigni : morte digniſſimi?At eos meę cognitioni nõ tuis manibus ſeruo:ſunt fora,ſunt tribunalia,ſunt iudices,ſunt carceres,ſecures,carnifices . Quur tu mihi p̃ire conaris?quur nullo mãdãte mg̃ratũ occupas? & dũ Tyrãnicida videri vis: Tyrãnũ imitaris?Nã quo alio noie tãtopere mihi eſt inuiſus ille:niſi q; mihi parere recuſat:& preire conatur?Ei demũ ferrum tractare licebit:cuius manibus ego pmiſero.Si iuuenẽ occidiſſes,q; non alia patuiſſet ad Tyrãnũ via:darẽ veniã neceſſitati:nunc occidiſti,non obſiſtentẽ,non auxilium ferẽtem patri:ſed patris opem iplorantẽ.Huius vnius cæde cõtẽtus diſceſſiſti: Tyrannum nec ipetiſti:ĩ quẽ vnum tibi ius feceram. Meum erat expendere vtrum ex vſu reip.fuerit an iuuenis occideretur:maluerã illum exquiſitioribus excruciatũ ſuppliciis exemplum oĩbus edere. Neq; hæc dico iudices: quaſi pax gaudeam pariter cũ patre ſublatum filiũ:vtinã eadẽ opera ſimul oẽs ſint oppreſſi,q̃buſcũq; Tyrãnus placet.Sed quis prohibet:ſimul & gaudere,q; deorũ bonitas nobis hãc rem bene verterit: & tamẽ non cõmittere vt huius temeritas ſi iudicio cõprobetur,ĩ legẽ atq; ĩ exemplum trahatur? Nec de iuuenis iniuria vindicãda nunc agitur:ſed de legis violatę maieſtate.Non enĩ par eſt:vt cuiq̃ perſonæ pręter ius extincti odium ĩ ſcelere ſuffragetur.Neq; tam ſpectãdum ĩ quẽ conmiſſum ſit facinus,q̃ quo exemplo cõmiſſum.Alioquĩ quur non eadẽ opera,fas ſit ĩ Tyrãni nepotes,pellacas, pueros,vxores,libertos,lenones graſſari?Bonã Tyrãnidis partẽ vxor ſæpe numero ſuggerit.Ad ſummã immanitatẽ / nonnunq̃ libertus aliquis , aut vernula iſtigat:quur non & hos iugulas?Si tibi ius eſt æſtimatione priuata meritoq; ciuẽ iugulare?Quid qd̃ eſt aliquid Tyrãno nocẽtius:ĩ qd̃ tñ haud quaq̃ tibi ius ſit occidẽdi. Finge eſſe qui totam hanc vrbẽ,tẽpla,domos,curiã conatus ſit incẽdere:imo qui iam compluribus locis ignem ſubiecerit:

sed incendiũ subito exorto imbri restinctũ: authorem non obscurũ, verum abditũ latitare. Eum forte fortuna repertum manu tua trucidas. Num lex tuũ factũ approbabit? Non opinor. Atqui Tyrãno ille quãto erat nocẽtior? Tanto nimirũ quãto est atrocius ciuitatem semel funditus euertere: q̃ expilare: ciues vniuersos vno igni finire q̃ in pauca quædã sæuire capita. Et tamẽ in vnũ Tyrannũ stringendi ferri potestas priuatim permittitur. Illũ deferendi modo ius habes? Hic in re tam aperta legis mentẽ calũniari: & nouo interpretamento tuũ facinus palliare: quid tandẽ aliud est q̃ legũ authoritatem euertere: atq; id per cuniculos quosdã agere: qđ Tyrannus palã ac vi facere cõsueuit? In recipiẽda lege fas est populo causam æquitatẽq; legis excutere. Cæterũ receptæ & longo iam vsu cõprobatæ simpliciter oportet obtẽperare. Neq; enim existimandũ est maiores illos nostros viros sine controuersia sapiẽtissimos ita sine grauissimis ratiõib9 instituisse: vt priuatim interficiendi Tyranni facultas vnico capite finiretur. Primũ ad iugulãdi licentiã fenestrã aperiendã ciuibus non putauerũt: deinde perspiciebãt Tyrãnidem fatale quoddã esse reip. malũ: qđ minore noxa toleraretur: q̃ male exagitaretur. Neq; posse semel tolli: nisi Tyrãni ipsius cæde. Quo submoto videlicet qui legib9 imperabat, nõ parebat: iam nihil opus esse priuata audacia: nimirum illis in reipu. administrationẽ vindicatis. Q2 si Tyrãnus ius vocari potuisset: ne hunc quidẽ tuæ dextræ arbitrio permisissent. Videbant & illud. Tyrãnidẽ nonnullã habere monarchiæ legitimæ speciem: hoc tantũ interesse: q; in monarchia/populus regi paret: Rex legibus. in Tyrannide oĩa vnius libidini subiecta sunt. Rex publicã spectat vtilitatem: Tyrannus priuatim suã: vnde publicitus expedit, vt Tyranno veluti principi legitimo ciuitas pareat: donec idoneus aliquis vindex extiterit: qui legum authoritatẽ in pristinũ statum restituat: atq; id vnius (si fieri potest) capitis iactura. Nam hac moderatiõe in fatalibus illis pestibus, quę totũ reip. quasi corpus corripiunt, legũ prudentia cõsueuit vti: vt exẽplo magis, q̃ admissi talione, morbo medeatur: ne dum ciuitatẽ sanare studet, magnam ciuitatis partẽ interimat. Hinc est q; in seditionibus publicis/nõ nisi in ipsos authores cõsueuit animaduerti: reliquis quos tempestas illa cõmouerat, dari venia: aut vix etiã dari venia: qui in publico reip. tumultu quietẽ egissent. Quæ potest autẽ pestis esse fatalior: q̃ Tyrãnis? Quæ sese latius in ciuitatis mẽbra diffundit? Quota quæq; vrbis pars ab hoc vitio syncera potest esse? Omitto iam quicquid est ambitiosorũ: ære alieno obstrictorũ: scelere cõtaminatorum: barbarorũ (nam hæc tota sentina hominũ Tyrãnide gaudet: vt in qua nullis maiora: q̃ sceleratis sint prẽmia) bonos etiã ciues hoc malũ

Lucianicę reſpondens

ínuoluit:dū vel tímēt fortunis ſuís: vel rectū íudícāt ſeruire tēpori. In hoc ítaq; rerum ſtatu leges nō extínctæ ſed oppreſſæ modo,cautím & circūſpícienter agūt: intellígunt hoc hulcus cítra ſummā cíuitatís pernícié exaſpe rarí nō poſſe:vnius capítis díſpēdío cōmode ſanarí poſſe. Quare docto cuípiā medíco præmíū oſtēdunt: dígito demonſtrant qđ mēbrū ſecarí velínt: quibus abſtíneri. Caput índícarūt íllę:tu dextram ſecuíſti. Illæ Tyrannum: tu Tyrāni ſatellítem occidíſti. Quo præmío dígn⁹?! Nempe eo quo qui mor bo ínſcíte exagítato/totū hominē ín extremū vitæ díſcrímen adducat:quo qui hominē legíbus vetātíb⁹ occídat. Neq; ego nūc te cædís reum ago:aget alíus fortaſſis:cuícūq; lubitū erit:verum íllud modo conſilíū fuit: oſtende re tíbí q̄ ínſignítæ ſit ímpudētíæ in ea cauſa : tā exímiā tíbí vēdícare laudē: tam egregía poſcere præmía: ī qua nequeas obtínere:ſi modo tecū exactius ac ſeuerius agat:vt graueís pœnas effugías. I nūc & curíoſum me voca:qui tam candíde tāq; ciuíliter tecū agam:vt quum te poſſím ín graue díſcrímē vocare:ſat habeā legís & reip. cauſam defendere:ne círcūuenta pręmíū dare cogatur eí qui níhíl boní ſit promeritus. Id qđ nō íudícíbus modo(quib⁹ íſthuc iamdudū líquere puto)verum tíbí etiam ípſi cupio perſuadere:& fa cturum me confído:ſi modo tātíſper animū poſſís attendere. Vín ígítur:vt quēadmodū tu faciebas: ítídem & nos ſummatím totā cauſam ob oculos re uocemus! díſpíciamuſq; q̄ multa tuo ín facto deſyderentur ad íd:vt legi ſatíſfecerís:& q̄tum tu ſis hallucinat⁹:quū multa díceres etíā ſupereſſe! Tria quædam requírit lex:& íta requírit vt ſi qđlíbet horum deſit:aut pœnā te, aut certe níhíl gratíæ debere ſe credat. Quorum ego non vnum aliquod: ſed vnūquodq; deeſſe docebo. Quod ſi facío:vtrum æquo anímo cedes prę mío:an ímpudenter petere perſíſtes! Ergo rem accípe. Níſi tría hæc tíbí cō ſtíterínt:non eſt quod Tyrānicídæ præmíū petas. Anímus:vía:& effectus. Animus duo quædam complectítur:vel quíd ſperarís : vel quid propoſuerís. Nam ſi Tyrannum per ímprudētíam occidíſſes:ſi præter propoſítum: non magís profecto præmíum tibí debeatur:q̄ ſi quis Tyrāno amicíſſimus ídem feciſſet. nam ídem potuít accídere. Tu porro quíd propoſítí ín arcem attuleris, ípſe víderís:íta demū legí perſuaſum erít:te voluiſſe occídere Tyrannum:ſi occíderís. Non occidíſtí: atq; íd etíam quum tíbí in manu fuerít (vt ais)ſi líbuiſſet interfícere. Lex negat ſua referre : vtrum Tyrannícídíí propoſítum ín arcem non attuleris : an allatum repente mutaris. Iam quíd ſperarís excutiamus. Q̄q̄ íſthuc leges non íta valde curíoſe penſículantur: ſed tamen ín tam abſoluto facínore partes omnís cōſtare oportet. Quid em ſi Tyrannum interfeciſſes:quo Tyrānídem ípſe occupares:vtrum præmíū

ſperares! an ſupplicium metueres! Quid ſi quo priuatum animi tui dolorẽ vlciſcereris, Tyrannum occidiſſes: atq; id eſſet palam: num præmiũ auderes poſcere! Quid: ſi Latrones Tyrannum forte fortuna obuium obtrũcaſſent: num ad hunc honorem aſpirarent! Quid ſi quis Tyrãno priuatim infenſus, magna te pecunia conduxiſſet, quo ei Tyranno venenũ dares dediſſeſq; num quæſo Tyrannicidæ præmiũ poſtulares! Ego hic tecum non ago coniecturis: nihil dico in vitam tuam: quæ quidẽ obſcurior eſt: q̃ vt tu alioqui tam glorioſus quicq̃ de ea auſus fueris dicere: illud vnum affirmare nõ dubitem: qui Tyrãnum quum tuto licuerit, non occidit: plane noluit occidere. Qui eum occiderit: cuius mors extremũ exitium reipu. videretur allatura, potius q̃ vllam cõmoditatẽ: is aut priuatim dolorẽ vlciſci voluit: nõ libertatem publicã vindicare: aut emolumentũ ſuum ſequutus eſt reip. periculo: nõ ſuo periculo reip. ſtuduit prodeſſe. Poſtremo non poteſt niſi gloriæ ieiunio adductus videri: qui tam inſolẽter ſe iactat. Nõ poteſt nõ videri lucrum ſequutus: qui tã improbe pręmiũ flagitat. An nõ vides igit quãtopere hac parte a tota legis mente diſſentias! quem illa tuæ vitæ periculo ſua cauſa voluit occidere: eum tu non ſolum volens præteriſti: verũetiam periculoſe in remp. irritaſti: quem ſua cauſa noluit occidi, eũ tu maximo noſtro periculo tui compendii, aut animi fortaſſe gratia iugulaſti. Sed finge te animũ Tyrãnicida dignũ ad facinus attuliſſe: lucri perinde vt vitę cõtẽpto rem: magni tamen refert, qua ratione Tyrannidẽ tollere aggrediaris. Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior: quę tamẽ nemo alius tibi cõceſſurus eſt. Te in filio iugulaſſe patrem: in nõ Tyrãno Tyrãnum. Largior iſthuc Delium aliquẽ tibi prędixiſſe: vt certũ pręſcire potueris: qđ ipe etiã vix diuinare Delius potuerit. Licuiſſe tibi patrẽ occidere: ſi libuiſſet: verũ hoc pœnæ gen⁹ tibi magis placuiſſe. Suſtuleris ſane Tyrãnidem: idq; noua quadã & inuſitata ratiõe. Vides q̃ multa tibi dono. Tamẽ obſiſtam tibi nec ſinã ferre pręmium: ꝓterea q ea via ſuſtuleris: quę legi nõ probat: quę nõ expediat moribus ciuitatis: quę nõ ſit forti viro digna. Age quid ſi Tyrãni filium infantẽ in cunis iugulaſſes: & rurſum adfuiſſet Delius ille: per quem certũ pręſcire poſſes fore: vt necato puero, pater ſibi mortẽ acceerſeret: atq; id eueniſſet, vtrum te tanq̃ Tyrãnicidã ſuſpiceret reſp. an potius tanq̃ immanem & ferum hominẽ execraretur: qui in eã ſæuieris ætatẽ: cui etiã ab hoſte armato parcitur: quę leonibus etiã miſeranda videatur! Quid ergo! Vtetur tuo maleficio reſp. cæterũ exẽplũ haud quaq̃ ꝓbabit. Quid ſi Tyrãni vxorem, quã ille miſere deamaret, per vim conſtupraſſes: atq; ille eius impatiens contumeliæ fugerit e vita: vtrũ Tyrãnicidii laudẽ flagitabis: an

raptus & adulterii ſupplicium potius formidabis? Res obſcura nõ eſt. Con
ferã tuo facto propiora. Quid ſi Tyrãni medicus quum eſſes: veneno ęgro-
tãti dato, illum ſuſtuliſſes: vtrum vt veneficum oderit te reſp. an vt virum
fortẽ admirabitur? Tyrãnũ ſublatũ gaudebit: facti rationẽ modũq; deteſta
bitur. Quid ſi quum te Tyrannus familiariter vteretur, tu ĩ conuiuio prę-
textu neceſſitudinis venenum porrigeres. Deniq; ſi per magicas imagines
ac maleficas quaſdam deuotiones Tyrãno vitã ademiſſes: vtrum a lege prę
mium an pœnã expectares? Atqui Tyrannidẽ vtcunq; ſuſtuliſti. Euẽtu gau
det lex. Verum exemplũ tam pniciоſum ĩ rẽp. non recipit: vt conſueſcãt ci-
ues ſcelus vlciſci ſcelere: patrem ĩ filio iugulare. Vides quãtum momẽti ſit
in modo viaq;: vt factum tuum approbetur? Qđ lex pmittit vt fiat: non ſta
tim pmittit: vt id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet: ve-
neno aut icantamẽtis non licet. Quur ita? Quia peſtilẽs exemplum omnino
tractare venena. Nec id vlla cauſa q̃tumuis honeſta, ſinit ĩ ciuitatẽ irrepere
Quid qđ ne hoſtẽ qdem veneno: aut malis artibus iterficere fas eſt? Nã nuſ
q̃ non ĩprobat maleficia lex: & veneno tĩcta tela etiam ĩ bellis ĩterdicta ſunt.
Qz ſi modus facti ſuperatur ĩ his: ĩ qbus nullum petitur præmiũ: quãto ma
gis id fiet: ĩ his ĩ quibus ſummum petitur? Lex triumphum ſtatuit: ei q̃ cer-
tum hoſtium numerũ fuderit. Fuderit aliquis non acie: ſed aquis & pabulo
veneno tinctis. Vtrũ ciues hunc ęquis oculis ſpectare pȯterunt triumphã-
tẽ: an potius ſicuti veneficum oderint: auerſabuntur: execrabuntur? Quid
qđ priuatis etiam ĩ rebus via moduſq; perpẽditur: quo magis idem oporte
bit, tũ ĩ publico, tum ĩ ſplẽdidiſſimo facinore: vt a quo conueniat omnẽ ſce
leris ſuſpicionẽ abeſſe? Age illud tecũ reputa: ſi medico mercedẽ pactus eſ-
ſes: quo te morbo leuaret: atq; ille nõ pharmacis ſed maleficiis & ĩcantamẽ-
tis morbum exemiſſet: vtrũ pręmium dabis: an magis hoiem ĩ ius trahes?
ĩiurię malis artibus datę reum ages? Clamabit ille morbo te leuaui: qua via
quid iſthuc tua refert? Hoc tãtum ſpectabas: vt morbo liber eſſes: ei rei mer
ces eſt promiſſa. Ingratum te vocabit: q̃ niſi ſua opera/ne eſſes qdem/q̃ præ-
mium negare poſſes. Tu protinus reſpõdebis, opinor, medico te pręmium
eſſe pollicitum non mago, neq; deberi quicq̃ niſi rẽ malam ei, q̃ beneficium
male dederit. Qz q̃ ne dediſſe qdẽ videtur, q̃ malum malo tollit. Id enĩ muta
re eſt ĩcommodum: non amouere. Dices enĩ aĩo nocitum: dum corpori ſub-
uenitur. Atq; iſtam litẽ vinces: etiam iniquo iudice. Atqui eadẽ/aut melior
etiam & vincibilior eſt tecum cauſa legi, q̃ quę tibi futura fuerat cum medi
co. Nam ibi de priuata mercedula diſceptaretur: hic de publico honore. Ibi
falſus eſt vnus: hic legi fraus facta: per quam cautum oportuit ne quiſq̃ ci

uium circũueniatur. Ibi salus data: certa quidẽ et efficaci, sed suspecta et im probata via: hic nefario scelere (quur em̃ nõ sic appellat homicidiũ: quod i ciuẽ cõtra legẽ admissũ sit!) nõ libertas restituta: sed in extremũ discrimẽ adducta Resp. quandoqdem tuũ factũ pinde habet: ac si medicus qspiam ad curã mercede cõductus, venenũ p remedio ministret: qđ tamẽ ægrotanti (ita vt nõ raro consueuit accidere) p occasionẽ morbũ adimat. Qui reua-luit suis fatis acceptũ feret q viuat: tibi mortẽ tametsi vitarit/imputabit. Neq; sua referre putabit: vtrũ impitia/ an pperam ac studiose p pharmaco venenũ porrexeris: ppterea q tui fuerat officii/aut nõ suscipere negotium aut fidẽ simul et artẽ et industriã ac diligentiã, et qcqd a pbato artifice so-let requiri, ad curã adferre. Sed age sinimus adhuc possidere te qđ dudũ su mus largiti: vt plane ista via tyrannũ occideris citra vllũ Reip. discrimen. Lex nõ approbabit facinus tuũ: nisi non tantũ a crimine, verũ etiã ab omni criminis specie pcul abfuerit: ne videlicet ea q̃ ĩ hoc potissimũ adhibita est in ciuitatẽ, vt maleficiũ omne secludat: incolumitatẽ suã quã conueniebat aut deo cuipiã/aut certe diis simillimo hoĩ acceptã referri/sceleri debere di catur. Nõ approbabit inquã: nisi tyrannũ ipm quẽ noĩatim indicauit ipsa/ quaq; pmittit via sustuleris: ne p rimã istã piculosum exẽplũ in Remp. irre pat. Postremo nisi ferro, nõ clancularijs ac maleficis artibus: nisi virtute: ni si manu: nisi vitæ tuæ manifesto cõtẽptu tyrannũ trucidaris. Neq; em̃ huc tantũ spectat lex: vt tyrãnus in præsens submoueat: verũ illud multo ma-gis respicit: vt oẽs mortales intelligãt/in ea ciuitate viros esse fortes: q non vereant vitæ suæ dispendio patriæ cõmodis cõsulere: ac p̃clari exemplo fa cinoris/ omnes etiã in posterũ ab affectatione tyrannidis deterreantur: cũ videant in ea ciuitate nullum esse tyrãnis satis tutũ præsidiũ: quãdoquidẽ illud nemo nescit: q vitæ suæ sit contẽptor/ eum esse alienæ vitæ dominũ. Nam quod omnino satellitiũ: quæ excubiæ: qui parietes: quæ arx: quæ ar-ma aduersus huiusmodi animũ tyranni caput defendant: qui patriæ liber-tatem sua vita bene credat emi! Postremo autem: vt maxime tibi cõstet ani mus: vt constet via: id quod est totius negotii caput non effecisti. Tantum enim abes/ vt tyrannũ occideris: vt quantũ in te fuit/ tyrannidẽ maiorẽ in modũ auxeris, interfecto tyranni filio. Quid aũt refert: malitia/an stultitia Remp. in discrimen adduxeris! Nam illo quod vulgo dicunt nihil verius. Intempestiuã beneuolentiã nihil a simultate differre. Tantũ abest vt occide ris tyrannũ: vt ne suspicari quidẽ potueris id euenturũ: vt ipse semet occi-deret. Sed iuuenẽ occidisti patre insolentiorẽ: qd tũ postea! si patri et huius scelera lex imputat! Magnũ pinde tyrãni satellitẽ: nõ tyrãnũ occidisti. Sed

paratũ tyrannidis hæredem occidiſti:in tyrannidẽ ſuccedit,q̃ prior,q̃ potior eſt in occupando. Verũ eſto ſane,certũ hęredem ſuſtuleris: igitur qui tyrannus erat futurus interemiſti. Atqui quod futurũ eſt: id nondum eſt. Porro lex eum q̃ iam tyrannus ſit tolli iubet:nõ quẽ aliquãdo futurũ diuines. An qui ſtatuã ex pacto debeat/ et rudem truncũ pręſtiterit:fidem perſoluiſſe videat? Nõ arbitrabor. Vbi nunc igitur ſunt illa tam multa: quæ tibi ad præmiũ poſtulandũ ſupererant? Vides q̃ né vnũ qdem omniũ tibi conſtet:quorũ nihil oportebat deeſſe. Volui inquis, id demũ voluiſſe te lex credit:quod effeceris. Poſtea e re nata propoſitũ eſt cõmutatũ. Hoc igitur præmii tibi debetur: qđ ei qui in Olympiis medio e curſu relicta meta/ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes:qđ is qui ſudauit in Olympiis/nec vicit. Sed occidiſti denique: verũ eum quem neq; lex pmittebat arbitrio tuo:neq; ex vſu publico fuerat,occidi. At bene vertit ciuitati qđ feciſti. Numini igitur gratia debeť/ tali: qualem Palladẽ Atticis fuiſſe ferũt:de qua puerbiũ extat: q̃ Athenienſium male conſulta/ in bonũ exitũ vertere conſueuit. Nõ tu leges ſeruaſti,ſed ſuſtuliſti:nõ libertatẽ reſtituiſti,ſed numẽ aliquod huic vrbi ꝓpitium: quod euentũ tuæ temeritati debitũ ſua cõmoditate a nobis auertit: qđ tuã ſtultitiã nobis vertit in occaſionẽ reſtituendæ libertatis. Nõ ego ingratũ erga te populũ cõſtituo:imo tu populũ ingratũ in deos reddere laboras:quẽ quũ ſemel in periculum vocaris:ne ꝓ ſimplici tyrãnide duplicatã patereť: nũc rurſum in diſcrimen trahere conaris: ne ab iratis ſupis in priſtinã ſeruitutẽ,aut grauius aliquod infortuniũ retrudať. Quid tu te fucis et phaleratis dictis in alienũ meritũ inſinuas? Quid tibi in eo negotio laudẽ vniuerſam vẽdicas: ex quo præter pœnã temeritatis, nihil ad te redire merito poſſit? Si Reip. ſi iudicibus/ꝓbare potes aĩm tuũ tyrannicida dignũ:q̃ nullũ piculum vitæ Reip. cauſa recuſarit:ſi facinus nõ ſcelere/non pnicioſo exemplo,ſed legitima via pegiſti:ſi fortuna tuis egregiis conatibus bene expetitũ dedit euentum,aude tyrannicidã te vocare:aude pulcherrimũ ac pene diuinũ munꝰ a Rep. poſcere:aude nobis ſeruatas leges:reſtitutã ciuitatem: aude templa aras/focos/fortunas omnis/tutos pueros/inuiolatas virgines/ipolluta matrimonia,deniq; hoc ipm q̃ hic lege et apud iudices agimus/exprobrare: aude mihi minari,q̃ obſtiterim: aude ciuitatẽ ingratitudinis inſimulare: niſi laudem ꝓmeritã ꝓſoluerit: aude iudices/vel iniquos/vel corruptos clamitare:niſi ſuis ſententiis præmiũ tibi decreuerint. Cõtra/ſi ſuſpectũ quid volueris:ſi piculoſum:ſi cõtra leges:ſi cũ ſcelere coniũctũ quod feceris: ſit pudor/ac deſine tandem improbe præmiũ flagitare:qđ nulla ratione ꝓme-

rueris: pœnã, si sapis, incipe deprecari. Isthuc fortassis ab æquitate iudicũ, a ciuitate deorũ munere lęta, queas impetrare. Neq; em̃ putes vllũ me te a præmio deterrere. Imaginare ísthac in cã píter et leges/et Remp. et deos tí bi aduersari. Puta leges his tecũ verbis agere. Si nos vere restitutas víderi vis, sine nostrã authoritatẽ primũ in hac tua cã valere. Lõge plus laudis ex hoc iudicio referes, si nobis cesseris: si parueris: si tuã cupiditatẽ nr̃o submí seris arbitrio: si primũ exẽplũ in te ciuibus ediderís, reuixisse nos: si mõstra ris ciuitati iã nõ ex sceleratorũ líbidine, sed ex nr̃o p̃scripto cuiq; viuendũ eẽ. Atq; altera ex pte Remp. hac tecũ or̃one vti puta. Si ciuẽ bonũ mihi præ stare studes, noli hanc stultitiæ notã mihi ínurere: vt ín posterũ re cognita dícar ebrietate quadã gaudiorũ ei præmiũ decreuisse, cui pœna magis de beret: noli mihi deos, quos vix deniq; tã diutinis votis, tot sacris, tot p̃cib9, tot meis malis placaui/cõmoui/ppitios reddidi: denuo p ingratitudinẽ ira tos atq; ínfensos reddere. Sine vt mihi p te líceat/ saltẽ íllorũ beneficio frui. Q2 si te neq; leges/neq; Resp. cõmouet, certe deor̃ or̃onẽ vereri debes: quos ita tecũ agere putato. Quid tu te ĩ nr̃ę laudis possessionẽ ingeris? Quid ho norí nr̃o inuídes? Quur nõ sinís nos in hanc ciuitatẽ ppetuo benígnos esse? Quur tuip̃e tã ingratus exístis? Ciuitas hæc semel mihi restitutã líbertatẽ debet: tu bis debes/cõmoditatí nr̃æ: et q; Remp. seruauímus: cuius tu ps es et q; cõmoditate nr̃a tuã pículosam stultitiã vel scelus potius in maximã fe lícitatẽ verterim9. Etem̃ nisi nos dextrí/ppitiiq; adfuíssemus, qd aliud tu q̃ pieras: et p te Resp? Q2 si plane cõtendis: vt p̃miũ aliqd feras: abũde magnũ p̃miũ a nobis p̃solutũ est: q; p nos res a te male ínstituta/bene verterit. A le gib9 merito maior relata gr̃a: si nr̃æ ꝓsperitatis respectu/temeritatis simul et sceleris veníã cõdonarint. A ciuitate satis amplã laudẽ feres: si ea patiat vt in restitutæ líbertatis hístoria tuũ quoq; nomẽ admísceat. Hac laudís p te cõtent9 define nobis debitũ velle p̃ripe: ciuitati munus nr̃m eripe: legib9 authoritatẽ adimere. Sed finẽ facio/nimirũ extillata iã aqua. Qd̃ supest nũc vr̃æ ptes sunt iudíces statuere: vtrũ secundũ leges, secũdũ deos, scd̃m Rẽp. sn̄iam dícere: an secũdũ hũc gl'iosum ostẽtatorẽ ꝓnũtiare velítis. Vtrũ hãc vrbis felícitatẽ huius temerítatí, huius sceleri acceptã ferre malítis: sæpi9 exprobrãdã: et breui fortassis a supis íratis (íd qd̃ abominor) auferendã: an in deos qbus sine cõtrouersia tota debet referre: eorundẽ pietate seruandã/ agendã/ beneq; fortunãdã. Vtrũ magis ex vsu sit: vt primo hoc iudício sta tim leges circũuentæ dicant: an vt appareat/legũ restitutarũ seueritatẽ/et iudicũ sapientiam aduersus vnius inquã postulationem valuísse.

Finis declamationis Erasmicæ.

Luciani Libellus

LVCIANI LIBELLVS DE ILS QVI MERCEDE CONDVCTI IN DIVITVM FAMILIIS VIVVNT: ERASMO INTERPRETE.

ET quid tibi primũ /amice: aut quid postremũ (quẽadmodum vulgo dici consueuit) recẽseam: ex his quæ tum facere tũ pati cogũtur: qui mercedis gratia sese in alienas domos, conuictũq; tradunt alienũ: quiq; in locupletũ ístorũ amicitiã accẽsentur: si modo eiusmodi illorum seruitutem, cõuenit amicitiam appellare. Noui enĩ permulta atq; adeo plęraq; omnia quæ illis ibi soleant accidere: non per louẽ q; ipse ea experimẽto cognorim (neq; enĩ mihi vnq; experiundi incidit necessitas, ac ne quãdo incidat dii prohibeãt) sed q; complures, qui in hoc vitæ genus inciderãt, apud me soliti sint commemorare: partim qui in ipsis etiãdũ malis constituti, quæ & quãta ferrẽt deplorabant: partim qui tanq; e carcere quodã profugi, nõ absq; voluptate recordabantur cõmemorabãtq; ea quæ fuerãt perpessi. Imo iuuabat reuocare ob oculos, quas ęrumnas effugissent. Atq; hi quidẽ digniores mihi visi sunt: quibus fides haberetur: vt qui eius sacri ritus (vt ita dixerim) omnis omniaq; mysteria pdidicissent, cũctaq; ab initio ad finẽ vsq; perspexissent. Hos igitur haud quaq; indiligẽter nec oscitanter audire soleo: veluti naufragium quoddã, ac prẽter spem obiectã salutẽ enarrãtes. Cuiusmodi sunt isti qui in templis deraso capite, complures simul obambulantes, immanes vndas, procellas, sublatos in cœlũ fluctus /iactus/ malos fractos /gubernacula reuulsa narrant. In primis autẽ geminos Castorẽ & Pollucem apparẽtes (Nã hi peculiariter ad hãc tragœdiã ptinẽt) aut aliũ deũ quẽpiam repẽte (quẽadmodũ in fabulis fieri cõsueuit) exortũ: summisq; antẽnis insidentẽ, aut iuxta clauũ adsistentẽ, qui nauim ad littus aliquod molle dirigeret: ad qd appellens futurũ esset, vt & ipsa paulatim ac lente solueretur, & ipsi tuto in solum descẽderẽt: idq; ope fauoreq; diuino. Atq; isti igitur, pmulta id genus ad psentẽ commoditatẽ, exaggerantes cõmemorant: quo videlicet a pluribus stipẽ accipiant: si non calamitosi modo: verũ etiã diis chari esse videantur. Porro ii dũ eas quas in tectis tulerũt tẽpestates referrẽt, atq; ĩmanes illas vndas, quin etiã decumanos fluctus, si fas est dicere: & quẽadmodũ primũ a littore soluerint mari tranquillo: quãtũq; molestiarũ perpetua nauigatione sint perpessi: dũ sitiũt, dũ nauseãt, dũ salo pfundũtur. Deniq; quẽadmodũ infelici nauigio in cautẽ quãpiã sub vndis latẽtẽ, aut in scopulũ aliquẽ pruptũ, & asperũ illiso /fractoq; miseri ægre enatarint, nudi, cũctarũq;

rerũ ínopes. Hæc inquã quũ referrent, mihí quidẽ vísi sunt ꝑmulta præ pudore ſubticere/volenteſq; ac ſcientes obliuiſci. At ego etíã illą/ꝑterea autẽ et alía nõnulla ex íllorũ narrationibus cõiectãs/deꝑhendí ꝙcꝙd ęrũnarũ cũ eiuſmodí cõuíctíbus cõſtũctũ eſt. Quæ ꝙdem oía haud grauabor optime Tímocles tíbí ꝑcenſere. Iãpridẽ em̃ mihi vídeor aĩaduertiſſe/te de capeſſenda hac vítæ ratione cogitare. Nã olim quũ his de rebus ſermo incidiſſet, mox ex his ꝙ pñtes erant ꝙſpíã mercenariũ hoc vítæ genus laudare cœpít: fortunatiſſimos eos affirmãs, ꝙbus cõtigíſſet horũ familiaritate ꝙ apud Romanos eſſent optímates, tũ cõuiuiis adeſſe opíparis: idꝙ ímmunes: ꝑterea ſplẽdidís in ædíbus diuerſarí: tũ ꝑegrínarí omnígena cũ cõmodítate/voluptateꝙ, alba ínterím ín rheda, ſí forte líbeat, reſupínatos. Inſup ob hanc amicítiã/obꝙ cõmodítates ꝙbus afficiũtur, etiã mercedẽ capę. id vero nõ medíocre vídeří. Iſtis em̃ haud dubie cítra ſementẽ/ac culturã, ꝙd aiũt, cũcta ꝑuenire. Hæc ígiť atꝙ íd genus alía quũ audíres, aĩaduerti quẽadmodũ ad ea ínhíaueris/ q̃ꝙ auide ad eſcã os aptum porrexeris: ꝑínde neꝙd mihi certe ín poſterũ poſſís ímputare/neꝙ expoſtulare queas: ꝙ quũ te cõſpíceremus tantũ vna cũ eſca deglutientẽ hamũ, nõ reuocauerímus: neꝙ priuſꝙ ĩ gutture demergereť/reuulſerímus: neꝙ ꝑmonuerímus. Verũ poſteaq̃ ceſſaſſemus: donec eo íã adacto atꝙ infixo trahí iam ac ví duci cõſpíceremus: tum quũ nihíl opís afferrí poſſit/fruſtra adeſſe nos atꝙ íllachrymarí. Hæc ĩquã nequãdo poſſís dícere: quæ ſi dicanť, merito ꝑfecto dicanť: neꝙ a nobís refellí poſſent/quo mínus peccaſſe víderemur: vt ꝙ prius íſta nõ índícaſſem?: audí nũc ordíne oía. Ac rete quidẽ ípm cuíſmodí ſit/q̃ꝙ nullũ habeat exitũ nõ íntus mediís ín ſinibus ínuolutus/ſed foris tuto atꝙ ꝑotiũ ante cõtemplator: vncí æris aculeũ: reflexam hamí aciem: ac tridentis cuſpides manu tentãs/malaꝙ admotas experiẽs. Q̃z níſi vehementer acuta, níſi ſic illígãtia vt effugiẽdí nulla ſit facultas, níſi dira vulnera factura vídeanť: acriter trahentía: et ínexplícabiliter retinentia: nos ꝙdẽ inter formídoloſos, atꝙ ob id etiã paupes/famelicoſꝙ aſcríbito: ípe vero ſumpta fidutía/venatũ iſtũ, ſi videtur, aggreditor/Lari ín morẽ totã eſcã hiatu deglutiens. Atꝙ ín vníuerſum quidẽ forſitã tua cã oís hic ſermo díceť. Q̃z q̃ nõ ſolũ de vobis philoſophís/aut his ꝙcunꝙ vítæ ínſtitutũ ſibi delegerũt cũ virtutís ſtudio cõíunctíus: verũetiã de grãmaticís/rhetoricís/muſicís/breuiter de oíbus: ꝙ ín doctrínæ ꝑfeſſione verſarí/queſtũꝙ facere ꝑpoſuerũt. Cæterũ/quũ oía ſint inter iſtos coía: eadẽꝙ ꝑrſus accidãt oíbus: palã eſt: phõrũ cõditionẽ nõ eſſe a relígs eximíã. Imo hoc illís turpi? íſta cõtingere: quũ ſint cũ alíís coía: ſi íí ꝙ cõducũt/nõ alíís ꝑmíís eos q̃ reliquos dignos íudicẽt: nihílocꝙ magís q̃ cęte

ros in honore habeãt. Sed qcqd erit, qđ narrationis series aperiet: ei⁹ culpã potissimũ i ipos cõferre par ẽ, q eiusmodi faciũt: deinde in eos, q talia susti-nent. Ego vero culpari nõ debeo: nisi forte veritas et libertas in cõmemorã do reprehensionẽ mereat. Ac reliquũ quidẽ hoim vulgus, puta palęstricos quospiã, aut adulatores imperitos/sordidoq; animo/ac suopte ingenio hu-miles et abiectos homines ne opæpretiũ quidẽ fuerit ab eiusmodi conuictu dehortari: quippe nequaq̃ obtemperaturos: neq; rursum ęquũ sit illis vitio vertere: q; nõ relinquãt suos cõductores: etiã plurimis ab illis contumeliis affecti. Sunt em̃ ad eam vitæ rationẽ accõmodati/factiq; : neq; ea videlicet indigni. Præterea ne habeãt quidẽ aliud quippiã: ad qđ sese conuertant: et in quo sese exerceant: adeo: vt siqs eam vitã illis adimat, ignaui ilico/consi-liiq; inopes/desidiosi/atq; inutiles reddant. Quãobrem/nec ipsi rem aliquã indignã patiant/nec illi contumeliose facere videant: si (qđ aiunt) in matel lam imminxerint. Etem̃ ad easip̃as cõtumelias iam inde initio præparati, cõferũt sese in familiam. Atq; hæc sola illis ars suppetit/ferre/et ppeti qcqd acciderit. Cæterũ eruditorũ noĩe, de qbus institueram loqui, merito indi-gnandũ/enitendũq; : vt q̃maxime fieri potest, eos inde reuocatos/in liberta tem vindicemus. Videor aũt recte facturus: si qbus de causis se qdã ad hoc vitæ genus cõferũt, eas causas excussero, parũq; idoneas/atq; efficaces esse demonstrauero. Siqdem eo pacto oĩs illis præripiet excusatio: summusq; il-le titulus: quo suã spontaneã seruitutẽ solent obtexere. Iam igit plęriq; pau pertatẽ et rerũ necessariarũ inopiã pponũt: atq; eam vmbrã satis idoneam existimãt: qua suũ factũ prætexant: q; vltro ad eam vitã accesserint. Ac sibi sufficere credunt: quum aiunt se quiddã ignoscendũ facere: qui id quod est in vita molestissimũ, nempe paupertatem, studeant effugere. Postea in pm ptu Theognis: atq; illud plurimum in ore:

Nam qnemcunq; virum paupertas enecat.

Et siquæ alia terricula abiectissimi q̃q; poetæ de pauptate pdiderunt. Eqdẽ si viderẽ ex hmõi cõuictu pauptatis effugiũ aliqđ vere cõtingere, nõ admo dũ anxie cũ eis de vehemẽter amplectenda libertate disceptarẽ. At posteaq̃ eiusmodi quædã accipiũt: cuiusmodi sunt ægrotãtiũ alimẽta (quẽadmodũ egregius ille dixit orator) q̃ queãt effugere: quo min⁹ in hoc ip̃m parũ re-cte sibi cõsuluisse videant: nimirũ sp illis manẽte eodẽ vitæ illi⁹ argumẽto: Semp em̃ manet pauptas: sp accipiẽdi necessitas: nihil qđ seponat, nihil sup est qđ reseruet. Verũ qcqd datũ fuerit: vt det: vt vniuersum etiã capiat: pr sus oẽ insumit: ita tamẽ: vt ne id qdem in vsus sufficiat. Rectius aũt futurũ fuerat: si nequaq̃ cãs eiusmõi cõminiscerent: quæ pauptatẽ seruãt/alunt q;:

atq; eatenus duntaxat opitulant: verū quæ illā tandē aliquādo tollant. Ac forsitā tibi hoc volebas Theogni quū diceres/ cā in altū mare ac præruptis de scopulis præcipitē dari oportere: Q; sigs semp paup: semp egens: quū sp mercede cōductus mereat hoc ipō sese arbitret aufugisse pauptatem: nō video q fieri possit: quo minus hic ipse sese fallere videat. Rursum alii negant sese pauptatē formidaturos: si nō reliquorū hoim in morē possint suo labore/suaq; industria victū suppeditare. At nūc sibi fractas esse corpis vires: seu senio: seu morbis: eoq; ad eā vitā mercenariā facilem videlicet atq; commodā cōfugere. Age igit, inspiciamus num vera prædicēt: et num ea quæ dant ex facili illis suppetāt: nō multo neq; adeo maiore labore cōstēt: q̄ vulgo suus victus. Nā id quidē etiā votis expetendū: vti citra laborē, citra sudorem, nullo negotio paratū argētum accipias. Verū q̄ hæc absint a vero: istud pfecto vt dignū est, ne dici qdem satis potest: tātū laborū: tantū sudorum in eiusmodi cōuictibus exhauriēdū: vt hic ne valetudo quidem ad id par sit: qppe quū quotidie sexcenta nō desint negotia: quæ corpus cōficiāt: adq; extremā vsq; defectionē delassent. Verū hæc suo loco dicemus: quū ēt reliquas illorū incōmoditates cōmemorabimus. In præsentia sat erat leuiter ostendere: qui se aiūt hac de causa in seruitutē addicere sese: ne istos quidem vero dicere. Supest iam vt eam cām referamus: quę qdem vt est verissima, ita ab illis minime pfertur. Nēpe ipōs voluptatis gra/et amplis illis spebus incitatos/vltro inuadere familias diuitū: auri/argentiq; vim et copiam admiratos: præterea q; felices sibi videant ob cōuiuia/ reliquasq; eius vitæ delitias: sperantes futurū: vti mox, nemine vitante, affatim aurum bibant. Hæc nimirū sunt quæ illos adducūt: atq; ex liberis seruos constituūt. Non rerū necessariarū vsus, quē prætexebāt: sed rerū nō necessariarū cupiditas: atq; ingentiū illarū et amplarū opū admiratio. Enimuero quēadmodū miseros istos atq; infelices amantes/callidi qdā et veteratores amasii receptāt et fastidienter ducunt/lactantq;: videlicet quo iugiter amātes/ambiāt ipōs atq; inseruiant. Cæterū ex amoris fructu, ne summo quidē osculo imptiūt. Intelligunt em̄ copia facta dissoluendū amorē. Id igitur ne fiat/præcauent: diligenterq; sui copiā subtrahunt. Alicqui spe semp retinēt amantē: metuētes/ne despatio minuat cupiditatis ardorē: amātēq; ab se alienet. Proīde sēp arridēt/pollicentq;: sp facturi sunt: sempq; gratificaturi: spq; ingentiū sumptuū rationē habituri: donec imprudentes ambo senuerint/atq; vtriq; iam pterierit ætas: huic ad amandū: illi ad dandū. Atq; ita omni vita nihil illis peractum est vltra spem merā. Atqui voluptatis cupiditate nihil non ferre: id quidem forsitan non vsq;adeo vitio vertendum: quin magis venia

danda:si quis voluptate capiatur,& hãc vndequaq; consectetur,quo possit ea potiri:q̃q̃ turpe forsan ac seruile:si quis ea gratia semet in ius tradat alie nũ: propterea q; voluptas quæ ex libertate percipit: multo suauior est q̃ ea quã ille libertatis iactura sectatur. Attamẽ hoc quoq; aliquo pacto ignoscẽ dum illis sit:si modo consequantur. Verũ enimuero ob solã voluptatis spem, multas perferre molestias,equidẽ & deridiculũ arbitror,& stultũ: maxime quũ videant labores certos esse, manifestos, & ineuitabiles: porro illud qđ speratur, qđ quidẽ nihil aliud tandẽ est q̃ voluptas, ne tã longo quidẽ tẽpo re contigisse. Prçterea aũt,nec verisimile videri:vt cõtingat aliquãdo:si qs modo rẽ recta reputet via. At Vlyssis socii/dulci quadam gustata loto reli qua negligebãt:ac psenti voluptate deliniti honesta cõtemnebãt:vt nõ pr= sus cũ ratõe pugnarit in illis honestatis obliuio:nimirq; animo voluptatis il lius sensu occupato. Verũ si quis famelicus alii cuipiã loto sese ingurgitãti neq; quicq̃ inde imptienti,assistat,idq; solã ob spem:q; credat fore, vt & ipi aliquãdo degustandã lotũ porrigat:assistat inquã ad hunc modũ,recti atq; honesti oblitus: dii boni q̃ hoc ridiculũ, planeq; verberibus q̃busdã Home= ricis dignũ. Ergo quæ istos ad diuitũ conuictũ adducũt: & quibus impulsi sese illis dedũt,ad quodcũq; lubitũ fuerit vtẽdos:hæc sunt, aut his ferme si millima. Nisi si quis & illos cõmemorandos esse iudicat: quos hæc vna res ad id cõmouet: q; glorioſum arbitrãtur, cũ illustribus atq; opulentis viris habere consuetudinẽ. Sunt enĩ qui hoc quoq; pclarũ ac magnificũ supraq; plebẽ esse existiment. Nam ego quidẽ,qđ ad me proprie attinet,recusarim vel cum Persarum rege conuiuere dũtaxat, conuictorq; videri,si nullus ex eo conuictu fructus ad me redeat. Quũ itaq; causa eius vitæ suscipiẽdæ sic illis habeat:age iam cõsyderemus apud nosmetipsos:primũ cuiusmodi sint illis perferẽda priusq̃ admittantur:priusq̃ obtineant. Deinde cuiusmodi in ipsa iam vita constituti patiãtur. Postremo quæ tandẽ catastrophe, quis fa bulæ exitus illis contingat. Neq; enim illud dicere possunt:hęc tametsi mo lesta sint,tamẽ assuescĩ facile:neq; ad id multo opus esse labore: sat esse si ve lis modo:postea reliqua omnia factu fore facilia. Imo necesse est vt primum diu sursum ac deorsum curſites: mane excitatus assidue pro foribus obuer seris,vt perdures:quũ protruderis:quũ excluderis:quũ improbus interdũ atq; importunus videris:cum ianitori male Syrissanti,ac nomenclatori Li byco subiiceris: quũq; nominis tui memoriam mercede redimere cogeris. Quin etiã vestitus tibi est apparandus: supra tuę rei facultatẽ,pro dignita te eius cuius conuictũ ambis: deligẽdus color, quo ille potissimũ gaudeat: vti ne discrepes,neue oculos illius offendas. Postremo vti gnauiter assecto=

re neceſſe eſt:vel antecedas potius,a famulis protruſus: ac veluti pompam quandã expleas.At ille interim compluris iã dies ne aſpicit quidẽ te. Q2 ſi qñ res tibi feliciſſime verterit,ſi te reſpexerit,ſi accerſiuerit,dixeritq; quicquid illud fuerit,qđ illi forte in buccã venerit:tũ deniq;, tũ plurim9 ſudor, tũ multa oculorũ caligo,tũ intẽpeſtiua trepidatio, tũ ſane eorũ qui adſunt, hæſitantiã tuã ac perplexitatẽ ridentiũ.Qua quidẽ nõ raro accidit:vt quũ oportuerit reſpõdere:quis fuerit rex Achiuorũ : mille naues illis fuiſſe reſpõdeas. Atq; id ſi qui ſunt modeſti pudorẽ vocãt:imodeſti timiditatẽ nominãt:improbi inſcitiã.Ita fit,vt tu primã hanc diuitis comitatẽ/tibi periculoſiſſimã expertus, ita diſcedas:vt tantã animi tui imbecillitatẽ ipſe condemnes.Porro vbi multas iam noctes inſomnes duxeris:vbi plũrimos dies cruentos egeris:haud quidẽ Helenæ gratia per louẽ:neq; ob Priameia pergama:verũ ſpe quinq; obolorũ: cõtigerit aũt & deus quiſpiã tragicus q tibi ſit auxilio:iam illud reſtat,vt exploreris excutiariſq;: num literas noris. Atq; ea quidẽ diſceptatio non iniucũda eſt ipſi diuiti: quippe qui laudatur interim,ac felix eſſe p̃dicatur.Cęterũ tibi videt,de vita ipſa,deq; omni fortuna tum certamen eſſe paratũ:propterea q9 tibi venit in mentẽ,idq; merito futurũ vt alius nemo ſit admiſſurus,ſi prius ab hoc reiectus, ac repudiatus videare. Interim in varias curas diſtraharis oportet : ptim dũ inuides iis q pariter ex æquo tecũ examinant. Finge enĩ & alios eſſe,qui eiuſdẽ fortunę tibi ſint cõpetitores:te vero tibi videri cũcta parũ abſolute reſpõdiſſe, metuẽtẽ interim ſimul & ſperãtẽ,ac miſere de illius vultu pẽdẽtẽ : qui ſi qđ parũ probet eorũ quę dixeris,periſti.Sin arridẽs auſcultat,hilareſcis & ſpe bona fultus cõſiſtis.Porro cõſentaneũ eſt:eſſe nõ paucos:qui tibi aduerſentur,atq; alios in tuũ locũ velint inducere. Horũ vnuſquiſq; clanculũ velut ex inſidiis in te iaculatur.Iã vero illud cõſydera: quale ſit virũ p̃miſſa barba,cana coma,examinari:nũquid bonæ rei didicerit:& aliis qdem didiciſſe videri:aliis ſecus. Superior interim vita,& oĩs anteacta ætas tua curioſius diſquiritur.Q2 ſi quis aut ciuis inuidia/ aut vicinus leui quapiã de cauſa p uocatus,te deferat,& adulterũ dicat:vel pæderaſten:is protinus/ iuxta vetus illud prouerbiũ:ex louis tabulis teſtis.Porro ſi pariter oẽs bene de te p̃dicẽt:ſuſpecti,leues,ac largitiõe redẽpti videbunt. Nã admodũ oĩa tibi cõſtent oportet.Nihil prorſus ſit,qđ tibi queat obſiſtere.Alioqui nũq; obtinueris.Age ſane.Hoc quoq; contigit:ac bona quapiã fortuna cũcta tibi feliciter ceſſerũt: & probauit ipſe doctrinã tuã: & amicorũ p̃cipui, quibuſq; ille huiuſmodi in rebus plurimã habet fidẽ,nõ dehortãtur.Ad hęc vult etiam vxor.Non refragatur domus p̃fectus,neq; item diſpẽſator.Nemo tuã iuſi-

mulauit vitã:dextra omnia,& omni ex parte bene promittũt ſacra. Viciſti igitur o fortunate,& coronatus es Olympia. Quin Babylonẽ magis cepiſti,aut Sardorũ arcẽ occupaſti.Habebis copię cornu & gallinaceũ lac emulgebis:iam ſane par eſt vt aliquãdo p̃mia capias,maxima videlicet,& q̃ laboribus tãtis reſpõdeant: ne corona tua frondea dũtaxat ſit: ſimul vt merces haud quaq̃ cõtemnẽda p̃ſtituat:eaq; cõmode ad vſum,citraq; negotiũ perſoluatur:vtq; reliquus itẽ honos tibi p̃ter miniſtroꝝ vulgus ſuppeditetur. Cęterũ a laboribus illis/a luto/a curſitationibus/a vigiliis/in otium te recipias:vti id qđ vulgo ſolẽt optare mortales,porrectis pedibus dormias, nihilq; iam facias p̃ter ea ſola/quorũ gratia primũ receptus es & in quę cõductus. Ita em̃ cõſentaneũ fuerat Timocles:neq; ingens malũ erat futurũ:ſi qs ſubdita ceruice ferat iugũ,leue nimirũ,& portatu facile: quodq; oim maximũ,auro illitũ.Atqui longe ſecus res habet:imo nihil horũ reperiet. Sigdẽ in mediis ipſis id genus cõuictibus/ſexcẽtę res accidũt:viro ingenuo neutiq̃ tolerãda. Quę quũ audieris:ipſe tecũ ordine reputato: nũ quiſq̃ ea ppeti queat:cui quidẽ cũ eruditione vel minimũ cõmercii fuerit. Exordiar aũt ſi videtur a primo cõuiuio:vnde conſentaneũ eſt te cõſuetudinẽ illã cõſpicaturũ.Primũ igitur,adeſt tibi quiſpiã: q̃ te iubeat ad conuiuiũ accedere: famulus nõ incomis: qui tibi prius placãdus datis in manũ,ne videaris inciuilis,vt minimũ quinq; drachmis.At ille Accizans,ſeq; quũ maxime cupiat,cupere diſſimulãs,Apage inquit.Ego ne quicq̃ abs te! Addit & illa, abſit, dii prohibeãt.Tandẽ flectitur atq; obtẽperat,ac diſcedit,te late diducto rictu ſubſannãs.Tu porro nitida ſumpta veſte, mũdiſſimeq; cultus, lotus accedis,ſollicitus interim/ne prior aliis aduenias.Nã id inurbanũ:quẽadmodũ poſtremũ venire,graue.Proĩde media inter vtrũq; obſeruata opportunitate ingrederis, teq; ſane q̃ honorifice excipiunt. Tum arrepta manu te quiſpiã iubet accũbere,paulo ſupra diuitẽ:iter duos ferme veteres amicos. At tu perinde atq; in Iouis ædes veneris,nihil non admiraris,& ad oĩa quę gerunt ſuſpẽſus inhias:propterea q; noua tibi atq; inuiſa ſint cũcta. Interim familia te ſpectat:omneſq; q; p̃ſentes ſunt,quid agas obſeruãt.Neq; vero ea res curę nõ eſt ipſi diuiti:quippe qui famulis aliquot p̃monitis negotiũ dederit,vt oculis obſeruẽt,quẽadmodũ te geras in pueros aut in vxorẽ: num ſubinde,ex obliquo reſpectes. Ac reliqui quidẽ cõuiuę, ſimulatq; te vident propter imperitiã ad ea quę fiunt attonitũ,ac ſtupefactũ, deridẽt clanculũ, coniectãtes te nũq̃ antea apud aliũ quẽpiã cœnaſſe,nouũq; tibi eſſe vt mantile apponatur. Proĩde/ſicuti veriſimile eſt/ præ hęſitãtia ſudes oportet, ac neq; cũ ſitias,audeas potũ poſcere,ne vinoſus videare:neq; variis appoſitis

opſoniis,& in ordinẽ quendã extructis, ſcire poſſes,cui prius aut poſterius manũ admoueas. Quare ad eũ qui proximus accũbit reſpectes neceſſe eſt: atq; eundẽ imitatus,cõuiuii rationẽ & ordinẽ diſcas. Alioqui anceps ſedes, et varians,animoq; penitus perturbato, & ad omnia quæ illic gerũtur obſtupeſcẽs. Atq; iterim quidẽ, diuitis admiraris felicitatẽ propter auri vim, et eboris,tantaſq; delitias. Interim tuã ipſe deploras infelicitatẽ:qui quum nulli⁹ ſis rei,tamẽ viuere te credas. Nonnũq; & illud in mẽtem venit:fore, vt admirandã & expetẽdã quãdã viuas vitã:quippe qui ſis omnib⁹ delitiis illis fruiturus,cũctorũq; ex æquo futurus particeps. Arbitraris enĩ te ſemp bacchanalia feſta celebraturũ. Quin & adoleſcẽtuli formoſi præminiſtrantes,ac ſilẽtio arridentes,ſuauius in poſterũ hoc vitæ genus pollicentur: vt Homericum illud nunq̃ definas in ore habere.

Haud vitio verti debet ſi Troia pubes
Armatiq; ſimul Danai,ſub Marte,laborum
Pondera tanta ferant.
Ob tantam videlicet felicitatem.

Accedunt ad hæc inuitatiũculæ ad bibẽdũ. Ac poſtulato perq̃ ingenti ſcypho quiſpiã præbibit tibi,præceptorẽ/ aut aliud quiddã deniq; te appellãs. At tu recepto ſcypho quid viciſſim oporteat reſpondere, propter eiuſmodi morũ imperitiem ignoras:iãq; ruſticanus,& inelegans eſſe videris. Cęterũ ea propinatio multoq; veterũ amicorũ inuidiã in te cõcitauit:e qbus nõ nullos iãdudũ tuus accubitus clanculũ vrebat: q; modo quũ aduenerís,iis anteponare:q multorũ annorũ ſeruitutẽ exhauſerint. Protinus itaq; talia quędã de te inter illos dicta ferunt. Illud ſcilicet malis noſtris deerat:vt etiã iis qui nuper in familiã cõmigrarũt,poſthabeamur. Et ſolis græculis patet vrbs Romana. Et qd habẽt:quãobrẽ nobis debeãt anteponi! Nũ mirificam quãdã vtilitatẽ adferre vident:quũ verbula q̃dã miſera dicũt! Rurſum alius/ hæc. An nõ vidiſti:quantũ biberit:quẽadmodum cibos appoſitos auide corripiẽs deuorarit! Homo inelegans,ac fame enectus:qui ne p ſomnũ qdẽ vnq̃ fuerit albo pane ſaturatus:multo min⁹ aue Numidica, aut Phaſiano: e quibus nobis vix oſſa reliqua fecit. Porro tertius,fatui inquit priuſq̃ qnq; abeãt dies,videbitis hũc nihilo pluris fieri q̃ nos. Nã nũc qdẽ/ nõ ſecus atq; calcei noui ſolẽt /in p̃tio eſt,& habetur charus: verũ vbi crebro iã fuerit calcatus,lutoq; deformatus,tũ miſere ſub lecticã abiicietur cymmicibus/ quẽ admodũ nos/oppletus. Atq; inter illos talia pmulta de te iactãtur. Ex qbus aliquot iã tũ etiã ad calumniãdũ inſimulãdũq; te incitantur. Omne igitur illud conuiuiũ tui plenũ: ac plærisq; de te ſermones. Tu vero propter inſo-

Luciani Libellus

lentiã atq; inſuetudinẽ plus q̃ ſat eſt hauris vini tenuis et acris: eoq; iãdudum aluo tibi cita diſcruciaris: verũ neq; decorũ tibi ante alios e conuiuio diſcedere: neq; rurſum manere tutũ. At ꝓducta interim in longũ potatiõe dũ ſermo alius ex alio naſcit: dũ ſpectacula alia poſt alia ꝓferuntur in cõuiuiũ (nã vniuerſum fortunæ ſuæ ſtrepitũ tibi cupit oſtentare) nõ mediocriter diſcruciaris: cui nõ liceat/neq; videre quæ gerunt: neq; auſcultare/ ſiqs voce/cytharave canat egregie dilectus adoleſcẽtulus. At laudas tñ inuit⁹ cæterũ animo illud optas: vt aut terræmotus repens ortus ea cũcta diſcutiat: aut incendiũ aliquod renũtietur: quo ſimul conuiuiũ tandem aliquando dirimatur. Habes amice primũ illud ſcilicet et ſuauiſſimũ conuiuiũ: qd mihi quidẽ haud quaq̃ ſuauius ſit cepis/ candidoq; ſale/ libere quũ velim ex his et quãtum velim edenti. Verũ vt ne tibi cõmemorem ructus acidos, q deinde ſequũtur: vt ne nocturnos vomitus: mane vobis erit de mercede pacto tranſigendũ: quantũ/et qua anni parte te oporteat accipe. Ergo præſentibus duobus aut tribus amicis, accerſito te/et cõſidere iuſſo, ſic loqui incipit. Facultates noſtræ cuiuſmodi ſint/iam ꝑſpicere potuiſti: q̃ nullus in his faſtus: ſed citra oſtentationẽ/moderata ac popularia omnia: ſed mediocria oñia ac plebeia. Sic aũt aĩm inducas velim: vt exiſtimes oĩa nobis fore coĩa. Nã ridiculum ꝓfecto: ſi quũ chariſſimã poſſeſſionũ mearũ ꝓtem, puta meã ipſius vitã, aut ꝑ louẽ/liberorũ etiã (ſi fors illi liberi fuerint erudiendi) tibi credam: nõ aliarũ itẽ rerũ te mecũ ex æquo dñm ac poſſeſſorem exiſtimẽ Cæterũ qñ certi qppiam eſt præfiniendũ: equidẽ video vitæ tuæ frugalitatem/et aĩm paucis cõtentũ. Neq; nõ intelligo haud mercedis adductũ ſpe te in noſtrã veniſſe familiã: verũ aliarũ gratia rerũ: puta noſtræ in te beniuolentiæ cã: tũ honoris: q tibi præter cæteros ois continget. Attñ ꝓfiniẽdũ eſt aliqd. Quin ipe magis qđ videbitur ſtatuito: habita rõne, vir amiciſſime, munerũ etiã illorũ quæ quotãnis feſtis diebus a nobis acceptur⁹ videris. Neq; eñ vel iſta nobis fuerint neglectui futura: etiã ſi nũc hæc pactione nõ cõplectamur. Scis aũt cõplures p annũ eiuſmodi munerũ occaſiones incidere. Horũ igit habita rõne, moderatius nimirũ ꝓmiſi nobis præſcribas. Præterea decet etiã vos hoĩes eruditos/pecuniã negligere. Hæc ille dicens totũq; te varia ſpe labefactãs/mitẽ ſibi ac tractabilem reddidit. Tu porro q dudum talenta/ ac multa nummũ milia ſomniaras/ ſolidos agros/ et familias, ſentis qdem tacitus apd te hoĩs ſordes ac parſimoniã: nihilominus blãditur tibi pollicitatio tamen: atq; illud cõmunia futura ſunt omnia/ratũ et verum fore arbitraris: ignarus eiuſmodi dicta

Summis e labiis, non imo e corde profecta.

Tandē prę pudore ipſe ſtatuēdi ius defers. Verum ille facturum ſeſe negat. Cęterū ex amicis pſentibus quēpiā in eo negotio veluti mediū intercedere iubet: qui ſalarii modū pronūtiet eum: qui neq; ipſum grauet, vt cui plurimas tum alias in res magis his neceſſarias ſumptus ſit faciēdus: neq; rurſus ei qui laturus eſt, ſit oīno indignus. Atq; is ſeniculus quiſpiam, diuitis æqualis, vna cū illo a pueris/adulādo educatus. Eho tu inqt: nū inficias ire potes: quin vnus ſis qui in hac vrbe viuūt omniū fortunatiſſimus: cui primū cōtigerit: qđ pluribus miſere cupiētibus, vix a fortuna dari poſſit: nēpe vt in huius hoīs cōſuetudinē admittaris, vt cōmunes penates habeas, vt in familiā inter Romanos primariā recipiaris? Id nimirū tū Crœſi talēta, tū Midæ diuitias ſuperat: ſi modo modeſtus eſſe noris. Equidē nō paucos noui magni nominis viros: qui cupiiſſent, etiā ſi quid vltra dandū fuiſſet, gloriæ dūtaxat cauſa, cum iſto viuere, & familiares apud hunc atq; amici videri. Quapropter haud inuenio: quibus modis tuā prædicē felicitatē: qui quidē ad hanc tā expetēdam fortunā/ etiam p̄mio addito admitteris. Proinde, mihi ſatis eſſe videtur: niſi plane es inſolēs: ſi tantū accipias: ſimulq; pnūtiat, ſane minimū quiddā, præſertim ad ſpes illas tuas: attamen boni cōſulas neceſſe eſt. Neq; em̄ iam poſſis effugere: quū intra retia tenearis. Frenū igitur recipis, muſſitans, ac diſſimulans, ac initio quidē non magnopere illi reluctans, facileq; ſequeris: vt qđ non admodum te torqueat, neq; ſtringat, donec illi tandē paulatim aſſueueris. Tum vero ii qui foris ſunt mortales, hoc ipſo nomine tuam fortunā admirātur: q; te conſpiciāt intra cancellos verſantē, ac nullo prohibēte introeuntē, prorſuſq; p̄claris illis opibus delitiiſq; domeſticū quēdā ac familiarē eē factū. At ipſe nōdū videre potes: quāobrē illi te felicē exiſtimēt: niſi q; gaudes tamē teq; ipſe fallis, ſemper futura meliora fore exiſtimans. Cæterū contra atq; ſperaris euenit: & quēadmodum adagio dicitur: iuxta Mandrabuli morē negotium procedit: in ſingulos (vt ita dixerim) dies, deterius ac retro relabens. Vnde paulatim velut in luce dubia/tum demū diſpiciens intelligere incipis, aureas illas ſpes, nihil aliud fuiſſe, q̄ ampullas quaſdā inauratas, porro graues/ veri/ineuitabiles/perpetuiq; labores. Sed quinam iſti ſint, forſitan me rogabis. Neq; em̄ video inquies: quid in hac conſuetudine ſit adeo moleſtū: neq; intelligo iſta quæ commemoras, grauia atq; intoleranda. Audi igitur vir egregie: non moleſtiam modo negotii perpendens, verū fœditatē/humilitatē/prorſuſq; ſeruilitatē/vel pręcipue interim cōſyderans. Principio memineris ex eo tēpore, te iā neq; liberū, neq; ingenuū poſſe videri. Noueris em̄ te hęc omnia genus/libertatē/progenitores/ante limen relinq̄re: quū ī huiuſmodi ſeruí-

rutem temetipsum addicēs in ædes ingrederis. Siquidē libertas tibi comes ire recusarit, ad vitam tam indignā, tam humilē te conferēti. Seruus itaq; (tametsi nomine ipso grauiter offenderis) seruus inquā, velis nolis, futurus es: neq; vnius seruus verū cōpluriū: operāq; seruilē præstare cogeris, obstipo capite, a diluculo in vesperam vsq;: idq; mercede vili atq; indigna. Adde, q; ne placebis quidē admodū, neq; domino satisfacies, neq; ab illo magnifies: vt qui non a puero fueris ad seruitiū institutus, sed sero didiceris, atq; ætate multū aliena cœperis ad id erudiri. Excruciat autē te pristinę libertatis memoria, animo recursans: facitq; vt interdū resilire conere, reluctersq;: atq; ob id ipsum fit: vt seruitus tibi molestior accidat. Nisi forte illud tibi ad libertatē sufficere putas: q; nō fueris Pyrrhia aut Zopyrione patre prognatus: aut q; nō sic/ vti Bithynicū aliquod mācipiū/ vociferāte ꝓcone diuēdaris. Atqui tū vir egregie: quū instāte nouilunio, Pyrrhiis & Zopyrionibus imixtus, manū itidē, vt alii seruuli protēdis, capisq;, quodcūq; illud tandē est qđ datur: hęc videlicet est auctio. Nā pręcone nihil op⁹ erat homini qui ipsus sui fuerit pręco: quiq; ipse vltro sibi multo tēpore dominū ambierit. Age iam o sceleste (cur enī nō dicā pīsertim in eū qui se philosophū esse dicat!) si quis te pyrata inter nauigādū captū, aut si quis prædo in seruitutē tradidisset: teipsum deplorares, tanq; indignā fortunæ iniuriā patiētē. Aut si quis manu iniecta, te duceret, in seruitutē asserēs, leges inclamares: omnia faceres, acerbe ferres: & o terra, o dii, magno clamore vociferareris. Nunc vero: quū ipse te, ob paucos obolos, id ætatis in qua etiā si seruus natus esses, tamē tēpestiuū fuisset iam ad libertatē aspirare: cū ipsa virtute ac sapiētia vltro adductum vēdideris: nihil illa reueritus, quę pmulta ab egregio Platone/ Chrysippo/ Aristotele differūtur: quū libertatē laudāt, seruitutē damnant. An nō te pudet: quū inter hoīes assentatores, & emptitios, ac scurras versans ex æquo cū illis æstimaris: quū in tāta Romanorū turba, solus peregrino in pallio versaris: quūq; Romanā linguā perperā ac barbare sonas: præterea, quū agitas conuiuia, tumultuosa, magna hominū turba cōferta: quorū plęriq; collectitii, quidam sunt & improbi! Atq; inter hos laudas odiose, bibisq; pręter modū: deinde mane ad tintinabulū expergefactus, discussa ab oculis dulcissima somni parte, vna sursum ac deorsum circūcursas: hesterno luto etiamdū tibiis adhærēte! Vsqadeo ne te lupini aut holerū agrestiū tenuit pœnuria! Vsqadeo tibi defuerūt fontes frigida manantes aqua, vt per desperationē ad ista deuenires! Haud puto. Quin potius palā est: te, nō frigidę aquæ, neq; lupini, sed bellariorū, atq; opsoniorū, viniq; odorati cupiditate captū eo veniisse. Quæ dū lupi piscis in morē aui-

dius appetis: tuo merito euenit: vt hamus tibi fauces transfixerit. Itaq; pręsto sunt huius intẽperantiæ, gulęq; authoramenta. Ac perinde atq; simia a trunco reuinctus, reliquis quidẽ omnibus risui es: at ipse tibi delitiis affluere videris, cui cõtigerit / affatim expleri caricis. Cæterũ libertas / ingenuitas / vna cũ ipsis gẽtilibus, ac tribulibus, hæc nimirũ euanida cuncta, atq; istarũ rerũ ne memoria quidẽ vlla: q̃q̃ hoc quoq; ferẽdum: si vita ista cũ hac turpitudine dũtaxat esset coniũcta: q; e libero seruũ videri facit: nõ labores etiã accederẽt, cũ illa seruorũ colluuie cõmunes. Sed vide, num quæ tibi imperãtur, leuiora sint his: quæ Dromoni aut Tybio mãdantur. Nam doctrinę q̃dẽ, cuius rei cupiditate simularat te in familiã suã accersisse sese, perq̃ exigua illi cura est. Quid enĩ (vt dici solet) cõmercii asino cũ lyra! An nõ vides videlicet: q̃ miserę macerẽtur imodico desyderio, vel Homericę sapiẽtiæ, vel Demosthenicę grauitatis ac vehemẽtię, vel Platonicę sublimitatis! Quorũ me hercle ex animis si quis aurũ / argẽtum / atq; harũ rerũ curas tollat: nihil fuerit reliquũ, præter fastũ / mollicię / lasciuiã / luxũ / ferocitatẽ / imperitiã. Atq; ad ista nihil prorsum opus te. Verũ quoniã tibi barba ingens pẽdet a mento: quoniãq; vultu ipso graue quiddã & venerandũ præ te fers tũ quia pallo græcanico decẽter amictus es: norũtq; iã omnes te grãmaticũ esse, seu rhetorẽ, seu philosophũ: pulchrũ ille sibi putat: vt & eiusmodi quispiã / anteambulonũ suorũ põpæ permixtus esse videatur. Futurũ enĩ hac re vt græcanicarũ disciplinarũ studiosus, reliquæq; omnis doctrinæ neq; negligẽs, neq; rudis esse putetur. Vnde fit vt in periculũ vir egregie venias: ne non tã ob admirandas illas artes: quin magis ob barbã palliũq; cõductus esse videare: proinde vt perpetuus apud illũ conspiciaris oportet: neq; absis vnq̃: verũ vt diluculo relictis stratis, in famulitio temet exhibeas cõspiciendũ: neq; locũ in acie deseras. Porro ille iniecta nõnũq̃ tibi manu, quicqd forte in mentẽ ĩciderit, de hoc tecũ nugatur, obuiis ostẽtans, q̃ ne per viam quidẽ ingrediens, incurius sit literarũ, quin vt illud ipsum etiã otium: qđ inter inambulandũ dat, in re quapiã honesta collocet. At tu miser interim, nũc cursim, nũc gradatim, nunc scansim plærũq;, nunc descẽsim (Nam scis huiusmodi esse vrbẽ) obambulans, tum sudas, tum spiritũ anhelus trahis. Deinde illo intus cum amico quopiam / ad quem accessit / confabulante, quũ tibi interim locus desit, vbi vel assidere queas: librum videlicet in manum sumis: quoq; fallas tædium, legis. Post vbi ieiunũ te sitientẽq; nox occuparit, incommode lotus, intempestiue / puta nocte ferme concubia / ad cœnam accedis: haud perinde deinceps in ptio habitus, neq; conspiciẽdus his q adsunt. Verum si quis aduenerit recentior: tu post tergum reiiceris. Itaq; in

angulum aliquem abiectiſſimũ retruſus/accumbis : teſtis duntaxat ac ſpectator eorum quæ apponũtur:canũ ritu oſſa circũrodens:ſi fors ad te perueniat:vel aridũ maluæ folium quo reliqua inuoluunt , ſi faſtidiatur ab iis qui ſupra te accumbũt,præ fame libẽter arrepturus. Audi iam et aliud cõtumeliæ genus.Quid q̃ ne ouũ quidem ſoli tibi apponitur.Neq; enim conuenit:vt tu ſemper eadem requiras:quæ hoſpitibus atq; ignotis miniſtrãtur:quãdoquidẽ hæc tua ſit inſcitia atq; inurbanitas. Neq; auis eiuſmodi tibi apponitur:qualis aliis.Verũ diuiti illi pinguis et ſucculenta:tibi pull⁹ dimidiatus:aut palumbus aliquis aridus atq; inſipidus:non auis videlicet: ſed manifeſta cõtumelia ludibriũq;.Neq; vero raro fit:vt ſiquãdo deſit alibi,miniſter repente te inſpectãte ſubmouens ea quæ tibi erãt appoſita aliis apponit:illud tibi ad aurem immurmurans:tu ꝓfecto noſter es.Q; ſiquando interim diſſeceť/vel porca fœta/vel ceruus:aut ſtructorẽ tibi modis omnib⁹ ꝓpitiũ habeas oportet:aut certe Promethei partem feres: nempe oſſa adipe circumtecta. Nam q̃ ei qui ſupra te accumbit patina ſinitur adſtare quoad ſatiatus repudiet:te contra tam celeriter prætercurrat: q̃s tandem iſthuc ferat/qui modo ſit ingenuus/ cuiq; tantũ inſit bilis, quãtũ vel ceruis adeſt! Atq; illud equidẽ nondũ dixi: q̃ reliquis ſuauiſſimũ ac vetuſtiſſimũ vinũ bibẽtibus,tu ſolus malum quoddã et pingue bibis. Proinde illud ſem per curas:vt auro/argentove bibas:ne colore prodente/palam fiat/te vſq; adeo cõtemptũ/neglectũq; eſſe conuiuã : q̃q̃ bene tecũ ageretur: ſi vel illud ip̃m ad ſatietatem vſq; bibere liceret. At nunc vbi crebrius popoſceris,miniſter audiſſe diſſimulat.Adde iam multas interim et alias eſſe res : quæ te diſcrucient:imo nihil eſſe ferme,quod nõ ſit acerbum: maxime quũ tibi cynœdus aliquis antefertur : quin pluris te ſit is, qui ſaltandi docet artẽ:q̃ iocos Ionicos cõtexit Alexandrinus quiſpiã homũculus.Nam qui tibi ſperes tu vt in accubitu æqueris iis qui voluptates et amatoria ſubminiſtrãt! qui literulas in pectore geſtant!Proinde in obſcuro quopiã cõuiuii latibulo tectus/præq; pudore abſtruſus/ſuſpiras:vti cõiectandũ eſt:teq; ip̃m deploras ac fortunã incuſas tuã:quæ tibi ne pauxillulum quidem leporis ac venuſtatis aſperſerit.Ac prorſus ita videris affectus:vt optes poeta fieri:vt amatorias conſcribas cantiones:aut ſi id nõ cõtingit,vel eam aſſequi facultatem, vt poſſis ab aliis conditas digne canere. Vides enim quibus in rebus ſitum eſt:vt quis efferať/ plurimiq; fiat. Quin et illud ferre queas: vt magi quoq; aut arioli perſonam(ſi neceſſe ſit) induas:ex horũ genere q̃ amplas hæreditates,qui imperia,qui cumulatas opes pollicenť. Quandoquidẽ hos quoq; vides non mediocriter a diuitibus amarí/plurimiq; fieri. Eaq; vel vnũqd

libet horũ fieri percupias: vti ne prorsus reiiculus, atq; inutilis appareas. Atqui ne ad ista quidẽ docilis es ifelix: proinde submittas te oportet, mussi tesq; ac tacitus feras, clam apud te plorans, ac neglectui habitus. Etenĩ si te famulus aliquis susurro deferat: q solus omniũ non laudaris, puerum herę saltantẽ, aut cythara canentẽ: ista scilicet ex re non leue discrimẽ impẽdet. Quapropter terrestris in morẽ ranę, sitiens vocifereris necesse est: id operã dans: vt ĩ laudantiũ numero isignis ac pręcipuus appareas. Quin sępicule/ silẽtibus reliquis/ tibi ficta quædã laus proferẽda: quæq; multã sapiat assentationẽ. Iam vero magnopere ridiculum est: cum esurias iterim sitiasq;, vnguẽtis collini, ac vertice gestare coronam. Siquidẽ id tẽporis non dissimilis videre sepulchrali columnę/ vetusti cuiuspiam cadaueris: quę gestare solet ea quæ manibus iferuntur. Nam huic ifuso vnguẽto, ipositaq; corona, ipsi & bibunt, & edunt apparatas epulas. Porro si etiam zelotypus quispiã fuerit, sintq; illi vel pueri formosi vl' vxor puella: neq; tu prorsus a venere gratiisq; fueris alienus: profecto nõ satis tuta res, neq; periculum negligẽdum: propterea q; regis plures sunt oculi: qui quidẽ non vera solum vident: sed semper veris aliquid addunt ad cumulum ne conniuere videantur. Quas ob res/ vultu demisso tibi est accumbendum: quẽadmodum in Persicis conuiuiis fieri mos est: verito, ne quis eunuchus sentiat te in concubinam aliquam coniicientem oculos: moxq; alter eunuchus, cui iamdudum arcus in manu tensus est, quia videris quę videre nephas: inter bibẽdum / malam iaculo trãsfigat. Iam peracto conuiuio: vbi paululũ dormieris: ad galli cantũ expergefactus, O me miserum inquis: o ifortunatum: cuiusmodi quondam conuictus, quos amicos reliqui: tum vitam tranquillam & ocii plenã: somnũ quẽ meapte cupiditate metiri soleo: deambulatiões liberas: atq; ex his in quale barathrum memet præcipitẽ dedi! Et deum imortalem, cuius tandẽ rei gratia! Aut quodnam istud magnificum prẽmium! At ne fieri quidẽ potuit: vt mihi vnq̃ alias plures commoditates suppeterẽt q̃tum suppetebãt. Tum autẽ accedebat: libertas: atq; omnia pro meopte arbitrio faciendi facultas. Nunc porro iuxta id qđ prouerbio iactatum est: Leo chordula vinctus sursum ac deorsum circumferor. Qđq; omnium est miserrimum, maximeq; deplorandum: neq; efficere possum vt placeã, neq; gratiam emereri queo: propterea q; harum rerum sum iperitus ac rudis: maxime compositus collatusq; cũ his qui hęc velut artẽ profitẽtur. Proinde iiucundus sum: ac neutiq̃ aptus cõuiuiis: quippe qui ne risum quidẽ concitare norim. Quĩ etiam sentio me non raro molestum esse & importunum: quum adsum: maxime, quũ ipse seipso festiuior esse conatur. Nã illi tetricus videor. In sum-

ma nullam inuenio viam:qua me illi accõmodem. Eteni ſi meam ipſius au-
thoritatẽ ac ſeueritatẽ tueri pergo,iniucundus videor:ac propemodũ hor
rẽdus ac refugiendus.Contra ſi riſero:vultumq; q̃ poſſum maxime ad hila
ritatẽ compoſuero:faſtidit ilico ille,& auerſatur.Ac prorſus tale quiddam
mihi videtur: quale ſit,ſi quis ĩ perſona tragica comœdiã agere tentet.Po-
ſtremo quã tandẽ aliam vitam mihi viuã demẽs , poſteaq̃ hanc præſentem
alteri vixerim?Dum hæc tecum loqueris:iam ſonuit tintinabulum: iãq; ad
eadem tibi redeundum eſt:obambulandum:ſtandum : ſed ceromate inun-
ctis ante femoribus poplitibuſq;:ſi modo velis par eſſe certamini prẽmioq;
tollẽdo idoneus.Deinde conuiuium idem & eadem apparatum hora,laniq;
adeo diuerſa viuendi ratio ſuperioriq; contraria:tum inſomnia,ſudor, de-
fatigatio,paulatim quaſi ſuffoſſis cuniculis inducunt vel tabẽ : vel pulmo-
nis exhulcerationẽ:vel inteſtini tormina:vel egregiam illam podagrã.Re-
luctaris tamẽ ſedulo: ac frequenter quum valitudo poſcat vti lecto decum
bas,ne hoc qdem licet:eo q; aſſimulari morbus quo munia officiaq; iuſta de
fugias exiſtimatur.Hinc prẽter omneis perpetuo palles:ſemperq; iamiã mo
rituro videre ſimilis.Et hactenus quidem de his quę domi ferẽda ſunt. Q2
ſi quando fuerit peregrinandum(vt ne interim referam alia incommoda)
ſæpe fit,vt pluuio cœlo/vbi poſtremus veneris(Nam is locus tibi ſorte cõ-
tigit)vehiculum opperiaris:donec nullo iã reliquo loco vbi diuerſeris,pro
xime coquum aut heræ comptorem te reclinãt:ne ſtipulis quidem affatim
ſubſtratis.Neq; vero tibi referre grauabor:qđ mihi Theſmopolis iſte Stoi
cus narrauit ſibi accidiſſe:rem profecto nimiſq̃ ridiculam : quæ tamen ea-
dem poſſit & alii cuiuis accidere.Conuiuebat enim cum opulenta quadam
ac delicata muliere ex illuſtribus iſtis & vrbanis.Eã/quũ aliquando peregre
proficiſceretur(nam id primum agebat ſibi maximopere deridiculum acci
diſſe)ĩ curru ſibi viro nimirum philoſopho adiunxiſſe cinædum quẽpiam
picatis cruribus:deraſa barba.Quem illa honoris(vt coniicio)gratia ſecũ
ducebat.Quin nomen quoq; cinædi commemorabat. Aiebat enim Cheli-
donium vocari.Iam primum illud cuiuſmodi fuerit vide : iuxta virum ſe-
uerum tetricumq;/tum ſenem canoq; mento(Scis autem q̃ profundam ac
venerabilem barbam habuerit Theſmopolis)aſſidere nihili hominẽ & ef-
fœminatum:picturatis oculis:lubrico vultu:fracta ceruice:non Chelido-
nem per Iouem.i.hyrundinẽ ſed vulturem magis,reuulſis barbæ plumis.
Q2 ni magnopere illum fuiſſet deprecatus , ne faceret:futurum fuiſſe : vt
flãmeum etiam ĩ capite geſtans aſſideret.Prẽterea autẽ perpetuo hoc itine-
re moleſtias innumerabiles pertuliſſe ſeſe:illo cãtillante garrienteq;:demũ

(nisi idem hominẽ coercuisset)in rheda etiam saltrante. Addebat secundo loco tale quiddam sibi fuisse mandatum. Accersito illi mulier Thesmopoli inquit:ita tibi dii bene faciant:magnum quoddam officium abste requirã, qđ caue recuses,neq; expectes vt quicq̃ te sim rogatura studiosi⁹. Atq; hoc (vt est credibile)omnia se facturũ pollicito,hoc inquit te rogo quandoquidẽ video te virũ probum / diligentẽ & amantẽ caniculã quã nosti Myrrhinam,i vehiculum recipe:eamq; mihi serua:curans ne quid illi desit. Nã mi scra grauida est atq; adeo propemodum iam propinqua partui. At isti scelesti & imorigeri ministri,non dicã huius,sed ne mei quidẽ ipsius magnopere rationẽ habent in peregrinationibus. Quare ne te putes mihi mediocre beneficium facturum: si charissimã mihi iucũdissimãq; caniculã seruaris. Recepit Thesmopolis quum illa tantopere rogaret ac propemodũ etiã fleret. Porro spectaculum erat supra modũ ridiculum. Canicula e pallio prominẽs prospectansq; paulo infra barbam ac subinde imeiens (Tametsi hæc qdẽ Thesmopolis reticuit)ac gracili voce latrãs(huiusmodi enĩ catellę iam in delitiis sunt)neq; non philosophi mẽtum oblingens,maxime si quid prudiani iuris inhæreret. Porro Cinędus assessor ille quum non insulse super cõuiuium dicteria quædam iecisset ĩ eos qui aderant:ac deniq; & ad Thesmopolim vsq; dicacitas peruenisset:de Thesmopolide(ĩquit)vnũ hoc possum dicere eum e stoico Cinicum iam nobis esse factum. Equidẽ audiui caniculã etiam peperisse i Thesmopolidis pallio. Huiusmodi delitiis illudunt:vel(vt verius dicam)huiusmodi contumeliis ac ludibriis tractant eos:qui cum ipsis viuunt:paulatim eos cicures ac mansuetos ad ferendas contumelias reddẽtes. Prętera autẽ & Carcharorum oratorem noui:qui iussus super cœnam declamabat,neutiq̃ inerudite per Iouem: imo grauiter & absolutissime:ac laudabatur interim ab illis bibentibus:quum non ad aquæ modum / sed ad vini amphoram oraret. Atq; eam molestiam/ob ducentas drachmas perpeti ferebatur. Verum hęc quidẽ fortassis vtcunq; toleranda. Porro si diues ipse aut poeticus fuerit:aut historicus:q̃ sua ipsius scripta ĩ conuiuio recitare gaudeat:tum vero maxime futurum est:vt discrucieris ac dirumparis. Nẽpe quum admirari,quum assentari,quum nouos quosdã laudandi modos cõminisci necesse habes. Sunt autẽ qui & formę noĩe studeant admirãdi videri. Eos nunc Adonidas nũc Hiacynthos appelles necesse est:etiã si illis naris nõnũq̃ cubitali hiet specu. Qđ ni laudaris protinus ĩ lapidicinas dionysiacas asportaberis:tanq̃ q̃ illi tũ inuideas,tum isidieris maleq; velis. Ad hęc & sapientes & rhetores sint necesse est. Q2 si etiã rustice quippiã dixerint,tũ vero iuxta illud qđ dici solitum est,Atticę atq; Hymetti plenam

orationem videri volunt:atq; in legem abire: vt deinceps ita loquãtur homines. Qz̃q̃ quę viri faciũt,ferri forsitan queant. At vero mulieres(nã mulieribus etiã illud studio est,vt doctos aliquot in suo cõuictu cõductitios habeant:quiq; sese mercede assectẽtur:) Quãdoquidem hoc quoq; ad reliquũ cultum elegantiãq; pertinere putant: si dicant eruditæ:si philosophi:si carmina cõponere Sapphicis haud multo inferiora)ob hæc sane hæ quoq; cõductitios rhetores grãmaticos philosophos circũferũt. Hos autẽ adire solent(id qđ ipm est ridiculũ)tũ tẽporis quũ vel comunt aut capillos in orbẽ religãt:vel in conuiuio. Nã alias non suppetit illis otiũ. Porro sæpenumero fit: vt interim dũ philosoph⁹ quippiã differit,interueniẽs ancilla literulas ab adultero porrigat. Ac pręclari illi de pudicitia sermones intermittũtur opperiẽtes donec illa rescripserit adultero:atq; ita redeat ad auditionẽ. Porro si quãdo multũ tẽporis instãtibus saturnalibus aut panathenæis misera quæpiã vmbella tibi mittatur aut tunicula semiputris ac detrita:tũ deniq; plurima missitẽtur oportet. Atq; aliquis qui statim subauscultarit herũ id facere destinantẽ:præcurrit primus:adiensq; nõ exiguum precium aufert: qui renunciarit. At mane plus tredecim te adeunt idem adportãtes nũcii: quorũ quisq; cõmemorat q̃ multa dixerit : quẽadmodũ submonuerit: quẽadmodum adhortans cõmodiora subiecerit. Omnes itaq; donati præmio discedunt:at non sine murmure tamen: qui non plura dederis. Porro salarium ipsum,sex ferme obolorum. Idq; si tu postules:grauis atq; importun⁹ haberis. Proinde quo illud aliquando auferas,primũ ipsi hero adulẽris supplexq; fias necesse est:deinde captãdus & dispensatoris fauor. Nã hoc quoq; quoddam est seruitutis genus. Neq; vero negligẽdus is quem in consilium adhibet:neq; item amicus. Deinde qđ acceperis iam dudum debebatur vel vestiario:vl' medico:vel cerdoni cuipiam. Vnde fit vt sera atq; intempestiua eoq; inutilia præmia tibi accedãt. Cæterum inuidia ingens. Iamq; etiam calumniæ quædam paulatim struuntur in te: apud hominem qui iam non inuitis auris accipiat si quid aduersum te dicatur. Quippe qui perspiciat te laboribus assiduis iam detritum:& ad obeunda munia famulatus claudicantem:atq; obaudiẽtem : ac podagra subinde grauari. Proinde posteaq̃ id quod erat in te florentissimũ decerpsit:æuiq; partẽ maxime frugiferam ac pręcipuum corporis vigorẽ detriuit:iãq; te lacerũ pãniculum reddiderit: tum modis omnibus circũspicit in qđ sterquiliniũ te portatũ abiiciat: atq; alium pferendis laboribus idoneũ in tuũ substituat locũ. Ibi infimulatus vel q̃ pusionẽ illius tentaris: vel q̃ homo senex vxoris ancillã virginẽ vitiaris: vel alio quouis imposito crimine:noctu obuolutus ac præceps datus extru

deris,diſcediſq; deſertus ab omnibus,atq; oim inops rerum optimam poda gram vna cum ſenecta comitem ducens.Quum interim quæ quondam ſci ueris,tanto temporis ſpacio dedidiceris:tum ventrẽ culeo reddideris am pliorem,tibiq; paraueris iexplebile quoddam & implacabile malum. Etenĩ gula ea quibus aſſueuit/flagitat.Quæ cum negantur indignatur. Adde q; pręterea nemo te poſthac recepturus eſt in familiam:vtpote cuius iam prę terierit ętas:quiq; ſimilis euaſeris equis ſenio affectis:quorum ne pellis quí dem perinde vt aliorum animantium eſt vſui. Quĩ ex hoc ipſo q; eiectus es calumnia q̃ poteſt proxime ad veri ſimilitudinẽ conficta/facit,vt aut adul ter:aut veneficus:aut aliud quippe tale videaris.Nam accuſatori vel tacen ti fides habetur.Tu vero Greculus,moribus leuibus & ad omne facinus fa cilis.Siquidem huiuſmodi non omnes eſſe ducunt:idq; iure optimo.videor enim mihi cauſam aduertiſſe,quãobrem eiuſmodi de nobis obtineant opi nionem.Nam plæriq; q in familias accedunt:propterea q; alioqui nihil bo nę rei didicerunt:diuinationem ac maleficia profitẽtur:concíliationẽ amo rum:abductiones ĩ hoſtes:atq; id quum faciunt,doctos ſeſe affirmant: pal liis amicti barbiſq; neutiq̃ contemnendis onuſti. His rebus fit vt non iniu ria eandem de reliquis omnibus habeant opinionem:quando eos quos prę cipuos eſſe iudicant videant tales. Maxime vero poſteaq̃ animaduerterint q̃ ſint in conuiuiis reliquoq; conuictu adulantes:q̃ ad lucrũ humiles ac ſer uiles.deinde eiectos eoſdem iam oderunt:neq; id iiuria : ac modis omnibus adnituntur vt eos funditus perdant:ſi quo modo poſſint. Verẽtur enim:ne cuncta illa vitæ ſuæ myſteria ĩ vulgus efferant:quippe qui nihil non exacte norit:quiq; illos nudos conſpexerint.Ea res igitur illos male angit.Omnes enĩ ſimiles ſunt pulcherrimis iſtis libris quorũ aurei qdem vmbilici,pur purea foris pellis:cæterum intus aut Thyeſtes eſt liberos ĩ conuiuio come dẽs,aut Oedipus matris maritus,aut Tereus cũ duabus pariter ſororibus rem habens.Eiuſmodi ſunt & illi:ſplendidi conſpicuiq;.Porro itus ſub pur pura varias occulunt tragœdias. Quorum vnumquẽq; ſi euolueris expli cueriſq;,fabulam non mediocriter longam reperies / Euripidis cuiuſpiam aut Sophoclis.Contra foris nil niſi purpura ſplendida aureiq; vmbilici.Ha rum itaq; rerum ſibi conſcii oderunt illos,atq; inſidias parant:ſi quis peni tus ab illis defecerit:qui eos probe cognitos depĩgat , qualeſq; ſint euulget. Iam vero libet mihi Cebetis illius exemplo & imaginẽ quandam huius vi tę tibi depingere:vt eam contemplatus ſcire queas,num ex vſu tuo ſit eam adire. Equidem magnopere cupiam vel Apellem quẽpiam,vel Parrhaſiam vel Etionem,vel Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere.

Verum quoniam fieri potis non eſt: vt aliquem artificē tam egregium atq; abſolutum nancíſcamur: ín præſentia tenuem quãdam pro mea vírili imaginem adumbrabo. Ergo pīgatur veſtíbulum ſublíme atq; ínauratum neq; id humí ſitum ſolo: verum procul a terra ín edito collís faſtigio. Præterea ínacceſſum ferme & abruptum lubrícoq; aditu, ita vt plęrũq; qui ſe íam ad ſummum vſq; vertícem penetraſſe ſperarant / lapſo pede præcipitati ceruícem frangant. Intus autē opulentia ſedeat: tota (ſic vti videtur) aurea: maíorem ín modum formoſa atq; amabílis. Porro amator vbí vix tandem conſcendit: iamq; ad fores acceſſerit: obſtupeſcat: oculís ín aurum defixís: deínde ſpes, quę & ipſa ſpecioſo vultu eſt, ac verſícoloríbus amícta / manu prehẽſa íntroducat: míre iam ípſo ingreſſu attonitum. Atq; ab eo quidem tempore ſpes vſq; íllum antecedat, ducatq;: tum alię mulíeres íllum excípiẽtes, puta fallacia, ſeruituſq;, tradãt labori. At ís miſerum pęnitus defatigatum tãdem ſenectę tradat íam morbídum colorecq; commutato. Poſtremo contumelia, arreptum íllum ad deſperationem pertrahat. Ex hoc quidem tempore ſpes auolans euaneſcat. Tum ílle non per aureum illud atrium per qđ íngreſſus fuerat: ſed per poſticum quoddam & occultum exítum extrudatur nudus, ventricoſus, pallidus, ſenex, lęua quídem pudorem occultãs, dextra vero ſeípſum ſtrangulãs. Occurrat autē exeunti pœnítudo fruſtra lachrymans, & míſerum bís etiam conficiens. Atq; hic quidem eſto pícturæ finis. Cęterum tu Timocles optime ípſe diligẽter conſideratís ſingulís expende: num e re tua ſit vt in hanc ímaginem per aureas íllas fores ingreſſus, per íllas longe diſſímiles tam turpiter excutiaris. Quicquid autē feceris, memíneris ſapientis íllius qui díxit: deum in culpa non eſſe: verum qui ſua ſponte delegerit.

CNEMONIS AC DAMIPPI DIALOGVS: ERASMO INTERPRETE.

CNEMON.

HOc íllud eſt qđ vulgo dici conſueuit, Hínulus leonẽ. DA. Quid íſthuc eſt, qđ tecum ſtomachare Cnemon! CNE. Quid ſtomacher rogas! Equidem hæredem reliqui quendam pręter animí ſententíã: vídelicet aſtu deluſus miſer: íís quos maxime mea cupiebã habere pręteritis. DA. Sed íſthuc quínã euenit! CNE. Hermolaum nobílẽ íllum díuitem, quum orbus eſſet, imminente morte captabam, aſſídens atq; inſeruiens. Neq; ílle grauatim officium meum admittebat. At interím illud quoq; mihi viſum eſt ſcítum conſultumq;: vt teſtamentum proferrem ac publicarem: quo íllum rerum mearum in ſolídum hęredem ínſti

tueram:nimirum vt ille viciſſim idem faceret: meo prouocatus exemplo. DAMIP.At quid tandem ille?CNE.Quid ille ſuo in teſtamento ſcripſerit id quidem ignoro.Cæterum ego repente atq; inſperato e vita deceſſi: tecti ruina oppreſſus.Et nunc Hermolaus mea poſſidet: lupi cuiuſpiam in morem ipſo hamo cum eſca pariter auulſo.DA.Imo non eſcam modo cum hamo,quin etiam te quoq; piſcatorem ſimul abſtulit.Itaq; technam iſtam / in tuum ipſius caput ſtruxeras.CNE.Sic apparet:idq; adeo deploro.

ZENOPHANTAE ET CALLIDEMIDAE DIALOGVS.EODEM INTERPRETE.

ZENOPHANTES.

AT tu Callidemides,quo pacto interiſti? Nam ipſe quemadmodum Diuię parаſitus quum eſſem,īmodica ingurgitatione præfocatus fuerim, noſti:aderas enī morienti. CAL.Aderam Zenophantes.Porro mihi nouum quiddā atq; inopinatum accidit.Nā tibi quoq; notus eſt Ptœodorus ille ſenex. ZENOPHAN. Orbum illū dicis,ac diuitem,apud quem te aſſidue verſari conſpiciebam?CALLI. Illum ipſum ſemper captabā,colebamq;:id mihi pollicēs fore:vt meo bonoq; primum moreretur. Verum quum ea res ī longum proferretur:ſene videlicet vel vltra tithonios annos viuente:compendiariam quandam excogitaui viam:qua ad hæreditatem peruenirem. Siquidē empto veneno/pocillatori perſuaſeram:vt ſimulatq; Ptœodorus potum poſceret,bibebat autem prolixius,preſentius in calicem iniiceret:haberetq; in promptu,porrecturus illi.Qđ ſi feciſſet:iureiurando confirmabam,me illum manumiſſurum.ZENOPHAN.Quid igitur accidit?nam inopinatum quiddam narraturus mihi videris.CAL.Vbi iam loti veniſſemus:puer duobus paratis poculis/altero Ptœodoro cuivenenum erat additū:altero mihi:neſcio quo modo errās,mihi venenum,Ptœodoro porrexit innoxium. Mox ille qdem bibit:at ego protinus humi porrectim ſtratus ſum:ſuppoſititiumvidelicet illius loco funus.Quid hoc?Rides Zenophanta?Atqui non conuenit amicis malis illudere.ZENO.Rideo profecto:nam elegāter/ac lepide tibi hæc res euenit.Porro ſenex ille quid interim? CAL. Primum ad caſum ſubitū atq; inexpectatum/ſane conturbatus eſt.Deinde ſimul atq; intellexit:id qđ acciderat:puta pocillatoris errore factum:riſit & ipſe.ZENO.Recte ſane.Tametſi non oportuit ad compēdium illud diuertere.ſiquidē veniſſet tibi popularī vulgataq; via/tutius certiuſq;:etiam ſi paulo ſerius.

Finis.

Luciani

MENIPPI & TANTALI Dialogus. Eodem Eraſmo interprete.

MENIPPVS.

QVid eiulas o Tantale: aut quid tuã deploras fortunã: ſtagno imminẽs! TAN. Quoniã ſiti enecor Menippe. ME. Vſq; adeo piger es atq; iners: vti nõ vel pnus incũbẽs bibere noris: vel caua vola hauriens! TAN. Nihil profecero: ſi procũbam. Refugit enim aqua: ſimulatq; me ppius admoueri ſenſerit: q; ſi quãdo hauſero, oriq; coner appli care: prius effluxit, q̃ ſumma rigem labia. Atq; inter digitos effluens aqua / haud ſcio quomodo rurſus manũ meam aridã relinquit. ME. Prodigioſum quiddã de te narras Tantale. Verum dic mihi: iſthuc ipſum quorſum opus eſt bibere! quũ corpore careas! Nã illud qd eſurire poterat aut ſitire, in Lydia ſepultũ eſt. Cæterum tu quũ ſis animus: quinã poſthac aut ſitire queas: aut bibere! TAN. Atqui hoc ipſum ſupplicii genus eſt: vt aĩa perinde quaſi corpus ſit, ita ſitiat. ME. Age hoc ita habere credimus: quandoquidẽ affirmas te ſiti puniri. At quid hĩc acerbi tibi poterit accidere! Num metuis ne potus inopia moriare! At equidẽ haud video alteros inferos: ſi quis hos relinquat: neq; locum aliũ in quem morte demigret quiſpiã. TAN. Recte tu quidẽ dicis. Verum hoc ipſum ſupplicii genus eſt: ſitire, quũ nihil ſit opus. ME. Deſipis Tantale: & vti verũ tibi fatear, non alio potu videris egere: q̃ veratro mero. Nam diuerſum quiddam pateris, iis quos canes rabioſi momorderint: vt qui non aquã: quẽadmodũ illi: ſed ſitim horreas. TAN. Ne veratrum quidẽ recuſarim bibere Menippe: ſi liceat modo. MENIP. Bono es animo Tãtale: certum habẽs: nunq̃ fore: vt vel tu vel reliquorum manũ quiſpiam bibat: Neq; enim fieri poteſt. Q̃z q̃ nõ omnibus / quẽadmodum tibi / pœna adiudicata eſt: vt ſitiant: aqua illos non expectante.

FINIS.

MENIPPI ac MERCVRII Dialogus. Eraſmo quoq; interprete.

MENIPPVS.

AT vbinam formoſi illi ſunt, ac formoſæ Mercuri! Ducito me: docetoq; vtpote recens huc profectũ hoſpitẽ. MER. Haud mihi licet per otium Menippe. quin tu iſthuc ipſo e loco dextrorſum oculos deflecte. Illic & Hiacynthꝰ eſt: & Narciſſus ille: & Nireus: & Achilles: & Tyro: & Helena: & Leda: breuiter quicquid eſt veterũ formarum. ME. Equidẽ præter oſſa nihil video: caluariaſq; carnibus renudatas: inter quæ oia, nihil fit oino diſcriminis. MER. Atqui hęc ſunt q̃ poetæ cũcti mirãtur

ac celebrãt:ossa scilicet quę tu videris contẽnere.ME.At Helenã saltẽ mihi cõmonstra.Nam ipse quidẽ haud queam dignoscere. MER. Hæc videlicet caluaria,Helena est.ME.Et huiꝰ scilicet ossis gratia,mille naues ex vniuersa Gręcia/acto delectu/sunt impletæ:tãtaqꝫ tũ gręcorũ tũ barbarorũ multitudo conflixit:tot vrbes sunt euersæ!MER.Cæterũ Menippe non vidisti mulierẽ hanc viuã.qđ si fecisses:forsan diceres tu quoqꝫ,vitio dandũ nõ esse Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioquí si quis flores etiã arefactos marcidosqꝫ contempleť:posteaq̃ coloris decus abiecerint:deformes nimirũ videantur. At iidem,donec florẽt,coloremqꝫ obtinẽt,sunt spectosissimi.ME. Proinde illud iam demiror Mercuri: si græci non intellexerũt:sese pro re vsqꝫadeo momẽtanea, quęqꝫ tam facile emarcesseret,elaborare.MER.Haud mihi vacat tecum philosophari:quare delecto loco,vbicũqꝫ velis,prosterne temet ac recũbe. Mihi iam alię sunt traducendæ vmbræ.

MENIPPI,AMPHILOCHI,TROPHONII disceptatio.Eodẽ interprete.

MENIPPVS.

VOs nimirũ Trophonie atqꝫ Amphiloche, quũ sitis mortui:tamẽ haud scio quonã modo/phanis estis donati:vatesqꝫ credimini:ac stulti mortales deos esse vos arbitrantur.TRO.Quid!an nobis igitur imputãdum:si per insciam illi de mortuis huiusmodi opinanť! ME. Atqui nõ ista fuissent opinati: ni vos/tum quũ viueretis, eiusmodi quædam portẽta ostẽtassetis:tanq̃ futurorũ fuissetis præscii:quasiqꝫ prædicere potuissetis:si qui percontarentur. TRO. Menippe,nouerit Amphilochus hic,ipsi pro sese respondendũ esse.Cæterũ ego heros sum:vaticinorqꝫ si quis ad me descẽderit.At tu videre nunq̃ omnino Lebadiam adiisse: neqꝫ enim alioquí ista non crederes.MENIP.Quid ais! Equidem nisi Lebadiam fuissem profectus: ac linteis amictus/offam ridicule manu gestans/per angustum aditũ in specum irrepsissem: nequaq̃ fieri potuisset: vt te defunctũ esse cognoscerẽ,perinde atqꝫ nos: solaqꝫ prestigiatura reliquos antecellere. Sed age per ipsam diuinãdi artẽ, quid tandẽ est heros! neqꝫ enim intelligo. TRO.Est quiddã partim ex homine/partim ex deo cõpositũ.ME. Nempe: qđ neqꝫ sit homo:quẽadmodũ audio: neqꝫ deus:verũ pariter vtrũqꝫ. Ergo dimidia illa tui ac diuina pars,quo nũc recessit!TRO.Reddit oracula Menippe in Bœotia.ME.Haud intelligo qd dicas Trophonie:nisi qꝫ illud plane video,te totum esse mortuum.

FINIS.

Luciani

CHARONTIS ac MENIPPI Dialogus. Ex eiuſdem interpretatione.

CHARON.

REdde naulũ ſceleſte. ME. Vociferare: ſiqdẽ iſthuc tibi voluptati eſt Charon. CHA. Redde inquã qđ pro traiectione debes. ME. Haud quaq̃ auferre queas: ab eo q̃ non habeat. CHA. An eſt quiſq̃: qui ne obulũ qdẽ habeat! ME. Sit ne ali⁹ quiſpiã p̃terea: eqdem ignoro. Ipſe certe nõ habeo. CHA. Atqui p̃focabo te p̃ ditem ĩpuriſſime: ni reddas. ME. At ego illiſo baculo tibi cõminuam caput. CHA. Num ergo te tã lõgo traiectu grat⁹ trãſuexero! ME. Mercuri⁹ meo noĩe tibi reddat: vt q̃ me tibi tradiderit. MER. Belle mecũ agat̃ p̃r louẽ: ſi qdẽ futurũ eſt, vt etiã defunctorũ noĩe p̃rſoluã. CHA. Haud omittã te. ME. Quin tu igit̃ hac gr̃a p̃rge vt facis, nauim trahere: q̃q̃ qđ nõ habeo, quinã auferas! CHA. At tu neſciebas: qd tibi fuerit adportandũ! ME. Sciebã quidẽ, verũ nõ erat. Quid igitur! num ea gr̃a erat mihi ſemp̃ in vita manendũ! CHA. Solus ergo gloriaberis te gratis fuiſſe trãſuectũ! ME. Haud gratis: o p̃clare: ſiquidẽ & ſentinã exhauſi & remũ arripui: & vector̃ oĩm vn⁹ nõ eiulaui. CHA. Iſta nihil ad naulũ: obulũ reddas oportet, neq̃ eñ fas eſt, ſecus fieri. ME. Proinde tu me rurſum ĩ vitã reuehe. CHA. Belle dicis: nimirũ vt verbera etiã abAeaco mihi lucrifaciã. ME. Ergo moleſtus ne ſis. CHA. Oſtẽde quid habeas in p̃ra. ME. Lupinũ ſi velis: & Hecatæ coenã. CHA. Vnde nobis hũc canẽ adduxiſti Mercuri! tum qualia garriebat iter nauigãdũ! vectores oẽs irridẽs ac dicteriis inceſſens: vnuſq̃ cantillans: illis plorãtibus. MER. An ignoras Charon: quem virũ tranſuexeris! plane liberũ: cuiq̃ nihil omnino curæ ſit. Hic eſt Menipp⁹. CHA. Atqui ſi vnq̃ poſthac te recep̃ero. ME. Si receperis: o præclare, Ne poſſis quidẽ iterum recip̃ere. FINIS.

CRATETIS ac DIOGENIS. CRATES.

MOerichum diuitẽ/noueras ne Diogenes! illũ inquã ſupra modũ diuitẽ: illũ Corintho p̃fectũ: cui tot erãt naues onuſtæ mercibus: cuius conſobrinus Ariſteas, quũ ipſe quoq̃ diues eſſet, Homericũ illud in ore ſolebat habere.

Aut me confice tu: aut ego tete. DIOG.

Cuius rei gr̃a ſeſe captabãt inuicẽ Crates! CRA. Hęreditatis cauſa, quũ eẽnt æq̃les, vterq̃ alterũ captabãt. Iãq̃ teſtamẽta publicauerãt ambo: in q̃bus Mœrich⁹ (ſi prior moreret̃) Ariſtean oĩm rerũ ſuar̃ dominũ relinq̃bat. Mœrichũ viciſſim Ariſteas: ſi qdẽ ipſe prior e vita decederet. Hęc igit̃ quũ eſſent ĩ tabulis ſcripta, illi inter ſeſe captabãt: & alter alte-

rum adulationib⁹ obsequiisq; superare contẽdebat. Porro diuini: haud scio vtrũ ex astris id qđ futurꝫ sit cõiectátes: an somniis quẽadmodũ Chaldęi faciũt: quin & Pythius ipse: nũc Aristeam victorẽ fore ꝓnũciabat: nũc Mœrichũ: ac trutina qdẽ interim ad hũc, interim ad illũ ꝓpẽdebat. DIOG. Quid igiť tãdẽ euenit? Nã audire est operępciũ Crates. CRAT. Eodẽ die mortui sunt ambo. Cęterũ hęreditates ad Eunomiũ ac Thrasyclẽ deuenerũt: quorũ vterq; cognat⁹ illis erat. Atqui de his nihil ꝓdixerãt diuini futurũ: vt tale quippiã accideret. Etem̃ quũ Sicyone Cirrhã versus nauigarẽt: medio in cursu/obliquo orto lapige/eo sunt depulsi. DIOG. Recte factũ. At nos quũ nos essem⁹ in vita nihil eiusmodi alter de altero cogitabam⁹. Neq; em̃ ego vnq̃ optabã: vt morereť Antisthenes: quo nimirũ bacul⁹ illi⁹ ad me rediret hęredẽ (habebat autẽ egregie validũ) quẽ ipse sibi parauerat oleaginũ: neq; tu Crates opinor desyderabas: vt me mortuo: in possessionũ mearũ successionẽ venires puta dolii/ac pęræ: in qua quidẽ lupini Chœnices inerãt duę. CRAT. Neq; em̃ mihi quicq̃ istis reb⁹ erat opus. Imo ne tibi quidẽ Diogenes. siqdẽ quę ad rẽ ꝑtinebãt: quæq; tu Antisthenì succedẽs accepisti: deinde ego succedẽs tibi: ea nimirũ multo sunt potiora: multoq; splẽdidiora: q̃ vel ꝑsarũ ĩperiũ. DIOG. Quęnã sũt ista q̃ dicis? CRA. Sapiẽtiã inquã, frugalitatẽ, veritatẽ libertatẽ. DIO. Per louẽ memini me ĩ istiusmodi opũ hęreditatẽ Antisthenì successisse: tibiq; eas lõge etiã maiores reliqsse. CRA. Verũ reliq mortales hoc possessionũ gen⁹ aspnabanť: neq; qsq̃ nos ob spem potiũdæ hęreditatis obsequiis captabat: sed ad aurũ oẽis intẽdebãt oculos. DIO. Nec iniuria. Neq; em̃ habebãt: quo facultates eiusmodi a nobis traditas accipęrẽt, qppe rimosi iã vitiatiq; deliciis: nõ aliter q̃ vasa carie putria. Quo fit vt si qñ quis ĩ illos ĩfundat: vel sapiẽtiã: vel libertatẽ: vel veritatẽ: effluat ilico ꝑstilletq;: fundo qđ ĩmissum est cõtinere nõ valẽte. Cuiusmodi qddã & Danaí filiab⁹ aiũt accidere: dũ ĩ doliũ ꝓtusum hausťã aquã ĩportãt. At iidẽ aurũ dẽtibus/& vnguib⁹/omniq; vi seruabãt. CRAT. Proinde nos hic quoq; nostras possidebim⁹ opes. Illi simulatq; huc venerint: obulũ dũtaxat secũ ferent: ac ne hũc quidẽ vlterius, q̃ ad portitorem. τέλος.

NIREI ac THERSITAE. NIREVS.

Ecce denicꝫ vel Menippus hic iudex erit: vter nostrũ sit formosior. Dic Menippe: an non tibi videor forma præstantior? MENIP. Imo quinam sitis pri⁹ arbitror indicãdum. Nã hoc opinor scito est opus. NIREVS. Nireus ac Thersites. MENIPPVS. Vter Nireus: vter Thersites? Nondum enim vel hoc satis liquet.

THER. Iã vnũ hoc vinco: q̃ tibi ſum ſimilis, neq̃ tãtopere me p̃cellis: quan topere te cęcus ille Homerus extulit: vnũ oĩm formoſiſſimũ appellãs. Quin ego faſtigiato vertice: rariſq̃ & ĩpexis capillis ille: nihilo te ĩferior viſus ſum arbitro. Iã vero tẽpus eſt, vti p̃nũcies Menippe: vtrũ altero formoſiorẽ exiſtimes. NI. Miꝝ ni me Aglaia charopeq̃ p̃gnatũ: Qui vir pulcherrim⁹ vn⁹ Omnibus e graiis priameia ad Pergama veni.

MENIP. At qui nõ item ſub terrã opinor pulcherrimus veniſti: quippe qui reliquis q̃dẽ oſſibus/aliis appareas aſſimilis: porro caluaria/hoc vno ĩſigni a Therſitę caluaria dignoſci poſſit: q̃ tua delicata eſt ac mollicula. Quando quidẽ iſthuc habes effœminatũ ac neutrĩ̃ viro decorũ. NIR. Attamen Homerũ p̃contare: qua ſpecie tum fuerim: quum iter Græcorũ copias militarẽ. MENI. Tu q̃dem ſomnia mihi narras. At ego ea ſpecto: q̃ video, quæq̃ tibi adſunt ĩ p̃ſentia. Cęterũ iſta norunt: q̃ id tẽporis viuebãt. NIREVS. Quid igitur tandẽ? An non ego hic formoſior Menippe? MENIP. Neq̃ tu, neq̃ quiſq̃ alius formoſus hoc loco. Siquidẽ apud iferos æqualitas eſt: pareſq̃ ſunt omnes. THERSIT. Mihi q̃dem vel hoc ſat eſt.

DIOGENIS AC MAVSOLI. DIOGENES.

He tu Car, q̃re tãdem inſolens es tibiq̃ places, ac dignũ te credis q vnus nobis oĩbus anteponare? MAVSO. Primũ regni noĩe O tu Siopẽſis: q̃ppe q Carię ĩperaueri vniuerſę: p̃terea Lydię quoq̃ gẽtibus aliquot. Tum aũt & inſulas nõnullas ſubegeri. Miletũ vſq̃ pueneri, pleriſq̃ Ionię partibus vaſtatis. Ad hęc formoſus erã ac p̃cerus, ac bellicis in rebus p̃ualidus. Poſtremo: q̃d eſt oĩm maximũ: ĩ Halicarnaſſo monumẽtũ erectũ habeo: ſingulari magnitudine: quãtũ videlicet defunctorũ alius nemo poſſidet, neq̃ pari etiã pulchritudine conditũ: viris ſcilicet atq̃ eqs/pulcherrio e ſaxo/viuã formã abſolutiſſio artificio exp̃ſſis, adeo vt vl' phanũ aliq̃d ſile haud facile quis iueniat. Nũ iniuria tibi videor has ob res mihi placere, atq̃ efferri? DIOG. Nũ ob ĩperiũ ais: ob formã: atq̃ ob ſepulchri molẽ? MAV. Per louẽ ob hæc iquã. DIO. Atq̃ o formoſe Mauſole neq̃ vires iã illę, neq̃ forma tibi iã adeſt. Adeo vt ſi quẽ arbitrũ de formę p̃cellẽtia delegerimus, haudquaq̃ dicere potis ſit: quãobrẽ tua caluaria meę ſit anteferẽda: ſiq̃dẽ vtraq̃ pariter tũ calua, tũ nuda: vtriq̃ dẽtes pariter oſtẽdim⁹: pariter oculis orbati ſum⁹: pariter narib⁹ ſimis/ac ſurſũ hiantibus deformati. Cęterũ ſepulchrũ, ac ſaxa illa p̃cioſa, Halicarnaſſeis forſitã iactare licebit, & hoſpitib⁹ gl'ię cauſa oſtẽtare, tanq̃ q magnificã quãdã apd ſe ſtructurã habeãt: verũ q̃d hĩc cõmoditatis ad te redeat vir egregie, neq̃q̃

vídeo:níſi forſan íllud cõmodũ vocas:q̃ plus oneris atq̃ nos ſuſtínes:ſub tã íngẽtibus ſaxis p̃ſſus ac laborans.MAVSO.Ita ne níhil ílla míhi cõducunt omnía!planeq̃ pares eruntMauſolus ac Díogenes!DIOG.Imo haud pares inquã vir clariſſíme.Nã Mauſolus díſcruciabít: quoties earũ rerũ in mentem veníet:quibus in vita florere conſueuit.At Diogenes interím eũ ridebít.Atq̃ ille quidẽ de ſuo íllo monumento:qđ eſt in Halicarnaſſo memorabít,ab vxore Artemíſia,atq̃ ſorore parato:cõtra Diogenes ne id quidẽ ſuo de corpore nouit:nunqd habeat ſepulchrũ.Neq̃ em̃ illí res ea curę eſt.Verum apud víros excellẽtiſſímos ſui memoriã famãq̃ reliquit: vt qui vítam peregerit viro dignã:tuo monuméto Carũ abiectiſſíme/celſiorem:ac tutiore ín loco ſubſtructam. τέλος.

SIMYLI AC POLYSTRATI. SIMYLVS.

VEníſti tandẽ & tu Polyſtrate ad nos quum annos vixeris haud multo pauciores centũ opínor.POLY. Nonagínta octo Símyle. SIMYLVS. Sed quinã triginta íſtos anſos egiſti:quibus míhi fueras ſuperſtes. Nã ip̃e perii te ferme ſeptuagenario. POLYST. Q̃ ſuauiſſime p̃fecto:etiam ſi hoc mirum tibi videbít.SIMY.Mírum vero:ſi quidẽ tibi primũ ſeni, deínde inualído , poſtremo etiã orbo quicq̃ poterat eſſe ín vita ſuaue.POLY.Prícipio níhil erat qđ nõ poſſem.pręterea pueri formoſi complures aderãt:tũ mulieres nitidiſſimæ:vnguẽta,vínum míre fragrans,poſtremo menſæ vel ſiculís íllís lautíores.SIMY.Noua narras.Nã ego te plane ſordídum ac parciſſimũ eſſe ſciebam.POLY.Atqui vír p̃clare/ex alienis arcís opes míhi ſubſcatebant . Tum díluculo p̃tinus g̃plurimi mortales ad fores meas vẽtitabãt:ſimulq̃ ex omni rerũ genere quæ terrarũ vbíuis pulcherrímæ reperiũtur munera deportabant.SIMY.Nũ me defuncto regnũ geſſiſti!POLY.Minime:verũ amantes habebã ínnumeros.SIMY.Non poſſum nõ ridere. Tu ne amãtes: tantus natu quũ eſſes:vixq̃ tibi dẽtes ſupeſſent quatuor!POLY. Habebã per Iouẽ/equidẽ optímates ciuitatís.Quũq̃ eſſem tum ſenex:tũ caluus:ſicuti vídes:præterea lippiẽs etiã ac ſenio cęcutiens:poſtremo naribus muccoſis:tamẽ cupidiſſime míhi ínſeruiebãt:adeo vt ís felix videreť:quẽcũq̃ vl̃ aſpexíſſem modo.SIMY.Nũ tu quoq̃ quẽadmodũ Phaon ílle, Venerẽ alíquã e Chío trãſuexíſti:vt ob id optanti tibí íllа dederit,rurſum ad iuuentã redíre : ac denuo formoſum atq̃ amabilẽ fieri! POLY.Haud quaq̃.Quín magís quũ talís eſſem,qualẽ díxi:tamẽ ſupra modum adamabar.SIMY.Aenígmata narras.POLY. Atqui notiſſim⁹ eſt hic amor quí vulgo ſit frequẽs. nempe erga ſenes orbos ac díuites.SIMY.Nũc

tua forma/ vnde tibi profecta fuerit intelligo vir egregie: nimirũ ab aurea illa Venere. POLY. Verum tamẽ non parum multas cõmoditates ab amã tibus tuli Simyle: propemodum etiã adoratus ab illis. Porro sæpius etiam quasi procax illis illudebã: excludẽs interdũ nõnullos eorũ. Interim illi iter sese decertabãt & in ambiendis primis apud me partibus/aliũ alius anteire nitebatur. SIMY. Sed age: de facultatib⁹ tuis quid tandẽ statueras! POLY. Palam quidẽ affirmabã: me vnũquẽq; illorum relicturũ hæredem. Idq; illi quũ crederent futurũ: certatim se quisq; obsequentiorẽ atq; adulantiorem præbebat. Cæterũ alteras illas veras tabulas/quas apud me seruauerã, reliquí: in quib⁹ omnes illos plorare iussi. SIMY. At postremæ illæ tabulæ: quẽ pronũciabãt hæredẽ! Num e cognatis quẽpiam! POLY. Nõ per Iouẽ: immo nouitium quẽdam: ex formosis illis adolescẽtulis: natione Phrygem. SIMY. Quot annos natũ Polystrate! POLY. Viginti ferme. SIMY. Iã intelligo quibus obsequiis ille te demeruerit. POLY. Attamen multo illis dignior: qui scriberetur hæres: etiã si barbarus erat ac perditus. Quẽ iam ipsi etiã optimates colunt captantq;. Is igitur mihi extitit hæres. Iãq; inter patricios numerat̃: subraso mẽto, barbaroq; cultu ac lingua. Quin eũ Codro generosiorẽ, Nireo formosiorẽ, Vlysse prudẽtiorẽ eẽ pdicãt. SIMY. Nõ laboro: vel totius Græciæ sit ĩperator, si libet: modo ne illi potiant̃ hæreditate. τέλος.

VENERIS & CVPIDINIS. VENVS.

QVid tandẽ in causa est Cupido: vt quũ reliquos deos omnis adortus expugnaris: Iouem ipm: Neptunũ: Apollinẽ: Iunonem: me deniq; matrẽ: ab vna Minerua tẽperes: vtq; aduersus hãc nec vllũ habeat ĩcẽdiũ tua fax: & iaculis vacua sit pharetra: tũ & ipe arcu careas: neq; iaculari noris! CVPI. Equidẽ hanc metuo mater. est enim formidabilis truculẽtoq; aspectu: ac ferocitate q̃dã supra modũ virili. Proinde si quãdo tenso arcu petã illam: galeæ cristã quatiẽs/expauefacit me: moxq; formidine tremere occipio: sic vt arma mihi e manibus excidant. VENVS. Atqui Mars an non erat hac formidabilior! Et hunc tamẽ separatum exarmasti. CVPI. Imo ille cupide me recipit: atq; vltro etiã inuitat. Verum Minerua semp adductis supciliis obseruat. Quin aliquãdo temere ad illã aduolaui facem ppius admouẽs. At illa si quidẽ ad me accesseris ingt per parentẽ Iouẽ quouis modo te cõfecero: aut lãcea te trãsfigam: aut pedibus arreptũ in tartara dabo præcipitẽ: aut ipsa te discerpã. plurima itẽ id genus cõminabat. Ad hęc acrib⁹ obtuet̃ oculis: postremo & in pectore faciẽ quãdã gestat horrẽdã, viperis capillorũ vice comatã. Hãc nimirũ maximope formido. Terri

rat em̃ me:fugioq; quoties eã aſpicio. VENVS. Eſto ſane. Mineruã metuis vt ais atq; huiꝰ geſtamen gorgona reformidas:idq; quũ louis ipĩíꝰ fulmẽ nõ formidaueris. Cęterũ Muſæ quã ob cauſam abs te nõ feriunt:atq; a tuis iaculis tutæ agũt! Nũ & hæ criſtas quatiunt:aut gorgonas ꝓtendũt! CVPI. Has quidẽ reuereor mater. Sũt em̃ vultu pudico ac reuerẽdo: ꝓterea ſemp aliquo tenent ſtudio:ſemp cantionibꝰ animũ intentũ gerũt. Quin ipſe etiã nõ raro illis aſſiſto:carminis ſuauitate delinitꝰ. VENVS. Eſto nec has adoriris:ꝓpterea q; ſint reuerẽdæ: at Dianã qua tãdẽ gr̃a nõ vulneras! CVPI. Vt breuiter dicã:hãc ne deꝑhẽdere qdẽ vſq; ſum potis:quippe ꝓpetuo p mõtes fugitantẽ. Ad hęc alteriꝰ cuiuſdã ſui cupidinis illa tenet cupidine. VENVS. Cuiꝰ o gnate! CVPI. Nempe venatu ceruorũ & hinnulorũ:quos inſectat:vt capiat:ac iaculo figat. Ac prorſum tota rerũ huiuſmodi ſtudio tenetur. Tametſi fratrẽ eius qui nimirũ arcu valet & ipſe: feritq; eminꝰ. VENVS. Teneo gnate, eũ ſæpenumero ſagitta vulneraſti. τέλοσ.

MARTIS ac MERCVRII. MARS.

A Vdiſtin Mercuri cuiuſmodi nobis minatꝰ ſit Iuppiter! q; ſupba:q;q; dictu abſurda! Ego inqt /ſi voluero/ catenã ex ęthere demittã: vnde ſi vos ſuſpẽſi me vi detrahere conemini, luſeritis operã. Nũq; em̃ me deorſũ trahetis. Cõtra ego vos velim ĩ altũ attrahere:nõ vos modo:verũetiã tũ terrã ipam, tũ mare pariter ſubuectũ in ſublime ſuſtulero. Ad hęc alia pmulta:q; tu quoq; audiſti. At ego ſi qdẽ cũ vno quolibet ſingulatim cõferat:ita ꝑſtãtiorẽ eũ eſſe, viribuſq; ſuperiorẽ, haud quaq; negauerim: verũ vnũ tã multis pariter in tãtũ antecellere: vt eũ ne põdere qdẽ vincere queamus:etiã ac mare nobis adiunxerimus:id neutiq; crediderim. MERCV. Bona verba Mars. Neq; em̃ ſat tutũ eſt iſta loq:ne qd forte mali nobis hæc petulãtia cõciliet. MARS. An vero credis apud quẽlibet hęc dicturũ me! Imo apud te ſolũ id audeo:quẽ linguæ cõtinẽtis eẽ ſciebã. Sed qđ mihi maxime ridiculũ videbat:tũ quũ hęc minitãtẽ audirẽ:haud queã apđ te reticere. etem̃ meminerã:quũ nõ ita mlto ante Neptunꝰ, Iuno, ac Pallas, mota aduerſus eũ ſeditiõe machinarent cõphẽſũ illũ ĩ vicula cõiicere:quã topere formidarit:vtq; ĩ oẽm ſpeciẽ ſeſe verterit. Idq; cũ tres dũtaxat eſſent dii. Qđ ni Thetis miſericordia cõmota, Briareũ Cẽtimanũ illi auxiliatum accerſiuiſſet:ipſo pariter cum fulmine ac tonitru vinctꝰ erat. Hęc reputãti mihi ridere libebat eius magniloquentiã iactantiãq;. MERCV. Tace. Bona verba. Neq; em̃ tutũ eſt iſta vel tibi dicere:vel audire mihi. τέλοσ.

MERCVRII & MAIAE. MERCV.

IO. St vero mater deus qſq̃ in cœlo me miſerior? MAIA. Caue ne quid iſtiuſmodi dixeris Mercuri. MERCV. Quid non dicã? qui quidẽ tantũ negotiorũ ſolus ſuſtineam: qbus delaſſor: ĩ tã multa miniſteria diſtractus? Nã mane protinus ſurgẽdum eſt mihi, ſtatimq; verrẽdum cœnaculum: vbi dii cõpotant. Tum vbi curiã in qua conſultant vndiq; ſtrauero: ac ſingula ita vt oportet cõpoſuero: louí neceſſum eſt aſſiſtere, ac pferẽdis illíus mãdatis toto die ſurſum ac deorſum curſitare: ĩſuper quum rideo, puluerulẽtus adhuc / Ambroſiam apponere cogor. Porro priuſq̃ nouí tius iſte pocillator adueniſſet: ego nectar etiã miniſtrabã. Quodq; eſt oĩm indigniſſimũ: ſolí omniũ ne noctu quidẽ agere quietẽ licet: verum id quoq; tẽporis neceſſe habeo defunctorũ animas ad Plutonẽ deducere: maniumq; gregi me ducẽ prębere: tum autẽ & tribunalibus aſſiſtere. Neq; enim mihi ſufficiebãt ſcílicet diurna negotia: dum verſor in paleſtris: dũ in concionibus p̃conis vices ago: dũ oratores inſtruo: ni hęc quoq; prouincia accedat: vt ſimul etiã vmbrarũ res diſponã. Atquí Ledę fílíi alternis ĩter ipſos vicibus apud ſuperos atq; ĩferos agitant. Mihi neceſſe eſt quotidie, tum hoc, tũ illud pariter agere. Deĩde duo illi Alcmena ac Semele míſeris pgnati mulieríbus / ocioſi in conuiuiis accũbunt: at ego Maia Atlantide progenítus illis m̃íníſtro ſcílicet. Quín nunc quũ recẽs a Sídone Cadmi fília reuerſus eſſem. Nã ad hanc me legarat: viſum quid ageret puella. priuſq̃ reſpiraſſem, & adhuc anhelũ de via / verſum ad Argos emandauit viſurũ / qui cũ Danae ageretur. Rurſum inde in Bœotiã profectus inquit, obiter Antiopã viſito. Adeo vt plane iã pariturũ me negarim. Q2 ſi mihi licuiſſet: lubẽs profecto feciſſem: id qđ ſolẽt íí qui ĩ terris durã ſeruiũt ſeruitutẽ. MAIA. Miſſa fac iſta gnate. Decet enĩ per oĩa morẽ gerere patri: quũ ſis iuuenis. Ac nũc quo iuſſus es, Argos contẽde. Deinde ĩ Bœotiã: ne ſi ceſſaris fueríſq; lẽtior, plagas etiã auferas. Nã iracundi ſunt qui amant.

VENERIS ET CVPIDINIS. VENVS.

CVpído Gnate: vide quę facis flagitia. Nõ iã de his loquor quę te ípulſore mortales ín terrà vel ín ſe quiſq;, vel ĩuicẽ alíí ín alíos faciunt: verũ de hís ago q̃ apud ſuperos quoq; deſignas: qui quidẽ louẽ ípſum cogis varias aſſumere formas: ín quodcunq; tibí pro tẽpore viſum fuerit, eum vertens. Tum lunã e cœlo deuocas. Quín & ſolẽ aliquoties cõ

pellis lentum apud Clymenen cessare aurigandi muneris oblitũ. Nã qcqd iniuriæ in me matrẽ etiã cõmittis,audacter ac tangẽ tuto facis. Verũ tu qdem o deorũ oĩm confidentissime,Rheam insup ipãm iã anũ,præterea deorum tam multorũ parentẽ,eo ppulisti:vt pusionẽ adamet:atq; in Phrygiũ illum adolescentulũ depeat:ac tua iã opa insanit: iunctusq; leonibus,adhibitis item Corybãtibus:qppe qui et ipsi furore quodã sunt afflati:p Idã mõtem sursum ac deorsum oberrat:ipa quidẽ Attis amore eiulãs. Cæterũ Corybantũ alius suũ ipse penem ense desecat:alius demissa coma p mõtes fert insanus:alius cornu canit:alius tympano tonat:alius cymbalo pstrepit:breuiter omnis vndiquaq; Ida tumultus atq; insaniæ plena est. Proinde cũcta timeo.Metuo ne tale qd accidat,quãdoqdem te pduxi,malũ ingẽs: vt siqñ resipiscat Rhea:vel potius si pgat insanire:Corybantibus impet:vt te correptũ discerpãt/aut leonibus obiiciãt.Hic me sollicitat metus:q; videã tibi periculũ imminere.CVPIDO. Otioso animo esto mater: siqdem leonibus etiã ipsis iam familiaris sum factus: ita vt sæpenumero cõscensis eorũ tergis/ prehensaq; iuba/equitis ritu insidens/illos agitem.At vero illi interim mihi caudis adblandiuntur:ac manũ ori insertam receptãt/lambuntq;:deinde mihi reddũt innocuã.Porro Rheæ ipsi quãdo tandẽ vacauerit, vt me vlciscat:quũ in Atte sit tota! Postremo qd ego pecco:quũ res pulchras vt sunt,offero ac demõstro!vos ne appetite res pulchras. Quare his de rebus ne in me crimen cõferte. Num vis ipa tu mater:vti neq; tu posthac Martẽ ames:neq; ille te!VENVS. Vt es puicax: et nulla in re non superas. Attamen horum quæ dixi aliquando memineris.

DORIDIS ET GALATEAE. DORIS.

TOrmosum amantẽ Galatea / nempe Siculũ istũ pastorẽ/ aiunt amore tui depire.GALAT.Ne ride Doris: etẽ qualis qualis est, Neptuno pre prognatus est. DORIS. Quid tũ postea; si vel Ioue ipso sit pgenitus: quũ vsq; adeo agrestis atq; hispidus appareat:qdq; est oĩm deformissimũ/vnoculus! An vero credis genus illi qcq; pfuturũ ad formã!GAL.Ne isthuc qdẽ ipm:q; hispid⁹ ẽ atq; agrestis vt tu vocas illũ deformat:quin viríle magis est.Porro oculus media in frõte decet etiã: quo quidẽ nihilo segnius cernit:q; si duo forent.DORIS. Videris Galatea nõ amantẽ hre Polyphemũ:sed illũ potius adamare:sic eũ pdicas.GAL.Eq dẽ haud adamo:sed tñ insignẽ istã vram insultãdi/opprobrãdiq; petulãtiã ferre nõ queo.Ac mihi nimirũ inuidẽtia q̃dã isthuc facere videmini: ppterea q; ille cũ forte aliqñ gregẽ pasceret suũ:nosq; e littorali specula in littore

ludentes cerneret in pminẽtibus Aetnæ pedíb⁹:qua vídelícet ínter monte
et mare lítt⁹ ſeſe in longũ porrígit:vos ne aſpexerít qdẽ: at ego oĩm vna ví
ſa ſim formoſiſſima : eoq; in vnã me cõiecerit oculũ. Ea res vos male habet.
Nã argumẽtũ eſt/me forma præſtãtiorẽ eſſe ac digniorẽ,quæ amer:vos cõ
tra faſtiditas eſſe. DORIS. An iſtud tibi putas inuidẽdũ víderi:ſi primũ pa
ſtori,deinde luſco formoſa víſa ſis! Qẑq̃ qd aliud ille potuit in te ꝓbare:prę
ter candorẽ! Is illi placet opinor:q; caſeo et lacti aſſueuerit : ꝓinde qcqd his
ſit ſimíle/id ꝓtinus pulchrũ iudícat. Alioq vbi líbebit ſcire/qua ſis facíe:de
ſcopulo quopiã in aquã,ſiquãdo trãquílla ſteterit deſpectãs, temetipam cõ
templare:videbis aliud nihil:niſi ꝓpetuũ candorẽ. Verũ is quidẽ nõ ꝓbat:
niſi rubor admixt⁹ illi/decus illi iũxerit. GALA. Atq ego illa immodice cã
dida/ tñ eiuſmodí habeo amantẽ: quũ interim e vobis nulla ſit: quã vel pa-
ſtor/vel nauta/vel portítor aliqs miret. Cæterũ Polyphemus (vt alía ne di
cam) etiã canendí pítus eſt. DORIS. Tace o Galatea. Audiuimus illũ canẽ
tem quũ nup pruríret in te:ſed o ſancta Venus,aſinũ rudere dixiſſes. Nam
lyræ corpus ſimíllimũ erat ceruino capití oſſibus renudato: tũ cornua pin
de quaſi cubiti ꝓminebãt. Iis iũctis/inductiſq; fidíbus : quas ne Collope qdẽ
circũtorquebat/ agreſte qddã et abſonũ cantílabat : quũ aliud interim ípſe
voce caneret:aliud lyra ſuccíneret. Ita vt tempare nobís nequíerimus:quin
ríderemus amatoriã illã cantionẽ. Nã Echo ne reſpõdere quidẽ illi voluit
balantí:quũ ſit adeo garrula. Imo puduiſſet : ſi víſa fuiſſet ſtridulũ illius et
ridículũ cãtũ imitari. Adhæc geſtabat ĩ vlnis amaſius iſte delitías ſuas/vrſi
catulũ pilis hirtũ/ipſi nõ diſſimilem. Quis aũt nõ ínuideat tibi amicũ iſtũ
Galatea! GAL. Quin tu igit Dorí tuũ ípſius amicũ nobis cõmonſtra:qui
meo ſit formoſior:qq; doctius ac melius vel voce canat/vel cythara! DO-
RIS. Mihi quidẽ nullus eſt amator:neq; me hoc nomine iacto:quaſi ſim ve-
hemẽter amabilis: verũtamẽ iſtiuſmodí amicũ/qualis eſt Polyphemus nẽ-
pe totus hircũ olens,tũ crudís victitãs carnibus,et hoſpites,ſiq appulerint
deuorãs/tibi habeas:eumq; tu mutuum ames. τέλος.

DIOGENIS ET ALEXANDRI. DIOGE.

Vid hoc rei ẽ Alexãder! Itane defunctus es tu quoq; piñ
atq; nos oẽs! ALEX. Vides nimirũ Diogenes. Tãetſi mi
rãdũ nõ eſt:ſi hõ cũ fuerĩ,defũctus ſim. DIOG. Nũ ergo
Iuppiter ille Hammõ mẽtiebat cũ te ſuũ filiũ eſſe díceret
an vero tu Philippo pr̃e ꝓgnat⁹ eras! ALEX. Haud du-
bie Philippo. Neq; em̃ obiiſſẽ: ſi Hammone parẽte fuiſſẽ
ꝓgenit⁹. DIOG. Atq de Olympiade etiã cõſilía q̃dã ferebãt: puta draconẽ

quẽdã cũ ea fuiſſe cõgreſſum/ viſumq; in cubiculo: ex eo grauidã peperiſſe te. Porro Philippũ errare/falliq; q ſe tuũ pfem eẽ crederet. ALEX. Inaudieram quidẽ et ipſe iſta quẽadmodũ tu: at nũc video neq; mſem/ neq; Hãmonios illos vates ſani qcq̃ aut veri dixiſſe. DIOG. Attamẽ iſtud illorũ mẽdaciũ Alexander ad res gerẽdas haud quaq̃ tibi fuit inutile: ꝓpterea q ꝓ vulgꝰ te verebatur/metuebatq; quũ deũ eſſe crederet. Sed dic mihi: cuinã tam ingens illud imperiũ moriẽs reliquiſti? ALEX. Id eqdẽ ignoro Diogenes. Celerius eñ e vita ſubmouebar: q̃ vt eẽt otiũ de illo qcq̃ ſtatuẽdi: ꝑter id vnũ: q ꝓ moriẽs Perdiccę anulũ tradidi. Sed age: qd rides Diogenes? DIO. Quid ni rideã? An nõ meminiſti qd Greci fecerit: cũ nup tibi arrepto impio adularent: principẽq; ac ducẽ aduerſus barbaros deligerẽt? Nõnulli vero ĩ duodecim deorũ numerũ referrent/ac phana cõſtituerẽt: deniq; ſacra facerent tanq̃ draconis filio? Sed illud mihi dicito: vbi te ſepelierunt Macedones? ALEX. Etiãdũ in Babylone iaceo tertiũ iã diẽ. Porro Ptolemæus ille ſatelles meus, ſiquãdo detur otiũ, ab his rerũ tumultibus q nũc inſtant/ pollicet in Aegyptũ deportaturũ me: atq; inibi ſepulturũ: quo videlicet vnus fiam ex diis Aegyptiis. DIOG. Nõ poſſũ nõ ridere Alexãder: q qdẽ te videã etiã apud inferos deſipientẽ: ſperãtẽq; fore: vt aliquãdo vel Anubis fias/ vel Oſiris. Quin tu ſpes iſtas omittis o diuiniſſime: neq; eñ fas eſt reuerti quenq̃ qui ſemel paludẽ tranſmiſerit: atq; intra ſpecus hiatũ deſcenderit, ꝓpterea q ꝓ neq; indiligẽs eſt Aeacus/neq; contẽnendus Cerberus. Verũ illud abs te diſcere peruelim: quo feras aĩo/quoties in mentẽ redit: quãta felicitate apd ſuperos relicta huc ſis profectus: puta capitis cuſtodibus/ſatellitibus/ducibus: tum auri tanta vi: ad hoc populis: qui te adorabãt. Prẽterea Babylone Bactris/immanibus illis belluis/dignitate/gloria: deinde q ꝓ eminebas conſpicuus: dum vectareris: dum amiculo candido caput haberes reuinctum: dum purpura circumamictus eſſes? Nunquid hæc te diſcruciant: quoties recurſant animo? Quid lachrymas ſtulte? An non id te ſapiens ille docuit Ariſtoteles: ne res eas quæ a fortuna proficiſcantur/ ſtabiles ac firmas exiſtimares? ALEX. Sapiens ille? quum ſit aſſẽtatorum omniũ ꝓditiſſimus. Sine me ſolum Ariſtotelis facta ſcire: q̃ multa a me petierit: quæ mihi ſcripſerit deinde quemadmodũ abuſus ſit mea illa ambitione: qua cupiebam eruditione cæteris prẽſtare: quum mihi palparetur interim/ ac prædicaret me: nunc ob formam: tanq̃ et ipſa ſummi boni pars quædam eſſet: nunc ob res geſtas atq; opes. Nã has quoq; in bonorũ numero collocãdas eſſe cẽſebat: ne ſibi vitio verteret: q ꝓ eas accipet. Plane præſtigioſus vir ille quidem erat/ac fraudulentus o Diogenes. Q̃q̃ illud fructus ſcilicet ex illius ſapientia fero

q̄ nũc pẽrinde quaſi ſummis de bonis excrucior: ob iſta q̄ tu paulo ante cõmemoraſti. DIOGENES. At ſcin quid facies? Oſtẽdã tibi moleſtię iſtius remediũ. Quãdoq̄dẽ his in locis veratrũ nõ prouenit: fac vt Lethei fluminis aquã auidis faucibus attrahẽs/bibas: iterũq̄ ac ſæpius bibas. Atq̄ eo pacto deſines de bonis illis Ariſtotelicis diſcruciari. Verũ eñ, Cletum etiã illũ & Caliſthenẽ video: cũq̄ his alios cõpluris raptim huc ſeſe ferẽtes, quo te diſcerpant, pœnaſq̄ ſumãt, ob ea q̄ quõdã in illos cõmiſiſti. Quare fac ĩ alterã hanc ripam te conferas, & crebrius (vt dixi) bibas. τέλος.

MENIPPI ET CHIRONIS. MENIPPVS.

QUidem inaudiui Chiron, te deus quũ eſſes/tamẽ optaſſe mortẽ. CHIRON. Vera nimirũ ſunt iſta q̄ audiſti Menippe. Planeq̄ mortuꝰ ſum ſicuti vides: quũ mihi licuerit immortalẽ eſſe. MENIPPVS. At q̄nã te mortis cupido tenebat: rei videlicet, quã vulgꝰ hominũ horreat? CHIRON. Dicã apud te: virũ neutiq̄ ſtultũ atq̄ imperitũ. Iã mihi deſierat eſſe iucũdũ: ĩmortalitate frui. MENIPPVS. Quid? An iiucũdũ erat/te viuere: lucẽq̄ tueri? CHIRON. Erat inquã Menippe. Nã qđ iucũdũ vocant, id ego neutiq̄ ſimplex, ſed variũ quiddã eẽ arbitror. Verum quũ ego ſemp viuerẽ, atq̄ iiſdẽ ppetuo rebus vterer, ſole/luce/cibo/tũ horæ eædẽ recurrerẽt: reliqua itẽ oĩa, quęcũq̄ cõtingũt in vita, reciproco quodã orbe redirẽt: atq̄ aliis alia p vices ſuccederẽt: ſatietas videlicet eorũ me cepit. Neq̄ eñ in eo voluptas eſt ſita: ſi pẽrpetuo fruaris iiſdẽ: ſed oĩno in permutãdo poſita eſt. MENIPPVS. Probe loqueris Chiron. Cęterũ hęc q̄ apud inferos agitur vita, quinã tibi ꝓcedit: poſteaq̄ ad hanc tãq̄ ad potioré te cõtuliſti? CHIRON. Haud inſuauiter Menippe. Sigdẽ æqualitas ipſa quiddã habet admodũ populare. Nihil aũt intereſt vtrũ in luce quis agat: an in tenebris, præterea neq̄ ſitiẽdũ eſt nobis quẽadmodũ apud ſuperos, neq̄ eſuriendũ: ſed eiuſmodi rerũ omniũ egentia vacamus. MENIPPVS. Vide Chiron ne temet ipſe inuoluas: neue eodẽ tibi recidat oratio. CHIRON. Quãobrem iſthuc ais? MENIPPVS. Nẽpe: ſi illud tibi faſtidio fuit: q̄ in vita ſemp iiſdem ſimilibuſq̄ rebus vtendũ erat: quũ hic itidẽ ſimilia ſint omnia: eũdem ad modum parient faſtidiũ. At de integro tibi quærẽda erit vitæ cõmutatio, atq̄ hinc quopiã aliã in vitã demigrandũ: id qđ arbitror fieri nõ poſſe. CHIRON. Quid igitur faciundũ Menippe? MENIPPVS. Illud nimirũ, vti ſapiẽs quũ ſis, quẽadmodũ opinor, & vulgo ꝓdicant, præſentibus rebus ſis contentus: neq̄ quicq̄ in his eſſe putes: qđ ferri non queat.

τέλος.

MENIPPI ET CERBERI. MENIPPVS.

Eus Cerbere/quandoquidē mihi tecum cognatio quædā intercedit:quū et ipse sim canis: dic mihi per stygiā paludem,quomodo sese habebat Socrates quū huc accederet? Verisimile est aūt te/ deus quū sis/ nō latrare modo,verū etiā humano more loqui,siquando velis. CERBERVS. Quū ꝑcul adhuc abesset Menippe/ visus est constāti atq; interrito adire vultu:pinde quasi mortē nihil omnino formidaret:ac tanq̄ hoc ipm vellet iis qui procul a specus ingressu stabāt/ostendere:verū simul atq; despexit in hiatū:viditq; ꝑfundū atq; atrū antri recessum:simulq; ego cunctantem etiā illū aconito mordēs pede correptū detraherē:infantiū ritu eiulabat/suosq; deplorabat liberos: nihilq; nō faciebat: in oēm speciē sese cōuertens. MENIP. Nū igit fucate sapiēs erat ille:neq; vere mortē cōtēnebat? CERB. Haud vere. Cęterū vbi vidit id esse necesse,audaciā quādā prę se ferebat:quasi vero volens id esset passurus: qđ alioqui volenti/nolenti tñ oīno fucrat ferendū:videlicet quo spectatoribus esset miraculo. Eqdē illud in totū de viris istiusmodi vere possim dicere:ad fauces vsq; spec⁹ intrepidi sunt ac fortes:porro intus quū sunt/nihil mollius neq; fractius. MENIP. Cæterū ego quonā animo tibi visus sum subiisse specum? CERBE. Vnus mortaliū Menippe sic mihi visus es subire : vt tuo dignum erat genere: et prior te Diogenes:propterea ꝙ neutiq̄ adacti subieritis/aut intrusi:verum tum vltronei:tum ridentes:atq; omnibus plorare renuntiantes.

PRAEFATIO SEV HERCVLES GALlicus Luciani Erasmo interprete.

Erculem Galli lingua gentis vernacula Ogmiū vocant. Porro dcum ipm noua quadā atq; inusitata figura depingunt: decrepitus est apud illos:recaluaster: reliqs capillis,siq reliqui sunt,plane canis: cute rugosa: et in aterrimum exusta colorē:cuiusmodi sunt nautę isti senes. Charontē potius/ aut Iapetū quempiā ex his q apud inferos versant/diceres. In summa:quiduis potius q̄ Herculē esse cōiiceres ex imagine. Atq; tali specie quū sit,tamē Herculis ornatū gerit:vt q tū leonis exuuiū indutus sit:tum clauam dextra teneat:tum pharetram humeris aptatā portet:tū arcū tensum lęua prætēdat. Deniq; modis oībus Hercules est. Hæc equidē arbitrabar in Græcanicorū deoꝝ cōtumeliā ꝑpera facere Gallos:quū eū eiusmodi fingerēt effigie:quo nimirū illū talib⁹ picturis vlciscerentur:ꝙ olim in regionem iporū incursasset:prædas agens id tpis: quum

Geryonis armenta vestigãs occidẽtaliũ gẽtiũ plæraſq; regiones puaſtaret. At nõdũ etiã dixi: id qđ erat in imagine maxime nouũ atq; mirãdũ. Siqdẽ Hercules ille ſenex ingentẽ admodũ hominũ multitudinẽ trahit: oĩbus ab aure reuinctis. Porro vincula catenulæ tenues auro electrove cõfectę, pulcherrimis iſtis monilibus adſimiles. Atqui quũ vinculis vſqadeo fragilib⁹ ducant: tamẽ neq; de fugiẽdo cogitãt, quũ alioqui cõmode poſſint: neq; prſus obnitunt aut pedibus aduerſus trahẽtem obtendunt, ſeſe reſupinantes: verũ alacres ac lęti ſequunt, ducẽtẽ admirãtes, vltro feſtinãtes oẽs, & laxatis funiculis, etiã anteuertere ſtudẽtes. Perinde quaſi grauiter laturi, ſi ſoluerent vinculis. Ne illud qdẽ pigebit referre, qđ mihi videbat oĩm abſurdiſſimũ. Etenim quũ nõ inueniret pictor vnde catenularũ ſummas anſas necteret: videlicet dextera iam clauã, lęua arcũ tenẽte, ſummã dei linguã perterebrauit, atq; ex hac religatis catenulis eos trahi fecit. Ipſe nimirũ ad eos qui ducebãtur, vultũ & oculos cõuertebat / arridẽs. Hęc ego quũ diutius aſſiſtẽs eſſem contẽplatus / admirans, hęſitans: indignãs Gallus quiſpiã / qui ꝑ pius aſtabat / noſtratiũ literarũ nõ indoctus: id qđ declarauit: quũ Græcanicam linguã abſolute ſonaret, philoſophus opinor ex eo genere philoſophorũ: qđ apud illos eſſe fertur. Ego tibi hoſpes inqt / picturæ iſtius ænigma explicabo. Nã videre veheměter ad eã attonit⁹ ac ſtupefactus. Orationẽ nos Galli nequaq̃ arbitramur eſſe Mercurium: quẽadmodum vos Græci: verũ Herculi illã tribuimus: ꝑpterea q̃ hic Mercurio longe robuſtior extiterit. Nã q̃ ſenex fingitur, nihil eſt qđ mirere. Siqdẽ vna facũdia cõſueuit in ſenecta demũ abſolutũ vigorẽ oſtendere: ſi modo verũ veſtri dicunt poetæ.

Obduci iuuenum denſa caligine pectus.
Contra ſenectam poſſe quiddam dicere:
Rudi iuuenta melius ac præclarius.

Hinc videlicet apud vos & Neſtoris lĩgua melle ꝑfluit: et Troianoꝝ cõcionatores Lirioeſſan edunt, videlicet floridã quãdã vocẽ. Nam liria ſi ſatis cõmemini / flores appellantur. Proinde q̃ ab auribus vinctos ad linguã trahit ſenex hic Hercules: qui non aliud q̃ ipſe eſt ſermo: ne id quidẽ debes admirari: qui quidẽ non ignores linguæ cum auribus eſſe cognationẽ. Neq; vero ad cõtumeliã illius illud pertinet: q̃ ea pertuſa eſt. Nam memini inquit, & Iambicos quoſdam verſiculos e comœdiis apud vos diſcere.

Siquidem viris loquacibus
Extrema lingua perforata eſt omnibus.

Quin de eodẽ hanc in ſumma habemus opinionẽ, vt quicquid egit id oratione facũdiaq; confeciſſe putemus: vtpote virũ ſapiẽtẽ: ac perſuadẽdo plę-

raq; ſibi ſubegiſſe. Iam tela illius nimirũ rationes ſunt, acutę, miſſiles, citæ atq; animũ ſauciantes. Vnde pẽnigera dicta vos quoq; nominatis. Hacten? Gallus. Ac mihi quidẽ quũ huc me cõferẽs mecũ inter eundũ ppenderẽ: nũ decorũ iam eſſet: vt tam grandis natu, quiq; iam pridẽ ab his doctrinæ certaminibus memet abdicaſſem, rurſum me tam multorũ iudicũ calculis exponerẽ iudicãdum: in tẽpore ſubiit animũ meum eius picturæ recordatio. Nam antehac verebar: ne cui veſtrũ viderer hęc admodũ puerĩliter agere, quaſiq; pręter ætatem iuuenari. Proinde ne quis Homericus adoleſcentulus illud mihi impingeret dicens.

Aetas iam periit tua. Tum illud.

Ac te corripuit carioſa ſenecta: miniſter
Inualiduſq; tibi, & ſegnes tardiq; caballi.

Videlicet eo ſcõmate pedes meos notans. Verũ quoties ſenex ille Hercules recurrit animo, ad quiduis adducor vt faciam: neq; me pudet hæc audere: quũ ſim ipſi æqualis imagini. Itaq; robur/celeritas/forma/& ſi qua ſunt alia corporis bona, valeãt: cũq; his tuus o Teie vates/cupido, vbi me mẽto ſubcano viderit, auro rutilantibus alis, ſi videbitur vel aquilas pteruolet: neq; laborabit Hippoclides, imo nũc vel maxime tẽpeſtiuũ fuerit: facũdia repubeſcere/florere/vigere/ & g̃ licet plurimos ab auribus ducere: ac ſępius arcu ferire: quãdoquidẽ periculũ nõ eſt: ne quãdo quis pter ſpem pharetram inanẽ reperiat. Vides quibus modis ætatẽ meã, meãq; ſenectutẽ ipſe conſoler animẽq;: adeo vt non ſim veritus, nauim iam olim in terrã ſubductam denuo reuellere, ſuiſq; inſtructam armis/mediũ in pelagus demittere. Contingant autẽ a vobis o dii, afflatus ſecũdi: quando nunc vel maxime/pſente/bono/atq; amico vento nobis ẽ opus. Quo ſi digni modo videbimur: in nos quoq; dicat aliquis Homericum illud,

Quos profert ſenior pannis e vilibus armos.

τέλοσ.

EVNVCHVS SIVE PAMPHILVS LVCIANI ERASMO INTERPRETE.

VNde nobis aduenis Luciane: ſeu quidnã rei rides? Semp tu quidẽ & alias cõſueniſti nobis hilaris ac feſtiuus occurrere: verũ iſthuc magis aliqd ſolito videt eſſe: de quo riſum nec cõpeſcere queas. LVCIANVS. E foro tibi adſũ o Pãphile: porro mox efficiã, vt tu quoq; mecũ rideas: ſimulatq; audieris cuiuſmdi litis adfuerim actioni: duob? philoſophis inter ſeſe contẽdẽtibus. PAMPHILVS. Iam

isthuc ipm ꝓfecto ridiculũ est qđ ais: philosophos inuicé lites agitare. Nã etiã si quid magni fuisset negotii, inter ipsos modeste/citraq; pugnã/ cõtro uersiã cõpositã oportuit. LVCIANVS. Quid ais? Tranqlle cõponãt illi:q quidẽ solida plaustra cõuitiis onusta, alter in alterũ effuderint, vociferãtes miraq; puicacia cõtẽdẽtes? PAMPHILVS. Videlicet de disciplinis atq; opinionib9 Luciane, ita vt assolẽt dissentiebãt:q; erãt diuersę factiõis. LVCIA. Nequaq̃. Imo aliud quiddã erat hoc de quo dissidebãt. Nã eiusdẽ sectę erãt ambo, eiusdẽq; scholæ. Et tamẽ orta inter eos lis erat. Porro iudices, qui cognoscebãt, primates erãt hui9 reip. natuq; maximi ac sapiẽtissimi. Breuiter apud quos pudescat aliqs etiã parũ apte quippiã elocutus, nedũ ad tantã ꝓuectus inuerecũdiã. PAMPH. Quin tu igit litis argumẽtũ exponis, quo videlicet ipse etiã cognoscã, quę res tibi tãtũ risum cõcitarit? LVCIANVS. Scis Pãphile, salariũ, idq; neutiq̃ exiguũ ab imperatore fuisse cõstitutũ: singulis philosophorũ generib9: puta, Stoicis/Platonicis/Epicureis: cũq; his etiã peripateticis: ita vt vnicuiq; sectæ ꝑmiũ esset æquale. Cęterũ demortuo ex his quopiã, alius aliqs in eius locũ subrogãdus est q sit optimatũ calculis ꝓbatus. Porro ꝑmiũ illud, neq; bubula pellis erat q̃piã, quẽadmodũ ait poeta nec porcellus: verũ singulos in annos decies mille nũmũ: quos accipiũt, vti doceãt iuuẽturẽ. PAMPHI. Memini qdem ista. Quin aiũt nuper ex illis diẽ obiisse quẽpiã: alterũ ni fallor e peripateticis. LVCIA. Hæc ipsa Pamphile Helena: ꝓpter quã illi inter sese singulari certamine cõflictabãt. Et hacten9 quidẽ nihil etiã ridẽdũ erat in illis ꝑter hoc: q; quũ philosophos eẽ se ꝓfiterẽtur, ac pecunias ꝓ nihilo ducere: tamẽ earũ gratia pinde atq; ꝓ patria in discrimẽ adducta, ꝓ religiõe maiorũ, ꝓ monumẽtis ꝓgenitorũ, decertarẽt. PAMPHI. Atqui peripateticorũ istud est decretũ: nõ admodũ esse negligẽdas pecunias: verũ eas in tertio quodã bonorũ ordine eẽ ponẽdas. LVCIA. Recte dicis. Nã ita qdẽ aiũt. Proinde bellũ hoc ex maiorũ iudicio/sentẽtiaq; illis extitit: verũ q̃ postea cõsequuta sint, iam auscultа. Primũ cõplures qdẽ alii in defuncti illius funebribus ludis decertabãt: sed inter hos ꝑcipue duo viribus pares: puta Diocles ille senex: nosti quẽ dicã: cõtẽtiosum illũ inquã: præterea Bagoas: qui quidẽ ea specie est: vt eunuchus esse videat. Inter hos initio de doctrina, deq; philosophiæ decretis atq; opinionibus est decertatũ: & vterq; sui specimẽ ac documẽtũ dedit: q; esset Aristotelicæ factionis: q; eius placita sequeret ostẽdit. At per louẽ in hoc certamine/ neuter altero supior erat. Lis igitur huc deflexit deniq;. Diocles desinens iã eruditionis suæ periculũ ac specimen ostẽdere, ad Bagoam descẽdit, ac vitã illius in primis carpere est aggressus. Bagoas itidẽ huius vitam vicissim taxabat.

PAMPHILVS. Idq; merito Luciane. Siquidē eius rei magis erat habēda ratio. Proinde si ego forte iudex causæ sedissem: magis in hoc vt mihi videt, futurus erā occupatus: potiusq; spectassem, vter moribus esset p̄stantior: q̄ vter ad disputandū ac dicēdū promptior: atq; illi potius q̄ huic victoriā adiudicassem. LVCIANVS. Recte dicis. Equidē isti tuę sentētiæ meum & ipse calculū addo. Verū vbi iā conuiciis, vbi maledictis essent satiati: tandē Diocles illud aiebat nefas esse, vel conari aut p̄ponere Bagoam: vti cū philosophię studio, cūq; pulcherrimis illi⁹ p̄miis, cōmerciū haberet: qui q̄dem eunuchus esset. Imo hoc hominū genus, nō solū ab eiusmodi cōtubernio secludi oportere: verū ab ipsis etiā sacris, ac vasis puris, breuiter ab omnibus publicis cœtibus eiici. Ostēdens inauspicatū quoddā & occursu infaustum spectaculū fore: si quis mane domo egressus / vel videat istiusmodi quippiā. Atq; hac de re multis verbis differebat: affirmās eunuchū neq; virum esse, neq; mulierē: sed quiddā vtrinq; cōpositū & conflatū, planeq; monstrum ab hominū natura specieq; alienū. PAMPHIL. Nouā accusandi rationē nobis narras Luciane. Iāq; & ipse ridere cōpellor / crimē audiēs tā inauditū. Sed alter ille q̄d! Nū obticebat! An vicissim & ipse quiddā ausus est ad ista respōdere! LVCIA. Initio q̄dē pudore ac metu (nā id est istis familiare) diutius obticebat, erubescēs interim, palāq; p̄ se ferēs id q̄d erat. tandē autē tenuem quandā ac muliebrē edens vocē, negabat ęquū facere Dioclem: q̄ se q̄ Eunuchus esset: ob id a philosophia secluderet: cū qua fœminis etiā esset cōmerciū. Allegabant: Aspasia, Diotima, Thargelia: quę causam illius adiuuabāt. Prętera Academicus q̄dā Eunuchus natione Gallus: q̄ paulo ante nostrā ætatē maximi nois apud Gręcos floruisset. Porro Diocles etiā illū ipm, si q̄ dē extaret ac simili negotio sese misceret, phibiturq; sese respōdit: nihil expauefactū opinione, quā apud vulgus obtinebat. Ad hęc quū ipse q̄dā dicteria in illū iaciebat: tū referebat in eū quæ a Stoicis maximeq; Cynicis dicta ad risum cōcitādū erāt idonea de corpore mutilo atq; impfecto. Hac ī re iudicū cognitio versabat. Denique toti⁹ causę iā illā caput eē cœpit: nū eunuch⁹ idoneus eēt cēsendus: q̄ ad philosophiā admitteret: qq; iuuenibus p̄fici postularet: quū alter interī formā etiā ac corpis ītegritatē, in philosopho req̄rēdā eē diceret. Maxime vero vti barbā altā ac p̄missam gerat: quo videlicet iis q̄ discēdi cupidi aduenirēt, vir grauis appareat: & is cui fides haberi debeat: neq; īdignus videat decē illis drachmarū milib⁹: quę forēt ab impatore capiēda. Cęterū eunuchorū cōditionē etiā q̄ Spadonū esse viliorē. Nā illos aliqñ virile q̄ddā exptos fuisse: at hunc ab ipo statim ortu fuisse exectū planeq; animal esse quoddā / variū atq; anceps: nō aliter q̄ cornices: quę neq;

inter columbas,neq; inter coruos numerari queant.Alter contra respõde-
ret eo iudicio non de corporis agi figura:verũ de animi virtute:proide mẽ
tis qualitatẽ expendi oportere: deq; dogmatũ cognitione quęrendum esse.
Eius rei testis citatus Aristoteles:qui quidẽ Ermeã eunuchũ Atarne oriun
dum tyrannũ supra modũ sit admiratus: adeo, vt illi pinde atq; diis sacra
fecerit.Ausus est et illud addere Bagoas/multo magis idoneum esse eunu-
chum:cui adolescentes erudiendi credant:q; ab hoc nulla in illos calumnia
possit hærere:neq; Socraticũ illud crimen in hunc competat: q; adolescen-
tulos corrumpat.Deinde quæ ille potissimũ in mentũ imberbe fuerat cauil
latus,ea hic facete/vt ipsi quidẽ videbatur/reiecit. Etem̃ si e barbæ prolixi-
tate,inquit,philosophos æstimare conuenit: nimirũ hircus ante omnis pri
mas tenebit.Hic tertius quidã assistens(nomẽ hominis silebitur)atqui iu-
dices,inquit, hic malis lęuibus ac fœminea voce/reliquoq; corporis habitu
eunucho adsimilis:siquis vestes detrahat,egregie vir esse videbitur.Alioq
mentiunt qui ferũt eum aliquando in adulterio deprehensum / membra in
membris,vt legũ tabulæ loquũtur,habentẽ: atq; id quidẽ temporis ad eu-
nuchũ confugisse:eaq; reperta latebra absolutũ fuisse: quũ iudicibus crimẽ
persuaderi non posset:vt q e specie hominẽ iudicarent eunuchũ.At nũc mi
hi palinodiã canturus videt:idq; propter ostentatũ pręmiũ.Hæc quũ dice
rentur,omnibus,vt par erat,risus est obortus. Porro Bagoas magis etiam
perturbabatur omnem in speciem sese varians: atq; in innumerabiles ver-
sus colores,tum frigido sudore fluens: ac neq; decorũ sibi existimabat adul
terii crimen agnoscere: neq; rursum eam accusationẽ inutilem ad præsens
certamen arbitrabat.PAMPHI.Profecto deridicula sunt ista Luciane:neq;
vulgarem vobis,vti cõiectandũ est,voluptatem præbuerunt.Verũ quo tã
dem res euasit?Et quid super his pronuntiarũt iudices?LVCIA.Non erat
eadem omniũ sententia. Verũ aliis quidem visum est: vti nudato illo/quẽ-
admodũ in emptitiis seruis fieri consucuit/inspicerent: nũ in iis quæ ad pe
nem pertinẽt/philosophari posset. Alii vero sententiã dixere multo magis
etiam hac ridiculam:nempe vt accersitis e lustro mulieribus aliquot iube-
rent illum cũ illis congredi:ac viri officio fungi:astante interim e iudicib⁹
quopiam,qui qdem esset natu maximus/fideq; spectatissima:qui inspiceret
num philosophũ pręstaret.Hęc vbi omniũ risu fuissent excepta: neq; quisq;
omnino adesset,cui non doleret aluus risu concussus: visum est vt integra
causa in Italiã reiiceretur.Ac nunc alter /vt aiũt/ ad eloquentiæ ostentatio
nem semet exercet atq; instruit:et accusationẽ q̃elaboratissimã meditatur
adulterii crimen aggrediens: id quod ipsi maxime aduersatur. Quod qdẽ

et hic facit/iuxta malorũ rhetoꝝ/morem:quũ ex ipso crimine aduersarium inter viros recenset.Contra Bagoas diuersa curat:quemadmodũ audio:et assidue virum agit/negotiumq; præ manibus habet. Postremo victurũ sese sperat:si modo docere possit/se nihilo deteriorem esse equas ineuntibus asinis.Id enim amice visum est optimũ philosophiæ documẽtum/ atq; vna demonstratio:quæ refelli nõ queat. Proinde optarim:vt filius qui mihi est adhuc admodũ adolescens,nõ animum et linguam, sed penem haberet ad linguam idoneum.

Finis Eunuchi Erasmo interprete.

DE SACRIFICIIS.

Nimuero siquis recensere velit: quæ stultissimi mortales factitant/in sacris/in festis diebus/ in adeundis/salutãdisq; diis:tum quas res ab illis petant: quæ vota faciant: cuiusmodi sint,quæ de illis sentiunt/statuũtq; : equidem haud scio,sit ne quisq̃ animo curis ita confecto: vsq;adeo mœsto:quin risurus sit:vbi ppenderit negotii tum absurditatem,tum amentiã. At multo ante q̃ ridere incipiat opinor secum illud expendet:vtrũ pios istos appellari conueniat: an contra,diis inimicos/atq; infelices/ ac genios malos : qui quidem numen ipm rem vsq;adeo humilem atq; abiectam existiment esse : vt humanis egeat obsequiis:vtq; adulatione capiatur ac gaudeat:rursum vt stomachetur atq; iracũde ferat:si negligat Nam Aetolica illa mala/simulq; Calydoniorũ calamitates: totq; hoim cædes:adhæc et Meleagri interitũ:hęc omnia a Diana authore ꝓfecta esse prędicãt:quæ videlicet grauiter ferret: q; ab Oeneo nõ esset ad sacrificiũ adhibita. Vsq;adeo nimirũ alte dolor hic animo illius insederat: q; sacris epulis esset frustrata. Quin illam iam mihi videre videor /vt erat id tpis/in cœlo solitariã,reliqs diis ad Oenei cõuiuium ꝓfectis foras: miseris modis gerentem sese:ac miserabiliter eiulantem:q; ab eiusmodi festo esset abfutura.Cõtra Aethiopes illos fortunatos/ ac multis modis felices quis dixerit: si modo Iuppiter illis gratiã referret pro humanitate: quã ī initio poematis Homerici in ipm exhibuerãt:duodecim ppetuos dies epulis acceptũ: idq; quũ reliquis etiam diis comitatus ad conuiuiũ veniret. Vsq;adeo nihil vt appareret quicqd faciunt illi,gratis faciũt:verũ sua bona vendũt mortalibus:atq; emere qdem ab illis licet omnia:puta bonã valitudinẽ bucula: diuitias bobus quatuor:tum regnũ bobus centum. Præterea sospitem ab Troia in Pylum reditũ tauris nouem. Iam ex Aulide ad illum transmittendi facultatẽ

regia puella. Nã alius quidã/ne id temporis vrbs cãpereť, a Minerua mercatus eſt bobus duodecim/ac peplo. Veriſimile eſt aũt/eſſe præterea quædã quæ vel gallo/vel corolla/vel ſolo thure ab illis redimi queant. Hæc igitur quũ nõ ignoraret, opinor, Chryſes ille, vtpote/tum ſacerdos/tũ ſenex/diuinarũq; rerũ egregie peritus: poſteaq; re infecta rediſſet ab Agamẽnone tãq; qui prídẽ Apollíni mutuũ dediſſet beneficiũ: ita nunc imputat ac repoſcit vicem: quin cõuitiatur etiã ꝓpemodũ: nempe quũ ſic ait. Equidem Apollo egregie/templũ tuũ quũ íd temporis adhuc eſſet incoronatũ/ ſæpenumero coronis ornaui: deíde tã multas tibí in aris adoleuí coxas taurorũ/ pariterq; caprarũ. At tu cõtra/me negligis: quũ huiuſmodí patiar íniurías: ꝓq; nihilo ducís homínẽ bene de te meritũ. Qua quidem oratione in tantũ ille pudefactus eſt: vt ꝓtinus arrepto arcu/ac ſupra nauiũ ſtationẽ ſeſe collocãs peſtem in Græcorũ copias íacularetur: ne mulis quidẽ et canibus íntactis. Sed quoniã de Apolline incidit mentio: referam de eodẽ et alia: quæ de illo ſapientes iſti tradũt: nõ illa quidẽ, quoties q̃ infeliciter amarit: nõ Hiacynthi cædem: neq; Daphnes ſupbiam: verũ quemadmodũ damnatus etiã fuerit/ et ob Cyclopes interfectos in exilium exactus. Vnde factũ vt e cœlo in terrã demitteretur: humana iam ſorte vſurus/noſtriſq; malis factus obnoxius. Præterea aũt quemadmodũ in Theſſalia mercenariã operam ſuã locarit apud Admetũ: tum itẽ in Phrygia apud Laomedontẽ: atq; apud hunc quidẽ haud ſolus: verũ cum Neptuno: quũ ambo ꝓpter egeſtatẽ lateres cõponerent: inq; cõſtruendis mœnibus operam pręſtarent. Ac ne mercedem quidẽ ſolidã a Phryge illo tulerunt: verũ debebat illis adhuc de ſumma, vt ferũt, plus triginta drachmas Troiani nomiſmatis. Quid eñ! An non hęc in deorũ honorẽ fabulantur poetæ! atq; his etiã multo diuiniora de Neptuno: de Prometheo: de Saturno: de Rhea: deniq; de vniuerſa fere louis familia: idq; inuocatis/vt adſint canẽtibus in exordio poematũ/ Muſis: a qbus tandem velut afflati numine, id quod apparet, huiuſmodí quædã cantant. Quẽadmodũ Saturnus vt primũ Cœlum pñem ſuũ execuiſſet/ipſe in eo regnauerit: deinde liberos ſuos deuorarit: ſicuti ferũt feciſſe et Argiuũ illum Thyeſtem. Deinde quẽadmodũ Iuppiter furtim occultatus a Rhea ſaxum pueri loco ſubiiciente/in Cretã ſit ablegatus: atq; inibi a capella nutrice ſit alitus: itidẽ videlicet, vt Telephus a cerua: Cyr⁹ Perſa/is q prior regnauit a cane narratur enutritus. Poſtea quemadmodũ expulſo patre/atq; in vincula cõiecto, ipſe potitus ſit imperio. Duxerat aũt vxores cõpluris quidem alias: ſed poſtremo loco Iunonẽ germanam: idq; iuxta Perſarũ et Aſſyriorq; inſtitutum. Tum aũt q̃ eſſet in amores ꝓpenſus atq; in venerem effuſus, fa

cile cœlũ liberis expleuerit. Quorũ alios ex ſuæ ſortis deabus crearit: alios contra nothos/ex mortali terreſtriq; genere ſuſtulerit. Quũ interim generoſus ille, nũc in aurũ, nunc in taurũ, nunc in cygnũ aut aquilam verteret: ac in ſumma plures ſibi formas aſſumeret: q̃ vel Proteus ipſe. Porro Mineruam e ſuo ipſius capite progenuit/ hanc plane ſub ipſo cerebro complexus. Nam Bacchũ vt aiunt, e matre etiãdũ conflagrante ſurreptũ, in ſuũ femur illatũ defodit. Deinde vrgente partu, execuit. Nec his diſſimilia/de Iunone etiam canũt. Nempe hanc citra virilẽ congreſſum/ ſubuentaneo conceptu grauidam puerũ edidiſſe Vulcanũ: atq; eũ quidẽ nõ admodũ fortunatum, verũ excuſorẽ ac fabrũ ærariũ: quiq; perpetuo tum in igni/ tũ i fumo verſetur, ac ſcintillis oppletũ: quippe cui⁹ ars in fornacibus exerceatur. Tũ autẽ ne pedibus quidẽ integris, claudicare enim e ruina: quũ a Ioue præceps datus eſſet e cœlo. Q2 ni Lemnii pro ſua bonitate eũ/dũ adhuc ferretur in aere/ſuſcepiſſent, perierat nobis Vulcanus: non aliter q̃ Aſtyanax e turri dejectus. Q2q̃ quæ de Vulcano narrant/toleranda videãtur. Cæterũ de Prometheo, cui nõ cognitũ eſt, q̃ atrocia ſit paſſus: propterea q; ſupra modum humanæ gentis amans fuerit! Siquidẽ hũc Iuppiter in Scythiã deportatũ/ ſuper Caucaſum montẽ crucí ſuffixit: adhibita illi aquila quæ iecur illi⁹ aſſidue circũroderet. Hic itaq; pœnas pẽdit. Porro Rhea (nã ſunt hæc quoq; ſimul referẽda) an nõ indecore, atq; indigne facit! Iam anus quũ ſit, & ætate exacta, iiſq; rebus intẽpeſtiua, deinde tam multorũ mater deorũ, dũ pueros adhuc adamat, eoſq; zelotypia proſequitur, dũq; Atten ipſum leonibus ſecũ circũuectat: p̃ſertim quũ iã vtilis eſſe nõ queat. Itaq; quinã poſthac vitio vertat aliquis, vel Veneri q; adulteretur, vel Dianæ q; ad Endymionẽ frequẽter medio e curſu diuertẽs deſcẽdat! Sed age miſſas faciamus has fabulas: atq; ipſum cœlũ conſcẽdamus: poetico illo more ſubuolantes: ea nimirũ via, quã vnã pariter cũ Homero Heſiodus cõmõſtrat: contẽplaturi, quẽ in modũ ſingula apud illos ſint ordinata. Ac primũ quidẽ q; forinſecus ſit ferreũ, vel ab Homero, qui id ante noſtram ætatẽ dixit, audiuim⁹. Q đ ſi ſuperas, ac ſublato paulũ capite ſurſum aſpexeris: ac plane in ip̃m quaſi dorſum pueneris: ibi ſimul & lumen apparet candidius & ſerenior ſol, & aſtra fulgẽtiora, nihilq; vſq̃ oculis occurrit niſi clarus dies, ac ſolũ vndiq; aureũ. Cæterũ introgrediẽti/primo loco manſitant horæ: quippe quæ portas ſeruãt. Poſt eas Iris ac Mercurius, vtpote miniſtri Iouis & internũcii. Deinde Vulcani fabrilis officina, omnigena referta artificio. Poſtea deorũ ædes, ac Iouis ipſius regia: quæ quidẽ omnia Vulcanus pulcherrime fabricatus ſit. At vero dii iuxta Iouẽ aſſidẽtes (cõuenit enĩ opinor vt in ſupernis illis ſe-

dibus magno ſtrepitu faſtuq; viuatur) i terrã deſpiciũt: & quoquouerſum íntẽto capite, circũſpectãt, ſicunde ſubuolantẽ ignẽ videãt, aut nidorẽ in aera furgẽtẽ, circaq; fumũ rotantẽ ſeſe. Q; ſi qs forte ſacrũ faciat: epulant oĩs fumo inhiãtes, ac muſcarũ in morẽ ſanguinẽ exugẽtes circũ aras effuſum. Alioq; ſi domi cibũ capiant, nectare atq; ambroſia victitãt. Nam olim hoies etiã ab illis in cõuiuiũ ſunt adhibiti, vnaq; cũ eis potarũt: nẽpe Ixion ac Tãtalus: verũ illi quoniã vim & raptũ pararẽt, eſſentq; futiles & garruli: ob id in hũc quoq; diẽ pœnas luũt. Porro reliquo mortaliũ generi cœlũ iã inacceſſum eſt atq; occultũ. Et in hunc qdẽ modũ viuit a diis. Proinde videlicet et iã mortales ipſi i colẽdis illis cõſimilia q̃dã atq; iſtis cõſentanea moliunt. Nã primũ lucos illis attribuerũt: tũ & mõtes dicarũt: pręterea aues conſecrarũt: deinde ſuã cuiq; arborẽ aſſignarũt. His factis p regiones illos diſtributos colũt: eoſq; velut in ciuitatẽ ſuã receptãt. Nẽpe Apollinẽ Delphi Delíiq;: Mineruã Atheniẽſes: quę qdẽ Gręcis Athena dicta / vel ipſo vocabulo ſe ei reip. familiarẽ eſſe teſtat. Argiui Iunonẽ: Mygdonii Rheam: Venerem Paphii. Rurſum aũt Cretẽſes louẽ affirmãt nõ modo vixiſſe apud ſeſe, nutritũq; fuiſſe: verũ etiã ſepulchrũ illius oſtendũt. At nos ſcilicet interim tã multis iã ſęculis fallimur: q qdẽ opinemur louẽ tonare / pluere / reliquaq; oĩa peragere. Et illud nos latuit: eũ iã olim fuiſſe defunctũ: & apud Cretẽſes ſepultũ. Deinde vero phanis in honorẽ illorum erectis, ne tectis videlicet aut penatibus careãt, formas illorũ exprimũt adhibito ad id vel Praxitele, vel Polycleto, vel Phydia. At hi qdẽ artifices, haud ſcio vbinã viſam, eorũ effigiẽ repſentãt. Ac louẽ qdẽ barbatũ fingũt. Apollinẽ vero ſemp puerũ. Mercuriũ iã pubeſcentẽ, primãq; ducentẽ lanuginẽ. Neptunũ nigro capillitio. ceſiis oculis Mineruam. Attamẽ q templa ingrediũtur / nõ iam arbitrãtur ſeſe videre vel ebur ab Indis aduectũ / vel e Thracũ venis effoſſum aurũ, verũ ipm Saturni Rheæq; filiũ a Phydia in terrã hoſpitẽ adductũ, iuſſumq; Piſanorũ in ſolitudine cuſtodẽ ac ſpeculatorẽ aſſiſtere: idq; hoc cõtentũ p̃mio: boniq; cõſulẽtẽ: ſi intra quinq; ppetuos annos dũ Olympia celebrant interim obiter illi ſacrificet aliquis. Tũ aũt cõſtitutis aris, deſignatis ſacrorum ſeptis, puris vaſis collocatis, victimas offerunt: bouẽ aratorẽ agricola: agnũ opilio: caprã caprarius. Eſt q thus: eſt qui placentulã offerat. At ſi qs pauper: is ita deo litat: vt dexterã dũtaxat ſuã ipſius exoſculetur. Iam vero quũ ímolãt (nã ad illos redeo) primũ ſertis coronãt pecudẽ: multoq; ante explorant: nũ legitima ſit & ſacris idonea: ne qd forte mactent, ex his q̃ religio repudiat: deinde ad aram applicant: ac ſub oculis dei iugulant, flebile quiddã emugientẽ, beneq; / ſicuti licet cõiicere / ominatũ: deniq; voce iam le-

uioreád ſacri tibías reſpondẽtem. Quis vero non facile coniectet gaudere deos:quũ iſta ſpectãt! Quin & in frontiſpicio poſita ſcriptura denũtiat: ne quis intra pura vaſa conſiſtat:q manibus ſit impuris. Atqui ſacrificus ipſe/ ſanguine fœdatus, neq; aliter q̃ Cyclops ille pecudẽ incidit, inteſtina educit,cor reuellit,cruorẽ aræ circũfundit. Et qd tãdem non obiens peragẽſq; qđ ad pietatem ſacrorũq; ritũ pertineat! Poſt omnia demũ,incenſo igni/ capram ipſa pariter cum pelle deportatam imponit: ipſam item cũ lanis ouẽ. Nidor interim ille ſacer atq; diuinus ſurſum fertur,atq; in ipſum vſq; cœlum ſubuectus paulatim diffunditur.Iã vero Scythæ reliquis oĩbus hoſtiis omiſſis, vt quas viles atq; humiles exiſtimẽt, ipſos hoĩes mactãt Artemidi atq; eo ritu deã placant. Verũ hęc fortaſſis/modeſta videantur: cũq; his ea quæ factitant Aſſyrii:quæ Phryges:quæ Lydi. Verũ ſi in Aegyptum profi ciſcaris,ibi demũ,ibi videbis permulta religioſa, planeq; cœlo digna.Puta Iouem arietino vultu:Mercurium illum optimũ facie canina: Panem vero totum hircum. Ad hæc alium Ibim: alium Crocodilum: aliũ etiã Simiam. Q2 ſi his quoq; de rebus

Quo plane pernoſſe queas didiciſſe libebit,

Compluris ſophiſtas audies:tum ſcribas,ac prophetas,mento raſo,qui tibi narrent (Sed prius/vt dici ſolet/

Fores occlude prophane.) Quẽadmodũ videlicet quõdam ea ſeditione territi,quã mouerant hoſtes atq; gigantes, in Aegyptum deuenerint:vt illic in poſterum tuti ab hoſtibus latitarent.Et ob eam cauſam ali⁹ hircũ induerit,alius arietem,nimirũ præ formidine,alius feram,alius auem . Atq; hinc eſſe:vt dii nũc etiã eas obtineant formas:quas id tẽporis aſſumpſerãt. Nã hæc diligẽter mandata literis, idq; ante annos plus decies mille in adytis illorũ repoſita ſeruantur.Porro ſacrorũ peragendorũ idem ferme apud illos ritus:niſi q̃ hoſtiam luctu proſequũtur: iãq; mactatæ circũfuſi mẽbra laniant.Sũt q ſepeliant dũtaxat poſteaq̃ occiderint. Nam Apis ille q̃dem deus apud illos eſt maximus, ſi quando moriatur, quis vſq;adeo magni faciat cæſariem ſuam:qui non eam detondeat, ac nudo capite luctũ præ ſe ferat:etiam ſi vel purpureã Niſi comã habuerit! Eſt aũt hic Apis deus ex armento iam antea ſuffragiis deſignatus:vtpote multo formoſior ac venerabilior reliquis illis priuatis & gregariis bubus.Hæc igitur quũ ſic habeant et tamen a vulgo vera ſeriaq; credantur:mihi quidem poſtulare videntur: non qui reꝓhendat:ſed vel Heraclitum potius aliquem,vel Democritum: quorum hic amentiam eorum rideat:ille deploret inſcitiam.

τέλος.

Luciani

LVCIANI CONVIVIVM SEV LAPITHAE

Eraſmo Interprete.

PHILON. LVCIANVS. PHILON.

NOuam quãdam et variam diſputationem Luciane vobis fuiſſe narrant/ſup cœnam apud Ariſtænetũ: tũ philoſophicos quoſdã ſermones dictos: ac ſup his ſummam contentionem exortam fuiſſe. Q̃ ni mentitus eſt Charinus, etiã ad vulnera vſq; rem ꝓceſſiſſe. deniq; ſanguine conflictum fuiſſe diremptũ. LVCIANVS. Atq; vndenã Philõ iſta reſciuit Charinus: neq; em̃ is nobiſcum aderat in conuiuio. PHILON. E Dionico medico aiebat audiſſe ſeſe. Porro Dionicus etiã ipſe e conuiuarũ numero fuit opinor. LVCIA. Fuit maxime. Verũ ne is quidem ab initio rebus omnibus fuit præſens: ſed ſerius aduenerat/media ferme pugna/paulo q; ante vulnera. Proĩde demiror: ſiquid comperti/certive referre potuit: q̃ non ordine ſpectarit illa: vnde inter illos nata lis, poſtea ad ſanguinẽ vſq; deducta eſt. PHILON. Proinde Luciane Charinus etiam ipſe ſi rem comptius vellem cognoſcere, et quo ſingula modo ſint geſta doceri, te adirẽ iuſſit. Nã Dionicũ etiam ipſum faſſum fuiſſe: ne ſe quidẽ toti negotio præſentem adfuiſſe. Te vero quicq̃d eſſet actum/id omne comperto/certoq; ſcire: tum etiam quæ dicta inter illos fuerint/meminiſſe: quippe qui eiuſmodi nõ obiter neq; neglectim audire: ſed ꝓtium atq; attente auſcultari ſis ſolitus. Proinde nunq̃ effugies: quin nos hoc ſuauiſſimo accipias epulo: quo mihi quidem haud ſcio, an vllum poſſit accidere iucundius: præſertim q; ſobrii per otium tuto ac citra ſanguinẽ/extraq; teli, quod aiunt, iactum cõſtituti ſumus epulaturi.

Siue ſenes aliquid Super cœnam ſunt debacchati:
Siue etiam iuuenes:
a mero compulſi ſunt: quæ neutiq̃ fas erat, tum dicere, tũ facere. LVCIA. Iuuenílius tu q̃dem Philon/atq; inconſultius hæc nos iubes in vulgus efferre: eaq; referre: quæ inter pocula ab ebriis ſunt acta: quum hæc magis oporteat obliuioni tradere: eaq; omnia Baccho deovelut authori imputare: quiquidẽ haud ſcio, an quẽq̃ ſuis non afflatum Orgiis/et Bacchanalíum exptẽ ꝓterierit. Proinde vide ne hoĩs ſit parũ bene morati / eiuſmodi adamuſſim exquirere: quæ rectius erat in cõuiuio reliquiſſe/atq; ita diſcedere. Siq̃dem odi (ſicut inq̃t verſus poeticus) memorem compotorẽ. Ne a Dionico quidem recte factum: qui hæc apud Charinũ effutiuerit: immodicamq; et pridianã diſſiparit temulentiã hominum philoſophorum. Cæterum ego abſit

vt iſtiuſmodi quippiã ſim dicturus.PHILON. Nugas agis Luciane:quum iſta dicis.Quin haudquaq̃ oportebat ad iſtũ modũ apud me pſertim agere vt q certo ſciam,te multo cupidiorẽ eſſe narrãdi,q̃ ego ſim audiendi.Adeo vt mihi videaris,ſi deſint q te audiãt,vel ad colũnam aliquã/aut ſtatuam libẽter acceſſurus,quo cuncta pariter euomas.Qz ſi nũc coner diſcedere non ſines/ni te prius audiero/abire.Verũ vltro aderis:cõſectabere:rogabis.At tum ego te viciſſim luſero.Iamq; adeo/ſi ita vis/abimus:ex alio quopiã hęc eadẽ audituri.Tu vero ne dicito.LVCIA.Age ne quid ſuccẽſeas.Equidem dicã,quandoquidẽ vſq;adeo cupidus es audiendi:verũ heus ea lege:ne paſſim i vulgus efferas.PHILON.Ni prorſus ignoro Lucianũ,tute iſthuc potius feceris.Nã prior ipſe denarrabis oĩbus vt me qdẽ ad id nihil futurũ ſit opus.Sed illud mihi primo reſponde loco:Ariſtænetus,nũ filio Zenoni dabat vxorẽ,atq; ita in nuptiis eius vos accepit?LVCIA.Non:imo filiã ſuam elocauit Cleanthidẽ,idq; Eucriti nũmularii filio:q philoſophiæ dat operã.PHILON.Formoſo admodũ per louẽ adoleſcentulo:tãetſi tenero adhuc & vxorię rei non admodũ maturo.LVCIA.Verũ:at nõ inueniebat opinor alterũ generũ magis idoneum.Hũc igitur q tum modeſtus videretur,tũ ad philoſophię ſtudiũ propẽſus,pręterea autẽ vnicus Eucriti diuitis,ex oĩbus delegit filię ſuę maritũ.PHI.Cauſam neutiq̃ leuem dixiſti,nẽpe qa diues ſit Eucrit9.Verũ heus Luciane qnã erat cõuiuę?LVCIA.Reliquos illos quorſum attinuerit tibi recẽſere?Verũ e philoſophorũ nũero ac literatorę,quos potiſſimũ/opinor/audire cupis,Zenothemis erat:ſenex ille Stoic9:vnaq; cũ hoc Diphilus:cui cognomẽ Labyrinthus:& hic qdẽ q; eſſet Ariſtæneti filio pręceptor.Deinde peripateticę factionis Cleodemus:noſti hoiem,nẽpe dicacẽ illũ & argutũ,atq; ad refellendũ iſtructũ.Diſcipuli gladiũ ac bipennẽ nominãt.Quin & Hermõ aderat Epicureus.Verũ hũc quũ ingrederet,Stoici toruis obtuebant oculis & auerſabant:palãq; peride quaſi parricidã quẽpiã atq; impiũ ac funeſtũ deteſtabant.Et hi qdẽ tanq̃ Ariſtæneti ipſius amici familiareſq; fuerãt ad cœnã vocati / quos comitabat & Iſtiæus grãmaticus:& Dionyſodorus rhetor.Iam vero ppter ſponſum Cheream vna cum illo ad conuiuiũ acceſſerãt:Ion ille platonicus:q; is iuueni põceptor eſſet:vir venerandus aſpectu,ac maieſtatis quiddã pręſe ferẽs,multumq; dignitatis ipſo oſtẽdens ore.Vnde nõnulli propter animi conſtantiã ac rectitudinẽ regulã illum appellant.Huic ſimul vt ĩgrediebatur aſſurgebãt oẽs, ac veluti pręcipuum quẽdam ac primariũ hominẽ comiter atq; officioſe excepẽrũt: adeo vt plane numẽ aliquod aduenire videretur:quum adeſſet Ion admirãdus ille.Tandem vero/quum iam omnes ferme conuiuę pręſentes eſſent,tẽ

pus erat vt discumberetur. Itaq; ad dextram ingressus totã illam spondam mulieres (erant autẽ complures) occupabãt. Inter quas erat & sponsa: summo studio culta: hinc atq; hinc stipata fœminis. Porro ex aduerso ostii, altera turba / pro cuiusq; dignitate locis distributis. Porro e regione mulierum primo loco accũbebat Eucritus: secundo Aristænetus. Sub hæc ambigi cœptum, vtrum altero priorem oporteret accumbere Zenothemi ne Stoicũ: quippe senem: an Hermonẽ Epicureum. Nam hic erat Castoris ac Pollucis sacerdos: tum autẽ nobilissimę inter ciues familię. Verum eam hæsitationẽ sustulit Zenothemis: si me inquiens Aristænete / minoris ducis Hermone / viro videlicet isto, vt ne quid aliud mali dicã Epicureo discedo / totumq; cõuiuium vobis reliquo. Et puerum protinus aduocat: discedere parãs. Tum Hermon. Imo habeto inquit tibi priores partes Zenothemi. Qꝛꝝ etiã si nihil aliud vel hoc nomine par erat concedi, q̃ sacerdos sim vt plane contemnas epicurum. Rideo inquit Zenothemis sacerdotẽ epicuræum. Simulq; cum dicto accumbebat. Post hunc tamen Hermon. Deinde Cleodemus peripateticus: pone hunc Ion: proxime hũc sponsus: post eum ego: iuxta me Diphilus: huic assidebat Zenõ discipulus. Postremo Rhetor Dionysodorus cũ Istiæo grammatico. PHILON. Papæ Luciane musarum conuentum quendam mihi narras fuisse istud conuiuium: quippe plurimis sapientibus ac doctis viris refertũ. Ego vero laudo Aristænetum: q̃ quum optatissimã illã ac splendidissimã solẽnitatem celebraret: prę cęteris sapientissimos viros adhibere voluerit, idq; adeo delectis ex vnaquaq; philosophię secta pręcipuis: nõ hos aduocãs, illos pręteriens: verum promiscue vocãs omnis. LVCIA. Is vero nequaq̃ est e vulgarium istorꝝ diuitũ numero verũ & literarũ est studiosus / ac maximã vitę partẽ in his rebus versatur. Cœnabamus igitur initio quidẽ / taciti & quieti: variusq; erat apparat9 & omniiugus. Neq; enĩ arbitror operępretiũ vt numero recẽseam etiã illa cõdimẽta, cupedias, aromata, atq; id genus illectamẽta. Cuncta siquidẽ affatim suppetebãt. Inter hæc Cleodemus admoto ad Ionis aurẽ ore, non vides inquit senẽ illum Zenothemim dicebat (subauscultabã enĩ) vt sese opsoniis ingurgitat vtq; iure vestẽ oppleuit: tum ꝯmulta puero a tergo stanti porrigit putãs interim se aliorũ oculos fallere, neq; meminit post sese accũbẽtium! Hęc igitur fac & Luciano cõmonstres: quo testis esse possit. Mihi vero nihil Ione monstratore opus erat; quippe q̃ hæc multo ante limis iã oculis pręuiderã. Hæc simul atq; dixisset Cleodemus: irruit ĩ conuiuiũ & Alcidamas Cynicus: atq; is qdem inuocatus: vulgatũ illud festiuitatis gratia p̃fatus de Menelao, q̃ vltro ad fratris cõuiuiũ accessisset, Itaq; plęrisq; turpiter atq; ĩpudenter visus est feciſſe: &

qđ cuiqꝫ tũ forte in mẽtem veniebat,ĩ eũ torquebãt.alius illud.Inſanis Menelae. Alius rurſum. Verũ Agaménoniæ mẽti non iſta placebãt. Ad hęc alia,quę protẽpore ſalſe lepideqꝫ dici poterãt,ĩ eum obmurmurabãt.Nam palã nullus audebat quicq̃ dicere,propterea qꝺ metuerẽt Alcidamãtẽ vtpote cõuitiatorẽ egregiũ:vnũqꝫ e Cynicis oĩbus clamoſiſſimũ. Qua qdem re adeo viſus eſt reliquis antecellere:vt nulli nõ eſſet formidãdus.At Ariſtænetus collaudatũ illũ qꝺ ĩuocatus adueniſſet:iuſſit accepta ſella/iuxta Iſthiæũ ac Dionyſodorũ accũberet.At ille,Apage inquit muliebre quiddã ac molle dicis vti ĩ ſcãno aut ſella ſedeã quẽadmodũ facitis vos:mollibus ĩ ſtratis pene ſupini recũbẽtes,purpura ſuffulti.Quin ego tibi vel ſtans cœnauero in ipſo iterim cõuiuio etiã obambulãs. Qz ſi defatigatus fuero,tũ humi ſubſtrato pallio/cubito innixus cubuero : qualẽ videlicet Herculẽ pingunt.Ita fiat ĩquit Ariſtænetus:ſi quidẽ iſthuc mauis.Sub hęc Alcidamas ĩ orbẽ conuiuiũ luſtrãs,cœnabat,ſcytharũ ritu:ad vberiora paſcua ſubinde ſeſe trãſferẽs/vnaqꝫ cũ his q inferebant edulia/circumiens atqꝫ obambulans. Atqꝫ ĩterim tamẽ dum cibũ caperet,haudquaq̃ negotio vacabat/de virtute obiter,de vitio diſſerẽs,tum ĩ aurum atqꝫ argẽtum dicteria iaculans. iãqꝫ Ariſtænetum pcontabatur:quidnam ſibi vellẽt,tam multa,tam magna pocula,quum non minus vſui poſſent eſſe fictilia! Verum Ariſtænetus iã obturbantẽ,moleſtumqꝫ eſſe pergẽtem,in pręſens qdem compeſcuit:miniſtro innuens:vt igentem calicem/infuſo meraciſſimo vino/illi porrigeret.Atqꝫ id quidem viſus eſt optime excogitaſſe:nondum etiam ĩtelligens:quantorum malorũ is calix eſſet author futurus. Hũc igitur vt accepiſſet Alcidamas/aliquãtiſper ſilẽtium agebat. Ac ſolo ſternẽs ſeſe cubabat ſeminudus,quẽadmodũ facturũ ſeſe fuerat pollicit⁹cubito humi fixo initẽs ſimulqꝫ dextra ſcyphũ ſuſtinẽs:qualem Herculem apud Pholum pictores effingunt.Iã vero & inter alios calix aſſidue circũagebatur:tum inuitatiunculæ ad bibendum,& confabulationes ortæ,demum & lucernæ illatę.Interim ego quum puerũ,q iuxta Cleodemũ adſtabat(erat autẽ is pocillator egregie formoſus)ſubridentẽ vidiſſem(nã arbitror:qcquid obiter iter cœnãdũ obtigit: cõmemorari oportere:maxime,ſi quid ſit elegãtius ac ſcite factũ)iã admodũ attẽtus obſeruare cœpi:qdnã rei rideret.Ac paulopoſt,accedebat puer tanq̃ calicẽ a Cleodemo recepturus.At ille ſimul & digitũ illius ſubſtringebat,& drachmas puto duas vna cũ calice tradebat. Porro puer,ad ſubſtrictũ digitũ rurſus arridebat.Cęterũ:de pecunia,quũ nõ ſẽſiſſet opinor,eoqꝫ nõ reciperet:ĩ terrã delapſis drachmis ſtrepitus eſt cõcitatus:moxqꝫ ambo pariter rubore ſuffundebãtur:idqꝫ ita palã,vt nemo non animaduerteret.

Ambigebat igitur inter eos qui pxime sedebant : cuiusnã essent illi nũmi: quũ & puer negaret a se proiectos:& Cleodem⁹ itẽ / iuxta quẽ strepitus acciderat/sibi excidisse dissimularet. Verũ ea res tũ neglecta est:ac cõniuẽter omissa:ppterea q̃ id qđ acciderat,nõ ita multi vidissent:prẽter vnũ(vt mihi quidẽ visum est)Aristænetũ. Nam is paulopost puerũ loco mouit: clanculum ablegans:& alii cuidã innuit:vti Cleodemo pocillator assisteret: videlicet ex exoletis illis ac robustis,mulioni aut equisoni cuipiã. Ad hũc modum ea res vtcũq; abiit: summũ alioqui allatura pudorẽ Cleodemo:si quidem ad oẽs pmanasset: ac non ptinus occupans Aristænetus eã sopisset,ciuiliter dextreq; admodũ inducta temulẽtia.Cæterũ Alcidamas(iam enim potus erat)percõtatus,quidnã esset nomẽ puellæ nubẽti : tũ clara voce indicto silẽtio simul/& ad fœminas cõuerso vultu:prębibo inqt tibi Cleanthi/ Herculis nomine. Sub hęc quũ risissent oẽs:Ridetis inquit sacrilegi:q; spon sę Herculis dei mei nomine ppinauerim! Imo illud scito, op⁹ est: ni scyphũ a me traditum accipiat:nunq̃ futurũ,vt illi filius obtingat talis: qualis ego sum:virtute interritus:animo liber:tũ corpore adeo robusto. simulq; cum dicto/sese magis etiã renudabat: etiã vsq; ad illa quę sunt maxime pudẽda. Ad ea quũ iterũ arrisissent cõuiuę:indignatus ille surrexit:toruis iam atq; efferatis obtuẽs oculis vultuq; ipo testans iam neq; pacẽ neq; quietẽ acturũ amplius. Forsitan & baculũ illisisset alicui:ni cõmodum id tẽporis placenta pręgrãdis fuisset illata. Nã hãc simul atq; cõspexit: lenior ac mitior esse cœpit:ac stomachari desiit:obãbulãs interim ac placentã auide vorans. Iã vero plęriq; temulenti esse cœperant: & clamorib⁹ vndiq; perstrepebat conuiuium. Nã & Dionysodorus rhetorẽ illic agens,orationes quasdã pronunciabat:laudabaturq; a ministris:qui a tergo assistebãt. Et Istiæus Grãmaticus vicissim/qui post illum accũbebat / versuũ centones quosdã recitabat. Pindari,Hesiodi,& Anacreontis carmina simul cõtexens atq; consarcinãs: ita vt ex oĩbus vnicã redderet cantilenã: oppido q̃ ridiculã. In primis autẽ illa:perinde quasi vaticinãs/de his quæ postea acciderunt.

Commisere simul clypeos. Tum illud quoq;.

Tum vero clamorq; virum luctusq; coortus.

At vero Zenothemis/libellulũ quẽpiã minutis cõscriptũ litterulis/a puero acceptũ legebat. Verũ quũ ii quorũ partes erãt edulia inferre:aliquãtisper ita vt solẽt,cessarẽt morarenturq; : Aristænetus sedulo curãs/ ne vel id interea tẽporis/aut otiosum esset/aut voluptatis expers,accersitũ intro Morionẽ:iussit ridiculũ aliqd vl' dicere:vl' facere:quo magis etiã exhilararent cõuiuę. Moxq; ingressus deformis quidã/deraso capite/pauculos capillos in

vertice geſtans,eoſq; criſtæ in morẽ erectos,hic ſaltabat:atq; iter ſaltãdum quo maiorẽ concitaret riſum,rotatu ſeſe circũagebat/diſtorquebatq;.Tum cymbalo concuſſo,ſonabat interim quiddam linguã imitans ægyptiorum. poſtremo dicteria quędã iaculabatur i eos q aderant.Ac reliqui ſcõmate tacti ridebãt.Verum vbi & i Alcidamantem ſimile quiddam torſiſſet:catulũ illum Melitæum appellans,idignatus ille(lãdudum autẽ præ ſe ferebat:q; inuideret illi:dũ probaretur:ac conuiuarũ oculos retineret)abiecto pallio/ vt ſecum luctaretur prouocauit.Q đ ni faceret,hunc iquit baculum tibi ipingã. Atq; ita miſer ille Satyrion (nã id erat Morioni nomẽ) congreſſus cũ eo,Pancratio decertabat.Erat id ſpectaculi multo iucundiſſimũ:quippe quum viderẽt hoiem philoſophũ cũ Morione cõpoſitũ,quũ ferire,tũ vicißim feriri.Proinde q aderãt partĩ pudore tangebãtur:ptim ridebãt: donec iã ictus Alcidamas,pugnã detrectaret:ab homũcione oĩm plauſu cõprobato certamie ſupatus.Hęc igit,quũ eſſent nõ mediocri riſu excepta:ibi tãdẽ igreſſus & Dionicus medicus haud multo poſt præactã concertationẽ.Aiebat autem ĩ mora fuiſſe,Polyprepontẽ tibicinẽ,dũ hũc' phreneſi correptũ curãdi gr̃a viſeret.Ac plane qddã riſu dignũ,cõmemorabat.Dicebat enĩ in ędes illi⁹ veniſſe ſeſe ignarũ ẽt hoiem iã eo morbo teneri.At illũ ptin⁹ ſurrexiſſe:foribuſq; occluſis,ac nudato gladio,tibias ip̃as ſibi tradidiſſe iiſq; vti caneret iuſſiſſe.Deide vbi id nõ poſſet illũ pcuſſiſſe:ſcutũ ſublata manu geſtãtẽ. Seſe porro i tãto piculo tale qddã fuiſſe cõmentũ.Nẽpe ad canẽdi certamẽ puocaſſe hoiem:idq; ea lege vt victus p̃ſcriptũ certũq; plagar̃ nũerũ acciperet. Ac ſeſe priorẽ ceciniſſe,praue atq; iperite:deiñ traditis illi tibiis ſcutum ab illo recepiſſe:gladium autẽ extẽplo per feneſtras ĩ aream abiecißſe.Dein quum minore iã diſcrimine cũ illo luctaretur auxilio aduocaſſe vicinos.Eos reuulſiſſe belluam,atq; ita illorũ opera ſeruatũ ſeſe. Oſtendebat autẽ & plagarum veſtigia quędã:nonnullaq; ĩ facie tubera liuẽtia.Ergo cũ Dionicus ob huiuſmodi fabulam non minus placuiſſet,q̃ morio ipſe:proxime Iſtiæum reclinans ſeſe,de reliquiis cœnabat.Atq; hic qdem haud abſq; numĩe quodam nobis aduenerat: imo prorſum vſui futurus ad ea q̃ poſtea contigerunt.Nam prodiens ĩ medium conuiuium puer qdam,q; ſe ab Etœmocle Stoico venire diceret,epiſtolium quoddam adferens/aiebat ab hero ſibi mandatum:vt eo palã omnibus audientibus perlecto,rurſus domũ ſeſe reciperet.Hic igitur permittẽte Ariſtæneto admotus ad lucernã legebat.
PHILON.Num orationem Luciane ĩ ſponſę laudẽ compoſitam:aut carmẽ nuptiale:qđ genus permulta faciunt! LVCIAN. Videlicet nos quoq; tale quippiam exiſtimabamus.Verũ ne accedebat qdem ad id,vt aiunt. Cęterũ

in lris ita scriptũ erat. Etœmocles philosophus Aristæneto. Q2 nõ mouear cõuiuiis omnis ante acta vita mea fuerit testis. Qui qdem quũ quotidie mihi cõplures ea causa molesti sint, te multo ditiores, tamẽ haud vnq illis mo rẽ gessi: perpendẽs nimirũ, quãtum sit i eiusmodi cõpotationib9 tumultus: quãtum licẽtię petulãtięq3: verũ aduersus vnũ te mihi videor meo iure sto machatus: q quũ tãtum tẽporis a me officiosissime cultus & obseruatus, ta men idignũ habueris: quẽ vel iter reliquos amicos tuos numerares. sed solũ ex oĩbus pterieris: idq3 quũ vicinus essem. Proinde tua causa magis discru cior, q qdẽ te tã igratũ pbueris. Nã ipse felicitatẽ nequaq i hoc statuo, si qs mihi ipartiat vl suẽ sylvestrẽ: vel leporẽ: vel placẽtã: q mihi affati contigũt apud alios q officia norũt. Quãdoquidẽ etiã hodie quũ apud discipulũ Pã menẽ cœnare mihi licuerit, opiparã (vt vocãt) cœnã: non annui tamẽ ve hemẽter obsecrãti: tibi scilicet demẽs ego / memetipsum reseruãs. At tu no bis pteritis / alios accipis cõuiuio. Idq3 merito facis. neq3 enĩ vllo modo potes qd sit rectius dignoscere: nec appræhẽsiuã illã fantasiã habes. Cęterũ haud sum nescius: vñ mihi ista sint pfecta: nẽpe ab egregiis istis philosophis tuis Zenothemide ac Labyrintho. Quibus equidẽ (absit iuidia dicto) vel vnico syllogismo mihi videor os ptinus obturare posse. Alioqui respondeat istoq3 aliquis quid sit philosophia: aut hæc quæ iter elemẽta tradũtur: quid habi tio differat ab habitu: vt ne quid iterim de perplexis illis rogationib9 ppo nã quid sit syllogismus cornutus: qd acerualis: qd metẽs. Verũ tu qdẽ istis fruaris licet. Nã ego: q solũ in bonis ducã qd sit honestũ, facile tulero cõtu meliã. Atqui ne possis posthac ad istã excusationẽ cõfugere: vt dicas te mei oblitũ fuisse: nimirũ in tãto rerũ strepitu, tãtisq3 occupationibus: bis te ho die sum alloquutus: primũ mane domi tuę: deĩde rursum i Castoris ac Pol lucis tẽplo rem diuinã facientẽ. Ac his qdem de rebus hęc respõderim. Q2 si tibi videor cœnæ gratia succẽsere: qd Oeneo acciderit cogitato. Videbis nimirũ ipam etiã Dianã indignãtẽ, q3 ille se solã nõ adhibuerit ad sacrificiũ quum reliquos deos oĩs acciperet conuiuio. Nã hac de re sic alicubi memi nit Homerus. Seu ga nõ norat: seu non succurrerat illi: Acriter est offen sa tamen.

Item Euripides.

Calydon quidem hæc pelopeii regio soli:
Qua parte sæuum spectat aduersa fretum
Argos habens: tum diuites tum fertiles.

Rursum Sophocles.

Immanis apri triste monstrum / in Oenei
Immisit agros gnata Latonę dea

Docta eminus missis ferire spiculis.

Hęc tibi e plurimis pauca citaui: vt intelligeres, cuiusmodi præterito viro Diphilum ad cœnã adhibeas: cui & ipsi filium cõmiseris tuũ. Idq; recte. Est enĩ iucundus adolescẽti: & ita cum eo viuit: vt placeat atq; obsequatur: atq; adeo ni mihi turpe dictu fuerat, addidissem & aliud quiddam. Quod qdem tu si libebit, e Zopyro eius pędagogo verum esse cognosces. Verum non cõuenit obturbare ĩ nuptiis: neq; accusare quenq̃: præsertim criminibus vsq; adeo fœdis ac pudendis. Tametsi Diphilus dignus in quem facerem: quippe qui duos iã discipulos a me retraxerit: ego tamẽ ipsius philosophiæ causa reticebo. Porro famulo huic mãdaui: vti si quam ipsi partem dare velles: vel apri: vel cerui: vel placentæ: mihi deportandam: vt isthoc pacto te mihi de cœna purgares: ne reciperet: ne ad hoc ipsum a nobis missus fuisse videatur. Hæc amice quum legerentur, sudor interim vtiq; mihi manabat præ pudore: simulq; iam illud qđ vulgo dici solitum est, optabam: vt terra mihi dehisceret: quum viderem eos q̃ pręsentes aderant ad singulas epistolę partes iter se ridentes, potissimum autem hos, q̃ nouerant Etœmoclem virum canum, tantumq; seueritatis prę se ferentem. Admirabãtur igitur, q; eiusmodi vir eẽt: hactenus fugisse sese: barba videlicet ac vultus austeritate deceptos. Cæterum Aristænetum mihi qdem haud videbatur hominem conteptu negligẽtiave pręteriisse: verum q; desperasset si fuisset inuitatus, vnq̃ adduci posse: vt annueret: vtq; ad eiusmodi res se morigerũ pręberet. Eoq; ne tentandum quidem esse putasse. Ergo posteaq̃ puer iam legere desiisset, vniuersum conuiuium ĩ Diphilum ac Zenonem torquebant oculos: q; hi iã metu trepidi sederent, ac pallidi, ipsaq; vultus inconstantia ac perplexitate crimen agnoscentes: ab Etœmocle itentum. Porro Aristænetus q̃q̃ esset sane prturbatus, vehementerq; consternatus animo: tamen nos iubebat bibere: conans nimirum id qđ euenerat, commode vertere: subridens interim. Ac puerum redire iussit: respondẽs, ea sibi curę fore. paulo autem post surgens & Zeno clanculum sese subduxit e conuiuio: submonitus a pędagogo: vt discederet inuente, idq; tanq̃ patris iussu. Ibi vero Cleodemus, qui iamdudum occasionem quæritabat, (Nam gestiebat omnino cum Stoicis conflictari: verum dirumpebatur: q; non reperiret causam ad id satis idoneam) tum igitur, ansam præbente epistola, Huiusmodi iquit facit egregius ille Chrysippus & Zenon ille mirabilis, neq; non Cleantes: verbula misera, neq; quicq̃ pręter rogatiunculas, & vmbras dũtaxat philosophorum. Cæterum Etœmocles sunt q̃plurimi: vt videtis: q̃ sint seniles epistolæ scilicet postremo Aristænetus hic Oeneus est: Etœmocles Diana. Dii boni, q̃ bene

auſpicata omnia: q̃q̄ cõgrua celebrãdæ feſtiuitati. Ita per Iouẽ inquit Hermon ſupra hũc accũbens, inaudierat autẽ, vt opinor, aprũ quẽdã Ariſtænẽto paratũ: vt in cõuiuio ꝓponeret: eoq̄ putabat nõ intẽpeſtiue factã mẽtionem apri illius Calydonii: per lares Ariſtænete fac q̃ primũ ſacri partẽ mittas: ne ſenex interim ille fame pareat: tanq̃ Meleager tabefactus. Tametſi nihil queat acerbũ accidere: quãdoquidẽ Chryſippus hæc indifferẽtia cenſet eſſe. Itane vos Chryſippũ nominatis inquit Zenothemis! erigens ſeſe, maximaq̄ voce intonans: an ex vno homine, qui nõ legitime philoſophiã exerceat, nẽpe pręſtigiatore iſto Etœmocle, Cleantẽ ac Zenonẽ metimini/viros ſapiẽtes! At qui tandẽ eſtis ipſi vos: qui hæc dicitis: an nõ tu Hermon Caſtoris & Pollucis cæſariẽ quã habebant aureã circũtondiſti! Cuius quidẽ facti pœnã dabis carnifici traditus. Tu porro Cleodeme, nonne Soſtrati diſcipuli tui vxorẽ ſtupraſti! Nõne in adulterio eo deprehẽſus nefandiſſima paſſus es! An non igitur filebitis: quũ huiuſmodi dedecorũ vobis ſitis conſcii! Atqui non ſum meæ ipſius vxoris leno, Cleodemus inq̃t, quẽadmodum tu: neq̄ diſcipuli diuerſantis apud me viaticũ ſuſtuli: eoq̄ facto rapuiſſe me p Palladẽ deierans abnegaui: neq̄ quaternis dragmis fœnero: neq̄ diſcipulos obtorto collo in vincula duco: niſi in tẽpore mercedẽ perſoluerint. Verũ illud īquit Zenothemis, haud quaq̃ poſſis inficias ire: te Critoni venenũ quo patrẽ necaret miniſtraſſe. Atq̄ interea forte bibebat: quicq̃d aũt erat in calice reliquũ (erat autẽ ferme ſemiplenus) in duos illos ꝓfundebat. Porro cõſpersus eſt pariter & Ion: idq̄ præmii tulit: q̄ illis vicinus accũberet: alioqui eo malo nõ indignus. Hermon igiẽ demiſſo vertice merũ e capite abſtergebat: eos interim qui p̃ſentes erãt atteſtans: q̄ id genus cõtumeliis eſſet affectus. Cleodemus autẽ quũ nõ haberet calicẽ, inuadens primũ cõſpuebat Zenothemidi: deinde lęua cõprehẽſum a barba/plagã in tẽpus erat illiſurus: ac ſenem fortaſſe necaſſet: ni Ariſtęnetus dextrã ſublatã retinuiſſet. Is mox tranſcẽſo Zenothemide inter vtrũq̄ medius aſſedit: vt eo veluti muro dirępti, pacẽ inter ipſos agerent. Hæc igiẽ dũ gerebãtur Philon: equidẽ varia meo cũ animo voluebã. Primũ illud ſtatim occurrebat: nullũ eſſe operępretium: ſi qs diſciplinas perdiſcat: ni ſimul & vitæ rationes/ ad id qd̃ eſt optimũ/accõmodet atq̄ cõponat. Quũ viderem illos qui verbis alios antecellerent: q̃ factis ipſis ſeſe ridiculos exhiberent. Deinde & illud veniebat in mẽtem: ne forte verũ eſſet: qd̃ vulgo plęriq̄ dictitarent, videlicet eruditione a recta ratione boniſq̄ inſtitutis abducere iſtos: q̃ ſolos libros ſpectarẽt: quiq̄ ſollicitudine curaq̄ quã illi adferrent/ ꝓpetuo tenerẽtur. Quãdoquidẽ quũ ibi tam multi præſentes eſſent philoſophi: ne caſu quidẽ vllum erat cerne-

re/a peccãdo immunẽ. Verum alíi faciebant turpia:alíi dícebant turpiora. Neq; eñ iam poterã eorũ quæ fiebant culpã/víno authorí ímputare: mecũ reputãs:cuiuſmodí eſſent: quę Etœmocles,neq; cibo neq; potu etiãdum guſtato,ſcripſerat.Itaq; rerũ vices p̃poſteræ atq; inuerſæ videbantur: ſiquidẽ vidiſſes idiotas illos ſumma cũ modeſtia conuiuiũ agitantes: neq; víno petulãtes:neq; indecore ſeſe gerẽtes. At ridebãt duntaxat: & iã dãnabant eos opinor:quos dudũ ſuſpexerãt:ex habitu iudicãtes eos alícuius eſſe p̃tíi. Cõtra ſapientes illi/& in libidinẽ ferebãtur: & cõuiciis certabãt: & ſupra modum ſeſe potu cibiſq; explebãt: poſtremo vociferabañt & ad manus vſq; cõſerendas rapiebañt.Cæterum admirãdus ille Alcidamas/etiã meiebat ſub oculís omniũ:nihíl reueritus fœminas. Ac mihí quidẽ,ſi quís hęc quę in eo cõuiuio gerebãtur rectiſſime voluiſſet cõferre,ſimillima vídebañt iis:quæ de Eride dea poetæ fabulañt. Nẽpe hanc:q; nõ eſſet ad Pelei nuptías aduocata,malũ in mediũ cõuiuiũ abiecíſſe: ex quo tã ingens apud Troiam bellũ fuerit ortũ.Itidẽ Etœmocles mihí viſus eſt: epiſtola illa, quaſi malo quopiã in mediũ p̃iecta,nõ min⁹ malorũ,q̃ Ilías habebat,excitaſſe.Neq; em̃ finẽ cõtentionís faciebant Zenothemis ac Cleodemus : q̃q̃ medius íter vtrũq; interceſſerat Ariſtænetus.Age inqt Cleodemus:in pręſentiarũ quidẽ ſat eſt: ſi líteras neſcíre cõuincamíní.ſed craſtino die vos vlciſcar : quib⁹ cõueniet modis.Reſpõde mihi Zenothemi:vel tu:vel elegãtiſſim⁹ iſte Diphílus:quatandẽ gratía pecuniæ poſſeſſionẽ/inter indifferẽtia ponẽdã eſſe cenſetis:cũ ex oĩbus níl aliud ſpectetis q̃ vt ípſi q̃plurimũ pecuniæ poſſídeatis? Atq; ob id cauſę,ſemp apud diuites hęretis:fœneratis:atq; vſuris incũbitis:neq; nõ mercede docetis? Rurſum quũ voluptatẽ deteſtemíní:atq; hac de cauſa Epícureos in ius vocetis: quũ ipſi voluptatis gratía/ turpiſſima tũ facítis:tum patimíní:índigne ferentes:ſi quis vos nõ vocarit ad cœnã:.rurſum ſi vocemíni,nõ ſat eſt tantũ vorare vt cibo turgeatis:níſi & famulís tantũ donetis Atq; hæc quũ diceret:pariter & línteum reuellere conat⁹ eſt:qđ Zenothemídis puer tenebat:omni carniũ genere refertũ:planeq; futurũ erat vt aptum íllud ac ſolutũ mediũ ín ſolum abíiceret:niſi quía puer nõ omittebat e manibus gnauiter aduerſus trahentẽ retinẽs. Hic Hermon: Euge Cleodeme,reſpõdeant qua gratía dãnent voluptatẽ:quũ ípſi ſupra cæteros oĩs ſtudeant voluptatí? Quín magís/ínqt Zenothemís/tu Cleodeme reſpondeto: quãobrẽ diuitías íter indifferẽtia numeres.Imo tu potius. Atq; hũc ad modum diutíus eſt altercatũ : donec Ion capite tandẽ ín apertũ ꝓlato,deſiſtíte ínqt: Ego ſi líbet ſermonũ arguméta ꝓponã ín mediũ cõuiuio nuptíiſq; dígna. Vos porro cítra cõtentionẽ viciſſim & dícite & auſcultate:quẽadmo-

dum & apud Platonẽ noſtrũ alternis dicẽdi vicib⁹ res vt plurimũ agitaꝛ. Id dictũ probabãt quũ oẽs qui aderãt, tũ in primis Ariſtænet⁹ atq; Eucritus: nimirũ in ſpem erecti: fore vt eo pacto ab odioſis illis cõtentionibus diſcedi poſſet. Et Ariſtænet⁹ priorẽ in locũ ſeſe recepit: iã partã eſſe pacem ratus. Iãq; nobis inferebaꝛ ea cõuiuii pars: abſolutã cenam vocãt: ſingulę ſingulis aues: carnes aprugnæ: pulpa leporina: piſcis Tagenic⁹: placẽtæ: breuiter illa: quęcũq; liberũ eſt: ſeu velis ĩ aluũ cõdere: ſeu domũ aſportare malis. Apponebaꝛ igiꝛ: nõ ſua cuiq; quadrula: verũ Ariſtæneto atq; Eucrito / eadẽ in parte mẽſæ / vna ambob⁹ cõmunis: ita vt de ſua vtriq; parte q̃ ſe ſpectaret: eſſet edendũ: aut tollẽdum. Deinde altera Zenothemidi ſtoico: & Hermoni Epicureo: & his itẽ inter ipſos cõmunis. Deinceps Cleodemo atq; Ioni. Poſt hos ſponſo ac mihi. Porro Diphilo duorũ pars appoſita: ꝓpterea q̃ Zeno iã diſceſſerat. Hęc facito Philon: vti memoria teneas. Nã paulo poſt: ad ĩtellectũ narratiõis erũt vſui. PHI. Meminero ſane. LV. Tũ Ion: prim⁹ igiꝛ exordiar inqt: ſi qdẽ videꝛ. Deinde vbi pauliſper interfiluiſſet: Cõueniebat inqt fortaſſis: vt apud eiuſmodi viros de ideis, atq; incorporeis ſubſtantiis, deq; animi ĩmortalitate ſermo haberetꝛ: verũ ne mihi cõtradicãt: ii q̃ diuerſam philoſophię ſectã ſequũtur: de nuptiis dicã: ea q̃ cõgruũt. Atq; illud quidẽ optimũ fuerat futurũ: ſi nuptiis opus nõ haberem⁹: ſed Platonis ac Socratis dogma ſequuti a fœminarũ cõmercio nos penit⁹ abdicarem⁹. Etenim qui ita feciſſent: ii demũ ad abſolutã illã virtutẽ ꝓtingere potuiſſent. Qꝛ ſi viris oĩno ducẽdæ ſint vxores: vt eas iuxta Platonicã ſentẽtiã ĩter ſe cões habeant: videlicet quo Zelotypia vacem⁹. Hæc quũ eẽnt riſu excepta: vt q̃ nimis intẽpeſtiue dicerentꝛ: tũ Dionyſodor⁹, nõ tu deſines inqt barbarica iſta nobis occinere! Nã vbi Zelotypiã iſtã reperias: aut apud quẽ! At tu etiam hiſcere audes inqt ſterquiliniũ! Ad hęc Dionyſodorus / opinor / iã erat conuicia quę cõueniebat regeſturus: verũ grãmaticus Iſtięus vir optimus ille, Deſinite inqt. Ego vobis epithalamion recitabo: ſimulq; cœpit legere. Erãt autem elegiaci verſus hi: ſi ſatis memini.

Nuper Ariſtaineti in ædibus vnica ſummo
Nutrita eſt ſtudio diua Cleantis hera.
Virginibus cunctis reliquis præſtantior vna
Vel potior Phœbe: vel potior Venere.
Salue & tu iuuenum validiſſime ſponſe valentum:
Nereo prior: ac fortior Aeacida.
At rurſum vobis hoc carmen ſępius olim.
Commune ambobus coniugiale canam.

Hęc ita vt eſt cõſentaneũ, riſ⁹ eſt cõſequut⁹. Reliquũ erat: vt cibi tollerent.

lãq; tollebãt Aríſtęnet⁹ atq; Eucrit⁹: ex his q̃ ſibi fuerãt ꝓpoſita ſuã vterq; ptẽ. Tũ ego q̃ mihi, & Chereas. itẽ q̃ ſibi erãt ꝓpoſita. Eũdẽ ad modũ Ion & Cleodem⁹. Porro Diphil⁹ etiã Zenonis digreſſi partẽ tollere parabat: affirmãs vni ſibi ea fuiſſe ꝓpoſita: atq; hac de cauſa cũ miniſtris dimicabat: acviciſſim ĩter ſeſe trahebãt manib⁹ vtrĩq; ĩ auẽ iniectis: nõ aliter q̃ Patrocli cadauer hĩc atq; hĩc attrahere conãtes. Poſtremo vicit ille atq; abſtulit: plurimũ ĩterim riſũ ꝑbẽs cõuiuis: maxie quũ eã ob rẽ poſtea grauiter ſtomachar̃et: pinde q̃ſi atroci affect⁹ iniuria. Iã vero Zenothemis atq; Hermon, q̃ pariter vt dictũ eſt, accũbebãt: alter ſuperĩ⁹: puta Zenothemis: alter ĩfra hũc: reliqua qdẽ/qm̃ æq̃lia fuerãt appoſita/citra pugnã ſuſtulerãt. Cęterũ auis: q̃ iacebat ad Hermonis ptẽ: erat altera paulo pinguior: idq; ita caſu euenerat: opinor. Iãq; ſuã vterq; ſublatur⁹ erat: ibi Zenothemis (ſed tu mihi nũc q̃ maxie fac animũ aduertas: iã em̃ ad ipm negocii caput ꝓuenim⁹) Zenothemis ĩquã: omiſſa ea q̃ ſeſe ſpectabat eã q̃ ante Hermonẽ iacebat tollere eſt aggreſſus: q̃ qdẽ (vti iã dixim⁹) erat pinguiuſcula. At ille cõtra nitẽs retinebat: haud ſinẽs, vt ea ĩ re potiores ferret. Inter hęc clamore coorto vtriq; ĩ alterũ irruẽtes ipſis auib⁹ facies mutuo cędebãt: ac barbis ĩuicẽ ꝑhẽſis auxilio aduocabãt: hic qdẽ Cleodemũ: puta Hermõ: ille vero/ nẽpe Zenothemis/ Alcidamãtẽ ac Diphilũ. At cęteri qdẽ ad ptes acceſſer̃t: ptim hui⁹/ partim illi⁹: ꝑter vnũ Ionẽ: q̃ ſeſe neutrũ atq; ancipitẽ ſeruabat. Cęterũ illi ĩnuicẽ cõſerti pugnabãt. Ac Zenothemis qdẽ ſcyphũ e mẽſa ſublatũ: eũ q̃ corã Aríſtęneto ſtabat: abiecit ĩ Hermonẽ. Atq; hũc haud tetigit alio/ ſed flexus aberrat. Verũ ſpõſi caput diſcecuit: alto grauiſſimoq; vulnere. Itaq; mulierũ coorta vociferatio: q̃ mediũ in ꝑliũ inſiliebãt: cũ primis aũt adoleſcẽtuli m̃: quũ iã ſanguinẽ ei⁹ aſpexiſſet: ꝑterea & ſpõſa metu territa, ꝑſiliit. Inter hæc Alcidamas/ ſtrenuũ virũ ꝑſtitit: quĩ Zenothemidi ferret opẽ: & illiſo ſuo baculo/ Cleodemi qdẽ caluariã/ Hermõi vero maxillã cõminuit: ad hęc e famulis aliquot opitulari parãtes vulnerauit. Qz̃q̃ illi nihil his reb⁹ territi ceſſerũt. Verũ Cleodem⁹ intẽtato digito, Zenothemidi oculũ effodit: tũ admot⁹ narẽ mordic⁹ auulſit. Porro Hermõ Diphilũ Zenothemidi ſuppetias ferre conatũ: e ſpõda ĩ terrã ꝑcipitẽ dedit. Sauciat⁹ eſt & Iſtięus grãmatic⁹ dũ ĩteruẽtu ſuo eos ſtudet dirimere: calce videlicet ĩ dẽtes illi⁹ illiſo: idq; a Cleodemo: quũ hũc Diphilũ eẽ credidiſſet: nõ Iſtięũ. Iacebat igit̃ miſer ille: iuxta ſuũ ipſi⁹ Homerũ, Sãguinẽ ab ore vomẽs. Præterea tumult⁹ atq; lachryman; plena vndiq; erãt oĩa: dũ & mulieres eiularẽt Chereæ ſpõſo circũfuſæ: dũq; alii has ſtudẽt cõpeſcere. Porro maxia malorũ oĩm ps erat Alcidamas: poſtea q̃ ſemel ad ſuũ rediſſet ĩgeniũ feriẽs, qcũq; forte in ipm ĩcidiſſet. Neq; vero pauci in eo [illegible] cecidiſſent: ſcito: ni baculũ is fregiſſet. Ego

porro iuxta parietē erectus assistens:spectabā omnia:neqꝫ me ei negotio ad miscebā:nimirū Istiæi iā doctus exemplo:q̄ esset periculosum eiusmodi con flictus velle dirimere.Lapithas itaqꝫ cētauroſqꝫ vidisses:euerti mēsas:effun di sanguinē:proiici scyphos.Demū Alcidamas subuersa lucerna magnas i duxit tenebras.lāqꝫ res vt est coniectu facile,atrocior etiā multo esse cœpit pręsertim quum haud esset procliue:luminis copiam alicunde recuperare: sed multa iterim ac sęua patrata sunt i tenebris.Post vbi accederet nescio quis lucernā tandē adportās:Alcidamas qdem repertus est, tibicinæ vestē sustollēs,viqꝫ cū illa cōgredi pugnās. Dionysodorus asit in alio quodā ridi culo facinore deprehēsus est.Nā vt surrexerat,scyphus e sinu illius elapsus in solum decidit.postea excusans aiebat lonē in tumultu calicē sublatum si bi tradidisse,ne periret.Id ita factum/Ion admodum sollicite quasi patronū agens asseuerabat.His rebus dimissum est conuiuium:a lachrymis denuo i ridiculū exitum conuersum:idqꝫ Alcidamātis,Dionysodori,atqꝫ Ionis gra tia.Porro q̄ erant saucii,sublati sarcinę ritu/foras deportabātur miseris af fecti modis:maxime senex ille Zenothemis pariter tum oculo tri nare mu tilatus,enecari se prę crutiatu clamitās.Adeo vt Hermon,q̄q̄ ne ipe qdem expers malorum,nā huic duo dentes fuerant excussi,palā attestaretur.Me mineris inquiens o Zenothemis,ne posthac dolorem i mediis habēdum du cas.At sponsus iam vulnere a Dionico curato,domū reuectus est fasciis re uincto capite,eidem ipositus vehiculo quo spōsam fuerat abducturus.Atqꝫ ita miser ille nuptias acerbas celebrarat.Deinde & aliis item Dionicus pro sua virili remedium adhibuerat.Postremo postq̄ iam dormierāt,asportati sunt,plęriqꝫ mediis i viis vomentes.Cęterum Alcidamas inibi remanebat. Neqꝫ enī valebant hominē extrudere,posteaq̄ semel sese i spondā abiecerat atqꝫ ibi transuersus accubuisset.Hic erat o bone Philon eius exitus cōuiuii: de quo rectissime illud dici possit,qđ in fine Tragœdiarum frequēs est.

Sūtfortunę varii casus.
Plurima quæ haud sperueris vnq̄
Ea conficiunt numina diuum.
Rursum quę certo speraris/
Ea frustrato non contingunt.

Siquidē & hęc plane pręter expectationē atqꝫ inopinato exierīt.Pręterea & illud iam didici,non esse tutum:cui nō sit opus,cum eiusmodi philosophis agitare conuiuium.

Finis.

Tho. Mo. Prefatio. Fo. CXI.

Ornatissimo doctissimoq; viro Magistro Ruthalo Regio apud Anglos Secretario Thomas Morus. S.P.D.

QUisq; fuit vnq; vir doctissime: qui Horatianũ præceptũ impleuerit: voluptatẽq; cum vtilitate coniunxerit: hoc ego certe Lucianũ in primis puto præstitisse. Qui & supciliosis abstinẽs philosophorum pręceptis: & solutioribus poetarũ lusibus: honestissimis simul & facetissimis salibus, vitia vbiq; notat atq; insectatur mortaliũ. Idq; facit tam scite: tantaq; cum fruge: vt quum nemo altius pungat: nemo tamẽ sit, qui nõ ęquo animo illius aculeos admittat. Quod quũ nunq; non egregie faciat: fecisse tamen mihi singulari quodam modo videtur in tribus his dialogis: quos ob idipsum e tanto festiuissimorũ numero potissimũ delegi: quos verterem: aliis tamẽ alios fortasse longe prælaturis. Nam vt e virginibus nõ eãdem omnes: sed alius aliam: pro suo cuiusq; animo præfert deamatq;: non quam pręcipuam tuto possit asserere: sed quæ sibi videatur: ita e lepidissimis Luciani dialogis / alius aliũ præoptate: mihi certe isti præcipue placuerunt: neq; temere tamen (vti spero) neq; soli. Nam vt a breuissimo incipiam: qui Cynicus inscribitur: quicq; posse videatur ipsa breuitate contemni: nisi nos Horatius admoneret: sæpe etiam in exiguo corpore vires esse præstantiores: ipsiq; minimas etiam gẽmas esse videremus in pretio. In eius ergo delectu honorifico calculo mecũ suffragatus est diuus Ioannes Chrysostomus vir acerrimi iudicii: doctorũ ferme omniũ christianissimus: & christianorũ (vt ego certe puto) doctissimus: quem vsqadeo dialogus hic delectabat: vt bonam eius partem in Homiliam quãdam: quã in Ioannis euangelium cõmentatus est, inseruit. Neq; id immerito. Quid eñ placere magis viro grauĩ vereq; christiano debuit: q̃ is dialogus in quo dũ aspera paruoq; cõtẽta cynicorum vita defenditur: mollis atq; eneruata delicatorum hominũ luxuria reprehẽditur! Necnon eadem opera / christianæ vitæ simplicitas: temperãtia: frugalitas: denicq; arcta illa atq; angusta vita, quæ ducit ad vitam, laudatur. Iam Necromantia (nam hic secũdo dialogo titulus est) non satis auspicato vocabulo: sed materia tamẽ felicissima: q̃ falso taxat: vel magorum prestigias: vel inania poetarum figmẽta: vel incertas quauis de re philosophorum inter se digladia-

tiones! Supereſt Philopſeudes: qui nõ ſine Socratica ironia/ totus verſatur (id quod titulus ipſe declarat) in ridenda coarguendaq; mentiendi libidine: dialogus neſcio certe lepidior ne an vtilior. In quo non valde me mouet: q; eius animi fuiſſe videtur: vt non ſatis immortalitati ſuæ confideret: atq; in eo fuiſſe errore: quo Democritus, Lucretius, Plinius, plurimiq; itidẽ alii. Quid enim mea refert quid ſentiat his de rebus ethnicus: quæ in præcipuis habẽtur fidei chriſtianæ myſteriis! Hunc certe fructum nobis afferet iſte dialogus: vt neq; magicis habeamus præſtigiis fidẽ: & ſuperſtitione careamus: quæ paſſim ſub ſpecie religionis obrepit: tum vitam vt agamus minus anxiam: min⁹ videlicet expaueſcẽtes triſtia quæpiam ac ſuperſtitioſa mendacia: quæ plærunq; tanta cum fide atq; authoritate narrantur: vt beatiſſimo etiam patri Auguſtino/viro grauiſſimo/ hoſtiq; mendaciorum acerrimo, neſcio quiſnam veterator, perſuaſerit vt fabulam illam de duobus Spurinis: altero in vitam redeũte: altero decedẽte: tanq̃ rem ſuo ipſius tempore geſtam pro vera narraret: quã Lucianus in hoc dialogo/mutatis tantũ nominibus/tot annis anteq̃ Auguſtinus naſceretur, irriſit. Quo minus mireris ſi pinguioris vulgi mentes ſuis figmẽtis afficiant ii qui ſe tum demũ rem magnam confeciſſe putant: Chriſtũq; ſibi deuinxiſſe perpetuo: ſi commenti fuerint: aut de ſancto aliquo viro fabulam: aut de inferis tragœdiam: ad quã vetula quæpiam aut delyra lachrymetur: aut pauida inhorreſcat. Itaq; nullam fere martyris/nullam virginis vitã/prætermiſerũt: in quã non aliquid huiuſmodi mendaciorum inſeruerint: pie ſcilicet: alioqui enim periculum erat ne veritas non poſſet ſibi ipſa ſuffícere niſi fulciretur mendaciis. Nec veriti ſunt eã religionẽ cõtaminare figmẽtis: quã ipſa veritas inſtituit: & in nuda voluit veritate conſiſtere. nec viderunt vſq; adeo nihil iſtiuſmodi fabulas cõducere: vt nihil pernicioſius officiat. Nẽpe (vt memoratus pater Auguſtinus teſtatur) vbi admixtum ſubolet mẽdacium: veritatis ilico minuitur ac labefactatur authoritas. Vnde ſæpe mihi ſuſpicio ſuboritur: magnã huiuſmodi fabularũ partem/a vafris ac peſſimis quibuſdam nebulonib⁹ hæreticiſq; confictã. quibus ſtudium fuit: partim ex incauta/ſimpliciũ potius q̃ prudentiũ/credulitate, voluptatẽ capere: partim fabularum fictarum cõmercio, fidem veris chriſtianorum hiſtoriis adimere. quippe qui frequenter quædã/his quæ in ſacra ſcriptura continentur/tam vicina confingunt: vt facile ſe declarent: adludẽdo luſiſſe. Quãobrem quas ſcriptura nobis hiſtorias diuinitus inſpirata cõmẽdat: eis indubitata fides habenda eſt. Cæteras vero ad Chriſti doctrinã, tanq̃ ad Critolai regulam, applicantes caute & cum iudicio/aut recipiamus: aut reſpuamus: ſi carere

volumus:& inani fiducia:& superstitiosa formidine. Sed quo pgredior? epistola fere iam librum superat: nec interim tamen verbum de tuis laudibus vllum: in quas alius fortasse totus incubuisset: quarũq; citra vllam adulandi suspicionẽ vberrimã mihi materiam præbuissent (vt cæteras virtutes tuas omittam) vel egregia doctrina tua summaq; in rebus agendis prudẽtia: quã tot in diuersis nationibus, in tam arduis negotiis, tam feliciter actæ legationes declarant: vel singularis fides grauitasq;: quã nisi satis perspectã exploratamq; habuisset, nunq; te prudentissimus princeps sibi a secretis esse voluisset. Sed cæterarum virtutũ tuarum prædicationi vnica modestia tua reluctatur: quæ facit, vt quum laudanda tam libẽter facias: fecisse te tamen non libenter audias. Parco igitur pudori tuo: hoc vnum duntaxat abs te precatus: vt has in græcis literis studii mei primitias æquo animo suscipias: sinasq; vt qualecũq; apud te sint amoris officiiq; in te mei monumentum. quas tibi sum ausus eo maiori fiducia cõmittere: q; etsi tam acre tibi iudicium sit: vt quicquid erratum fuerit, nemo penetrantius videat: is tamen est ingenii tui candor: vt nemo libentius conniueat.

Vale.

LVCIANI CYNICVS THOMA MORO interprete. Personæ. LVCIANVS & CYNICVS.

~~LVCIANVS.~~ Lycinus

QVid tu tandem? barbam quidem habes: & comam: tunicam non habes: nudusq; conspiceris: ac sine calceis: delecta nimirum vaga inhumanaq; ac ferali vita: tum proprio corpore contra q̃ faciunt cæteri, semper vsus incõmode: nunc huc: nunc illuc circuis: in arido præterea solo cubãs: adeo vt plurimũ etiam sordium i tritum ist hoc pallium referat: alioquin nec ipsum, vel tenui filo, vel molle vel florulẽtum. CYNI. Neq; enim indigeo, si quid est huiusmodi: vt comparetur facillime: dominoq; minimũ exhibeat negotii: id inquã mihi sufficit. At tu per deos dic mihi: putas ne esse in luxu vitium? LVCIA. Immo admodum. CYNI. Cõtra in frugalitate virtutem? LVCIA. Admodũ. CYNI. Cur igitur tandem quũ me videas viuẽtem frugalius q̃ vulgo faciunt homines: eos vero sumptuosius: me nõ illos arguis? LVCIA. Quia non frugalius per louẽ videris mihi, sed egentius viuere: immo vitam omnino egenam atq; inopem. Nam tu nihil a mẽdicis differs: qui cibũ mẽdicãt in diem. CYNI. Vis ergo

videamus(quandoquidē huc processit oratio)quidnā inopia sit:quidq; rursus copia?LV.Si tibi quidē ita videtur.CY.Nūquid ergo satis id cuiq; est: quicquid ipsius explet necessitatem?an aliud quippiā dicis? LV. Esto istud. CY.Indigētia vero quicquid cuiusq; vsui deest:nec eo quo sit necesse peruenit?LV.Scilicet.CY.Nihil igitur meis in rebus deest.Nihil enim in his est: qd necessitatem nō expleat meā.LV.Quo pacto istud ais?CY.Scies si consyderes in quē vsum eorum quodq; paratum est:quorum egemus. vt dom⁹: an non teguměti gratia?LV.Maxime.CY.Quid vestis:cuius gratia? nōne teguměti etiam ipsa?LV.Sane.CY.At ipso per deos tegumento/ cuius rei gratia indiguerimus:nonne vt melius se habeat:id quod tegitur?LV.Mihi quidem sic videtur.CY.Vtrum igitur tibi peius se habere hi videntur pedes?LV.Nescio.CY. Atqui hoc pacto didiceris.quodnā pedum officiū est? LV.Ingredi.CY.An deterius ergo ingredi pedes tibi videntur mei q̄ aliorum?LV.Istud vero fortasse non.CY.At non possent seu sese melius seu deterius haberēt officium suū præstare? LV.fortasse.CY.Pedibus ergo nihilo peius affectis videor q̄ alii?LV.Non videris.CY.Quid corpus vero meum?Num deterius q̄ reliquorū? Nempe si deterius se haberet,esset idē imbecillius.corporis quippe virtus robur est.An meum ergo debilius? LVC. Non videtur.CYNICVS.Neq; pedes ergo tegumento vident egere, neq; reliquum corpus.Quippe si egerēt:male haberēt.Egestas etenī omnino mala,ac peius habere se facit,ea q̄buscūq; adfuerit.At ne ali quidē deterius corpus videtur meum:q; q̄buslibet cibis alitur.LVCIANVS.Manifestum est id qdē. CYNICVS. Nam nec vegetum esset robustumq;, si aleretur male. Mala siquidē alimēta corpus tabefaciūt.LVCIANVS.Ista quidē ita se habēt.CYNI.Quo pacto igitur/dic mihi/his ita se habētib⁹,me arguis vitāq; improbas meā ac miserā prædicas?LVCIANVS. Ideo per louē,q; quū natura(quā tu colis)ac superi terram ī cōmuni statuerint:ex ea multa nimirum ac bona ediderint:vt nobis oīa superessent abunde:non ī necessitatem modo:verum ī voluptatē quoq;:tu tamē horum oīm aut maximę saltē partis expers es:nec eorum quoq̄ frueris nihilo certe magis,q̄ feræ.Nēpe aquā bibis:quā etiā bibunt feræ. Comedis vero quicquid offēderis,quēadmodū canes.tum cubile nihilo melius canibus habes:quādoquidē gramē tibi sufficit:quēadmodum & illis. pallium pręterea circūfers nihilo mēdico decētius.Q;q̄ si tu his contētus recte sapis,tū deus pfecto neutiq̄ recte fecit:primum q; oues effecit pingues:deinde vites dulcis vini feraces:ac reliquum deinde apparatum varietate mirabilē,& oleum & mel & reliqua:oīa vt nos haberemus:edulia qdem omnigena haberemus: potum dulcē haberemus:

pecunias haberemus:mollem lectũ haberemus.Præterea pulchras domos: ac reliqua demũ omnia mirũ in modũ præparata. Nam et ipſa quoq; artiũ effecta deorũ dona ſunt.At viuere omnibus huiuſce bonis priuatũ,id fuerit profecto miſerũ:etiã ſi ab aliquo quopiã priueris.Quẽadmodũ hi q ſeruãtur in vinculis.Longe vero miſerius:ſiqs ipſe ſeſe omnibus bonis priuet. Nã ea demũ manifeſta inſania eſt.CY.Et recte quidẽ fortaſſe dicis.Verum iſtud dic mihi. Siqs diuite quopiã alacriter atq; humane/ quin ꝓlixe quoq; exhibente cõuiuiũ,tum hoſpites excipiente et multos ſimul et omnigenos: alios quidẽ imbecillos:alios aũt robuſtos:deinde apponente multa/atq; omnigena:ſiqs,inquã,omnia corripiat/omniaq; deglutiat:nõ ea tantũ quæ vicina ſunt:ſed ea quoq; quæ ꝓcul abſunt:prapata videlicet inualidis: ipẽ tñ valens quũ vnũ duntaxat vẽtrem habeat : nec multis vt nutriat indigeat: diutius tamẽ q̃ alii multi immoret:hic vir cuiuſmodi tibi videt eſſe! ꝓbus ne!LV.Non mihi quidẽ.CYNI.Quid vero nũ temperans! LV.Ne id qdẽ. CY.Quid vero:ſiqs eiuſdem menſæ particeps multa illa ac varia negligat vno quopiã ex his quæ ꝓxime apponũtur/electo: quũ ſatis in ſuã habeat neceſſitatem/id decenter edat eoq; ſolo vtat:cætera illa ne reſpiciat quidẽ:an non hunc temperatiorẽ et meliorẽ virũ illo putabis!LV.Ego certe. CYN. Vtrũ ergo iam intelligis:an me oportet dicere!LV.Quidnam!CYNI.Q; deus illi quidẽ pulchre cõuiuiũ inſtruenti ſimilis eſt: vt q appoſuerit multa ac varia atq; omnigena:vti eſſent quæ cuiq; cõueniaut:alia quippe valẽtib9:alia rurſus ægrotantibus:atq; alia quidẽ robuſtis: alia vero inualidis: non vt omnibus vtamur omnes : ſed vt his vtant ſinguli:quæ ſuæ cuiuſq; naturæ cõueniunt:et ex his ipſis quacũq; re maxime quẽq; indigere cõtigerit.At vos illum qui per inſatiabilitatem atq; incõtinentiam omnia corripit refertis:vt qui rebus vti velitis omnibus et vndecunq; partis:non ſolis contenti præſentibus:exiſtimantes ꝓpriam quidem neq; terram/neq; mare ſufficere:ſed importãtes ab ipſis vſq; terræ finibus voluptates:patriiſq; rebus peregrina præferentes:ſumptuoſaq; frugalibus: atq; ea quæ difficile comparãtur his quæ ſunt cõparatu facilia. In ſumma deniq; moleſtias/ malaq; potius eligẽtes,q̃ abſq; moleſtiis viuere.At iſti quidem plurimi ac precioſi beatiq; apparatus,q̃bus exultatis, per magnã ad vos miſeriã/ ꝯrumnamq; perueniunt.Aurum ipſum tam optabile,ſi libet, argentumq; conſydera:domus conſydera ſumptuoſas:veſtes operoſas cõſydera:atq; eius generis omnia/quãto negotio emuntur:quot laboribus:periculis:immo ſanguine:ac cæde : quantoq; hoĩm interitu: non ideo ſolum ꝙ dum nauigant/ propter iſta pereunt:ac dum quẽrunt parantq;/grauia perferunt: ſed ob id

quoq; q̄ digladiationes multas pariũt:q̄q; ob ea insidiantur inuicē:et amicis amici:et parẽtibus liberi:et maritis cõiuges. Sic opinor Eriphilen quoq; auri gratia prodidisse maritũ. Atq; hæc quidem omnia fiunt:quũ tamen vestes illæ variæ nihilo magis quicq̄ queant calefacere: auratæq; illa ædificia nihilo prsus magis tegant:nec pocula illa argentea potui quicq̄ magis cõducant. Sed nec aurei illi nec eburnei itẽ lecti/somnũ suauiorẽ præbeãt immo videbis frequẽter in eburneo lecto/sumptuosisq; stromatib⁹/beatis illis somnũ contingere non posse. Præterea omnigenæ illæ circa edulia curę nihilo magis alunt:quin tabefaciunt potius corpora:iisdemq; morbos ingenerant. Quid aũt dicere attinet/libidinis gratia quãtas molestias mortales et faciũt/et patiũt! q̄q̄ facile est isti cupiditati mederi: nisi qs velit indulgere delitiis. At ne hęc q̄dẽ insania/corruptelaq; sufficere videtur mortalib⁹: sed iã rerũ etiã vsum puertũt:singulis rebus ad id vtẽtes ad quod minime paratæ sunt:quẽadmodũ lecto siquis vti carpenti loco velit:ac tanq̄ curru. LV. Quisnam is est! CY. Vos inquã qui hominibus tanq̄ iumentis vtimini Nam eos iubetis:vt lecticas tanq̄ currus in ceruicibus ferant. Ipsi vero in sublimi residetis delicati/atq; hoies pinde tanq̄ asinos aurigamini:impãtes vt hac nõ illac eant: et qui hæc facitis maxie, iidẽ maxime beati videmini. Tum hi q̄ pisciũ carnibus non tantũ vt alimentis vtunt: verum tincturas etiam quasdam ex his machinantur:eos dico: q̄ purpurã tingunt: nõne et hi præter naturã his vtuntur quæ a deo præparata sunt! LV. Non per louem:siquidẽ tingere etiã potest nõ comedi tantũ purpuræ caro. CY. At nõ in id tamen nata est. Nam et cratere quispiam, si præter naturam detorqueat, ollæ loco posset vti:nec in id tamẽ paratus erat. Sed quo pacto possit quispiam vniuersam illorũ infelicitatem percurrere:quæ tanta est! At tu me quoq; q̄ nolo eius esse particeps/incusas. Viuo ego tamen quemadmodum modestus ille:his videlicet duntaxat quæ mihi apponũtur/ vescẽs:ac frugalissimis vtens. Variis vero illis atq; omnigenis minime inhiãs. Ac de inde quum paucis egeam ac minime multis vtar/ ferinam tibi videor vitã viuere. Atqui hac ratione tua dii pfecto in periculũ veniunt: ne et ipsi sint feris etiam deteriores:quippe qui rei nullius indigent. Verũ vt exactius intelligas/cuiusmodi horum vtrunq; sit:vel paucis videlicet egere/ vel multis:cõsydera q̄ pluribus egent:primum pueri q̄ adulti: deinde mulieres q̄ viri:tum ægroti q̄ valentes:atq; omnino in summa/inferiora quælibet prę stãtioribus plurium indigẽt. proinde dii omnino nullius egent rei:qui vero ad deos accedũt pxime q̄ minimis egent. An Herculem putas omnium hominũ pręstantissimum:quippe diuinum virum/ deumq; recte creditum

miſerum tũc fuiſſe:quũ circuiret nudus pelle duntaxat indutus: harum re rum noſtrarum nihil deſyderans! At ille miſer ꝑfecto nõ erat: quippe q̃ mi ſeriam ab aliis propulſabat: neq; rurſus pauper:qui terra/ mariq; domina batur. Nẽpe quocunq; intendiſſet impetũ/omnes quaquauerſum ſupabat: nec in quenq̃ ſui tẽpis incidit:qui ſe vel æquarit vnq̃/ vel vicerit:quoad ex humanis exceſſit. At tu illi ſtromata putas calceoſq; defuiſſe! atq; ob id mũ dum obãbulaſſe tantũ virũ! Dicendũ ꝑfecto nõ eſt. Sed cõtinẽs erat ac for tis/et moderate viuere volebat:non indulgere delitiis. Quid Theſeus eius diſcipulus! An nõ rex erat Athenienſium omniũ:ac filius etiã, vt ferũt, Ne ptuni:ſua certe tempeſtate fortiſſimus! Attamen ille quoq; voluit ſine cal ceis eſſe ac nudus ingredi:barbamq; et comã nutrire placuit ei:nec ei tamẽ ſolum, ſed omnibus etiam veteribus placuit : nempe meliores erant q̃ nos: atq; adeo ne ſuſtinuiſſet qdem eorũ quiſq̃ aliquid huiuſmodi:nihilo ꝑfecto magis, q̃ leo quiſpiam ſeſe tonderi. Siquidẽ carnis mollicíem ac lęuorem de cere mulieres exiſtimabant:ipſi vero ſicuti erant/ita videri quoq; viri vole bant:ac barbã quidem cultum viri ducebant. quemadmodũ in equis iubã: in leonibus barbam: quibus deus ſplendoris quandam atq; ornamẽti venu ſtatẽ dedit:ſic et viris barbã adiunxit. Illos igit̃ ego æmulor: veteres inquã illos imitari volo: huius vero tempeſtatis hoĩes nõ æmulor mirabilis hui⁹ felicitatis noĩe:quam in epulis et veſtibus habẽt/ dũ poliunt ac lęuigãt ſin gulas corporis ptes:ac ne ſecretiorũ quidẽ vllam, ita vt inſtituit natura, di mittentes. At mihi certe pedes opto:vt nihil eqnis differant:quales Chiro nis fuiſſe ferũt. Tũ vt ipſe ſtromatis nõ egeã more leonũ:nec cibo egeã ma gis exqſito, q̃ canes. Cõtingat præterea mihi:vt terra quæuis mihi p ſe pro cubili ſufficiat. Domũ vero vt mundũ hunc exiſtimem. Alimenta demũ vt ea deligam:quæ facillime cõparari poſſint. Aurũ vero/ argentũq; ne deſy derem vnq̃:neq; ego/neq; meorũ amicorũ quiſq̃. Omnia nanq; mala inter homines ex horũ cupiditate naſcuntur:et ſeditiones/ et bella/ et inſidiæ/ et cædes. Hæc omnia fontem habẽt plus habendi cupidinem. At hæc a nobis abſcedat procul:ne vnq̃ plus ſatis appetam:minus vero quũ habeam, ferre æquo animo valeam. Noſtra quidem ita ſe habent. Plurimũ ꝑfecto a vulgi ſententiis iſta diſſentiunt. Neq; quicq̃ ergo mirandũ eſt:ſi ad his differim⁹ habitu:a quibus tantũ differimus inſtituto. Sed te demiror:quonam pacto quũ ſuam quãdam citharœdo veſtẽ tribuas/cultũq;:atq; adeo tibicini ſuũ: et tragœdo ſuũ:bono viro cultũ/veſtẽq; propriã nullam exiſtimas: ſed ean dem ei cum vulgo habendã cenſes:idq; quũ vulgus malum ſit. Q̃z ſi bono rum cultus ꝓprius debet eſſe vllus : quinam deceat magis q̃ hic meus: qui

maxime luxurioſis pudendus ſit! quęq; illi maxime auerſentur! Cultus ergo meus huiuſmodi eſt, ſquallidum eſſe, hirſutum eẽ, tritũ pallium indui, comã producere, ac ſine calceis ingredi. Veſter vero Cinędorum ornatui ſimillimus eſt: nec dignoſcere vos quiſq; ab illis poſſit: neq; colore veſtium, neq; mollicie, neq; camiſiarũ numero, neq; lacernis, neq; calceis, neq; capillorum cura, neq; odore. Nam & redoletis vt illi: iam pſertim vos qui eſtis feliciſſimi. Et qdem quid facias quũ vir eũdem cum Cinędis odorem oleat! Etenim in ferendis laboribus nihil illis præſtatis. Voluptatibus vero nihilominus q̃ illi ſuperamini: eadem comeditis: eodem modo dormitis, atq; incedítis: ĩmo vero incedere non vultis: ſed geſtari potius, tanq̃ ſarcinæ, alii ab hoĩbus, alii vero a iumentis. At me pedes ipſi geſtant quocũq; ſit opus. Egoq; & frigus tolerare ſufficio, & calorẽ pati: eaq; q̃ dii obtulerint minime moleſte ferre: ideo videlicet quia miſer ſum. Vos vero propter hãc felicitatem nulla eſtis fortuna contenti: ſed omniũ pœnitet: ac præſentia ferre non poteſtis: abſentia deſyderatis: hyeme qdem optãtes æſtatẽ: æſtate, rurſus hyemẽ, atq; in calore frigus, in frigore viciſſim calorem: quẽadmodum ægrotantes / morboſi ſemper & querulí: qđ in illis qdem facit morbus in vobis vero mores. Atq; hæc ita quũ ſint: iam nos in vitam veſtrã traducere æquũ cenſetis, noſtrãq; corrumpere, quũ ſæpe male conſulta ſint, quæ facitis, ipſiq; ſitis in veſtris ipſorum negotiis minime circũſpecti: nihilq; eorũ iudicio ac ratione, ſed conſuetudine cupiditatis faciatis. Quamobrẽ nihil pfecto differtis vos: ab his q torrẽte ferunt. Illi quippe quocunq; fluxus intenderit, eo rapiũtur: & vos itidem quocunq; libidines. At ſimiliter qdem vobiſcum agitur: vt cum quodam qui equũ inſanũ aſcenderat. Equus igitur virum corripiens abſtulit. Hic vero amplius iam deſilere equo currẽte non poterat. Quidam vero quũ occurriſſet ei: rogauit quonam tenderet! Hic reſpondit: quocũq; huic videtur, equũ demõſtrans. Q2 ſi vos quiſq̃ roget: quo feramini: ſi verũ vultis dicere, dicetis in vniuerſum qdem quocũq; videatur affectibus: ſigillatim vero, interdum quocũq; voluptati: interdũ quocunq; ambitioni: interdum rurſus quo lucri ſtudio. Quin interdũ ira, interdum metus, interdum aliud quippiã huiuſmodi vos auferre videtur. Neq; enim vnum dũtaxat equũ vos, ſed multos inſilientes, nunc hunc, nũc illum, furioſos quidem omnes auehimini. Auferunt ergo vos in barathrũ, ac prærupta. Vos tamen priuſq̃ cadatis caſuros vos eſſe neſcitis: at hoc de tritum pallium qđ vos ridetis comaq; habituſq; meus tantam habet vim, vt vitam mihi quietã præbeat: vtq; agam quicqd volo, verſerq; cum qbus volo. Nempe ex indoctis atq; ineruditis hominibus nemo me adire volue-

rit/ob hunc habitū. At molles etiã qui ſunt adhuc admodū ꝑcul declinant Congrediũtur vero ſcitiſſimi atq; modeſtiſſimi: et q̄ virtutẽ cupiũt, hi potiſſimū congrediunt mecū. horū ego conſuetudine delector. Eorū vero fores qui homines vocant/non obſeruo: tum coronas aureas ac purpurã pro faſtu habeo: atq; hoīes ipōs derideo. At vt cultū hunc intelligas: nō bonos modo viros, ſed ipſos etiã deos decere: atq; eū deinde, ſi libet, irrideas: deorum ſtatuas conſydera: vtri videant tibi ne, an mihi ſimiliores: neq; Græcorū ſolum: ſed barbarorū etiam templa circūſpicias: vtrū ipſi dii, vt ego, comati/barbatiq; ſunt: an quẽadmodum vos, raſi finguntur atq; pingunt. quin plurima etiã ſine tunicis conſpicies: vt me nūc eſſe vides. Quo pacto igitur audeas poſthac hūc habitū vitio dare: quū deos etiã decere videat?

Cynici finis Thoma Moro Interprete.

MENIPPVS ſiue NECROMANTIA LVCIANI THOMA MORO Interprete.

MENIPPVS. PHILONIDES. MENIPPVS.

SAlue atrium/domuſq; veſtibulum meæ:
Vt te lubens aſpicio luci redditus.
PHILO. Numnã hic Menippus eſt canis ille! Nõ hercle alī: niſi ego forte ad Menippos omneis hallucior. At q̄d ſibi vult habit⁹ huī⁹ inſolẽtia! claua/lyra/leonis exuuię! Adeundus tamen eſt. Salue Menippe. Vnde nobis adueniſti! diu eſt q̄ in vrbe non vidimus. MENIP.
Adſum reuerſus mortuorum e latibulis/
Foribuſq; triſtium tenebrarum nigris:
Manes vbi inferi manent ſuperis procul.
PHILO. O Hercules clã nobis Menippus vita functus eſt: reuixitq; denuo!
MENIP. Non: ſed me adhuc viuum recepit tartarus.
PHILO. Quænam cauſa tibi fuit nouæ huius atq; incredibilis viæ!
MENIP. Iuuenta me incitauit/atq; audacia:
Q̄ pro iuuenta haud paululum impotentior.
PHILO. Siſte o beate Tragica: et ab iambis deſcendens ſic potius ſimpliciter eloquere: quænam hæc veſtis: quæ cauſa tibi itineris inferni fuit: quum alioqui neq; iucunda/neq; delectabilis ſit via. MENIP.
Res dilecte grauis me infernas egit ad vmbras:
Conſulerem manes vt vatis Tyreſiaí.

PHILO. Atqui delyras:alioqui nõ hoc pacto caneres apud amícos conſarcinatis verſibus.MENIPPVS.Ne mireris amice:nuper enim cũ Euripide atq; Homero verſatus, neſcio quo pacto verſibus ſic ímpletus ſum: vt numeri míhi ín os ſua ſponte confluant. Verũ díc míhi quo pacto res humanę hic ſe habẽt ĩ terris! & quidnã in vrbe agitur! PHILO.Níhíl noui.Sed quẽ admodum prius actitabant : rapiũt/peierant/fœnerãtur/vſuras colligunt. MENIP.O miſeri atq; infelices.Neſciũt enĩ, qualía de noſtrís rebus nuper apud ínferos decreta ſunt,qualeſq; ſorte iacti ſunt ín díuites íſtos calculí: p quos Cerberũ nullo pacto poterũt effugere.PHILO.Quid aís! Noui ne alí quíd apud ínferos noſtrís de rebus decretũ eſt! MENIP. Per Iouẽ:& quidẽ multa verũ prodere non licet:neq; arcana quæ ſunt reuelare: ne quís forte nos apud Rhadamanthum impietatís accuſet. PHILO. Nequaq̃ Menippe pęr Iouẽ,ne amico ſermonẽ hunc inuideas. Nam apud hominẽ tacẽdi gnarũ,& ínitíatũ p̃terea ſacrís ediſſeres. MENIP. Dura profecto iubes,& neutiq̃ tuta:verũ tuí gratía tamen audendũ eſt. Decretũ eſt ergo:díuites íſtos ac pecunioſos aurum tanq̃ Danaen ſeruantes abſtruſum.PHILO.Ne prius o beate quæ ſunt decreta díxeris : q̃ ea percurras omnía quæ abs te audíre libẽtiſſime velim.Quæ videlicet deſcẽſus cauſa fuerit:quis itineris dux:deínde ex ordíne & quæ íllíc víderis,& quæ audieris omnía. Veriſimile ẽ enĩ te,quũ res pulchras vidẽdi curioſus ſis,eorũ quæ viſu aut auditu digna videbãtur nihil omnino p̃termiſiſſe.MENIP.Parendũ etiã ín hís tibi eſt. Nã quid facías,vrgente amico ! Ego igitur quum adhuc puer eſſem: audirẽq; Homerũ atq; Heſiodũ/ſeditiones ac bella canentes: nõ ſemideorum modo, ſed ipſorum etiã deorum:adulteria quoq;/violentias/rapinas/ſupplicia/patrum expulſiones/& fratrũ & ſororũ nuptias . Hæc me hercle omnía bona pulchraq; putabã,& ſtudioſe erga ea afficiebar . Poſtq̃ vero ín vírilem iam ætatem peruenirẽ:hic leges rurſus íubentes audio poetis apprime contraría:neq; videlicet adulteria cõmittere,neq; ſeditiões mouere, neq; rapinas exercere.Hic igitur hæſitabundus conſtiti:incertus omnino quo me pacto gererem. Neq; enim deos vnq̃ putaui mœchaturos, aut ſeditiones inuicẽ fuiſſe moturos: niſi de his rebus perinde ac bonís iudicaſſent. Neq; rurſus legũlatores his aduerſa iuſſuros:niſi íd conducere exiſtímarent.Quoniam ígitur ín dubio eram:viſum eſt míhí philoſophos iſtos adire,atq; his me in manus dedere, rogareq; vti me vtcũq; líberet vterentur: vitæq; viam aliquam ſimplicẽ ac certam oſtenderent.Hæc igítur mecum reputans ad eos venío:ímprudens profecto,q; me ex fumo (vt aíunt) ín flammã coníicerẽ. Apud enim hos maxime díligenter obſeruans ſummã repperí ígnorãtiam

omniaq; magis incerta: adeo vt præ his ilico mihi vel idiotarum vita iam aurea videretur. Alius etenim soli me iussit voluptati studere, atq; ad eum scopum vniuersum vitæ cursum dirigere. In eo ipsam sitam esse felicitatẽ. Alius rursus oĩno laborare, corpusq; siti, vigiliis, ac squalore subigere, misere semper adfectũ, contumeliisq; obnoxiũ assidue: Hesiodi sedulo inculcans celebria illa de virtute carmina, & sudorem videlicet, & accliuẽ in verticẽ montis ascensum. Alius cõtemnere iubet pecunias, earũq; possessionem in differentem putare. Alius contra bonas ipsas etiam diuitias esse pnũciat. De mundo vero quid dicam? de quo ideas incorporeas/ substantias/ athomos/ & inane/ ac talem quãdam pugnantium inuicem nominũ turbam in diem audiebã: & qđ absurdorũ omniũ maxime fuit absurdum, de cõtrariis vnusquisq; quũ diceret, inuincibiles admodũ rationes ac pɼsuasibiles adferebat: vt nec ei q calidum, nec ei qui frigidum idẽ prorsus esse contẽderẽt, contra quicq̃ hiscere potuerim: atq; id: quũ tamẽ manifeste cognoscerẽ fieri nunq̃ posse: vt eadẽ res calida simul frigidaq; fit. Prorsum igitur tale qddam mihi accidebat, quale solet dormitãtibus, vt interdũ capite annuerẽ, interdũ contra abnuerẽ. Præterea qđ multo erat istis absurdius, vitã eorũ diligẽter obseruans/ comperi eam cum ipsorũ verbis p̃ceptisq; summopere pugnare. Eos enim qui spernendã cẽsebant pecuniam, auidissime conspexi colligẽdis diuitiis inhiare, de fœnore litigantes, pro mercede docẽtes. Oĩa deniq; nũmorũ gratia tolerantes. Ii vero qui gloriã verbis aspernabantur, omnẽ vitæ suæ rationẽ in gloriã referebant. Voluptatẽ rursus omnes ferme palam incessebant. Clanculum vero ad eam solam libenter confluebant. Ergo hac quoq; spe frustratus magis adhuc ægre molesteq; tuli. Aliquãtulum tamẽ inde memet consolabar: q̃ vna cum multis et sapiẽtibus & celeberrimis viris ipse insipiẽsq; essem atq; vere adhuc ignarus oberrarẽ. Peruigilanti mihi tandẽ atq; hisce de rebus mecũ cogitanti, venit in mentẽ: vt Babylonẽ profectus magorũ aliquẽ ex Zooastri discipulis ac successoribus conuenirẽ. Audierã siquidẽ eos inferni portas carminibus quibusdã ac mysteriis aperire: & quẽ libuerit illuc tuto deducere, ac rursus inde reducere. Optime ergo me facturũ putaui: si cũ horũ quopiam de descensu pacisscens Tyresiã Bœotiũ cõsulerẽ: ab eoq; perdiscerẽ (quippe qui vates fuerit & sapiẽs) quæ vita sit optima: quãq; sapientissimus q̃sq; potissimũ elegerit. Ac statim quidẽ exiliens q̃ poteram celerrime Babylonẽ versus recta contẽdi. Quo quũ venio, diuersor apud Chaldæorũ quẽdã hominẽ certe sapiẽtẽ atq; arte mirabilẽ: coma qdem canũ admodũq; promissa barba venerabilem. Nomen autẽ illi fuit Mithrobarzanes. Orans igitur obsecrãsq; vix exora-

ui:vt quauis mercede vellet,in illã me viam deduceret.At tandẽ homo me ſuſcipiens primũ quidẽ dies nouẽ ac viginti cũ luna ſimul incipiens abluit ad Euphratẽ: mane ſolem orientẽ verſus perducẽs, ac ſermonem quẽpiam longum muſſitans:quem nõ admodũ exaudiebam.Nam (qđ in certamine prẽcones inepti ſolent) volubile quiddã atq; incertũ ꝓferebat: niſi ꝙ quoſdam viſus eſt inuocare dæmones. Poſt illã igitur incantationẽ ter mihi in vultũ ſpuens deducit rurſus,oculos nuſq̃ in obuiũ quẽq̃ deflectẽs.Et cibus quidẽ nobis glandes erant, potus aũt lac atq; mulſum & Choaſpi lympha: lectus vero in hẽrba ſub dio fuit.At poſtq̃ iã ꝓparati ſatis hac dieta ſumus, medio noctis ſilentio ad Tigridẽ me fluuiũ ducens/purgauit ſimul atq; abſterſit: faceq; luſtrauit ac ſquilla:tum pluribus itidem aliis:& magicum ſimul illud carmen ſubmurmurans, deinde totum me iam incantans, ac ne aſpectris lẽderer circũiẽs. reducit domũ, ita vt erã recíprocãtẽ,ac reliquũ iam nauigationi dedimus. Ipſe igitur magicam quãdam veſtẽ induit: Medorum veſti vt plurimũ ſimilem:ac me qdem his quæ vides ornauit:claua, videlicet ac leonis exuuiis, atq; inſuper lyra. Iuſſit ꝓterea vt nomen ſi quis me roget Menippum quidẽ ne dicerẽ: ſed Herculẽ, Vlyſſem, aut Orpheũ. PHILO.Quid ita o Menippe! neq; enĩ cauſam aut habitus aut nominis intelligo. MENIPPVS. Atqui perſpicuũ id qdem eſt:ac neutiq̃ arcanũ. Nã hi qui ante nos ad inferos olim viui deſcẽderant : putauit ſi me his aſſimilaret,fore vt facilius Aeaci cuſtodias fallerẽ:atq; nullo prohibẽte trãſire:vt pote notior tragico admodũ illo cultu emiſſus. Iam igitur dies apparuit, quũ nos flumẽ ingreſſi in receſſum incumbimus.Parata ſiqdem ab illo fuerant: cymba/ ſacrificia/mulſa/ & in id myſteriũ deniq; qbuſcũq; opus erat. Hęc poſtq̃ ergo quę prõpta erãt impoſuimus : tum nos quoq; anxii ac vagientiũ more lachrymantes ingredimur,atq; aliquantiſper qdem in fluuio ferimur:deinde in ſyluã delati ſumus,ac lacũ quẽdam in quẽ Euphrates cõditur.Tum hoc quoq; tranſmiſſo/in regionẽ quandã peruenimus ſolã,ſyluoſam atq; opacã, in quã deſcendẽtes (præibat enim Mithrobarzanes) & puteum effodimus,& oues iugulamus,& foueam ſanguine conſpergimus. At magus interim accẽſam facẽ tenens,haud amplius iam ſummiſſo murmure ſed voce q̃ poterat maxima clamitans,dæmones ſimul oẽs conuocat: Pœnas,Erinnes,Hecatem nocturnã, excelſamq; Proſerpinã, ſimulq; polyſyllaba quædã nomina barbara,atq; ignota cõmiſcet.Statim ergo tremere omnia, & rimas ex carmine ſolũ ducere, ac porro Cerberi latratus audiri. et iam res plane triſtis ac mœſta fuit. Ac protinus qdem inferorũ patebant plurima,lacus pyriphlegethon,ac Plutonis regia. Tum per illum deſcẽdẽ-

tes hiatũ Rhadamanthũ prope modum metu, reperímus extínctum. Ac Cerberus prímũ quidẽ latrabat cõmouítq; ſeſe. At quũ ego lyram celeberríme correptã pulſaſſem, cãtu ſtatim ſopitus obdormit: deínde poſtea q̃ ad lacum venímus: tranare fere non licuit. Iam enĩ onuſtũ erat nauigiũ, & eiu latu certe plenũ. Vulnerati quippe in ea nauigabant oẽs, hic femur, ílle caput, alíus alío quopiã mẽbro luxatus: vſq; adeo, vt mihi certe ex bello quopiã adeſſe vídereẽtur. At optímus Charon quũ leonis videret exuuías, eſſe me ratus Herculem recepit, tranſq; vexit libens: tum exeuntibus quoq; nobis monſtrauit ſemitam. Sed quoniã iam eramus in tenebris: p̃cedit q̃dem Míthrobarzanes: ego autẽ a tergo continuus íllí comes adhæreo: quoad in pratũ quoddã venímus maxímũ: aſphodelo cõſitum: vbí circũfuſæ vndiq; mortuorũ ſtrídulæ nos ſequũtur vmbræ. Tum paulo procedentes longius ad ipſum Mínois tríbunal acceſſímus. Erat ipſe q̃dem in ſolío forte quodã ſublími ſedẽs. Aſtabant aũt ílli Pœnæ, Tortores, mali genii, furiæ. Ex altera parte plurimi q̃dam adducti ſunt ex ordine longa fune vincti. dicebãtur autẽ adulteri lenones/mœchi/homicidæ/adulatores/ſycophantæ: ac talis hominũ turba quíduis in vita patrantiũ. Seorſum aũt díuites ac fœneratores prodibant pallídi, ventrícoſi, ac podagrici: quorũ quiſq; trabe vinctus erat: ferri pondere duorũ talẽtorum ímpoſito. Nos igitur aſtantes, & quæ fiunt omnia cõſpicímus: & quæ dícuntur auſcultamus. Accuſant aũt noui quidã atq; admirabiles rhetores. PHILO. Quínã ergo hi p Iouẽ ſunt: ac ne íſthuc q̃dem te pigeat dícere. MENIP. Vmbras ne vnq̃ íſtas noſti quas opoſita ſoli reddũt corpora? PHILO. Quid ni? MENIP. Hæ nos igitur quũ primũ functi vita ſumus accuſant, teſtant, atq; redarguũt, quicquid in vita peccauímus: & ſane quẽdã ex his dignę admodũ fide vidẽtur: vtpote nobiſcũ verſatę ſemp, noſtriſq; nuſq̃ digreſſæ corporibus. Minos igitur curioſe quẽlibet examinans impiorũ, relegabat in cetũ, pœnas ibi ſceleribus ſuis dignas luiturũ. In hos p̃cipue tamẽ incẽditur: quos opes dũ víuerent ac dignitates inflauerãt: quiq; adorari ſe fere expectabãt: nimirũ perituraẽ eorũ ſuperbiã faſtũq; deteſtatus: quippe q̃ non meminiſſent mortales ipſi quum ſint, ſeſe bona quoq; mortalia cõſequutos. At nũc ſplẽdída ílla exuti omnia díuitías inquã/genus/munía/nudi ac vultu demiſſo ſteterunt tanq̃ ſomniũ quoddã humanã hanc felícitatẽ recogitãtes: adeo vt hęc dũ conſpicarer nimis q̃ delectatus fuerim. Et ſi quẽ eorũ forte agnouerã acceſſi: atq; in aurẽ ſilenter admonui: qualís in vita fuerat: quãtopereq; fuerat inflatus: tũ quũ plurimi mane fores eius obſidẽtes pulſi interim excluſiq; a famulis íllíus expectabãt egreſſum. At ipſe vix tandem íllís exoriens puniceus/ aureus/ aut

vcrſicolor:felices ac beatos ſe facturũ ſalutantes putabat:ſi pectus dextram ve porrigens/permitteret oſculandam.Illi vero audientes iſta moleſte ferebant.At Minos ꝙddã etiã iudicauit in gram. Quippe Dionyſium Siciliæ tyrannũ multis et atrocibus criminibus et a Dione accuſatũ,et graui Stoicorũ teſtimonio conuictũ,Cyreneus Ariſtippus interueniens.Nã illũ valde ſuſpiciunt inferi:eiuſꝙ plurimũ ibi valet authoritas: ferme iam Chimęræ alligatũ abſoluit a pœna:aſſerens illum eruditorũ nõnullos olim iuuiſſe pecunia.Tum nos a tribunali diſcedentes/ad ſupplicii locũ puenimus. Vbi o amice et multa/et miſeranda audire ſimul/ac ſpectare licuiſſet. Nã ſimul et flagrorũ ſonus auditur/et eiulatus hominũ in igne flagrantiũ:tum rotę et tormenta: catenæ:Cerberus lacerat:Chimæra dilaniat: cruciantꝙ pariter omnes:captiui/reges/præfecti/paupes/mẽdici/diuites. et iã ſcelerum omnes pœnitebat.Et quoſdã ꝙdem eorũ,dũ intuemur,agnouimus:videlicet ꝙ nuper e vita diſceſſerant.At hi ſe pudentes tũ occulebãt/noſtrocꝙ ſub trahebant aſpectui:aut ſi nos aliquando reſpiciebant, id ſeruiliter admodũ abiectecꝙ faciebant:atꝙ hi ꝙdem q̃ olim putas onoroſi/faſtoſiꝙ in vita! At pauperibus malorũ dimidiũ remittebatur:et quũ interquieuiſſent, denuo repetebant ad pœnã.Sed illa qucꝙ quæ fabulis ferunt aſpexi: Ixionẽ/Siſyphum/Phrygiũꝙ grauiter affectũ Tantalũ:genitũꝙ terra Tytiũ,dii boni, quãtũ!Integrũ ſtratus agrũ occupabat.Hos tandẽ prætereuntes in campũ venimus Acheruſium:vbi ſcmideos/heroidaſꝙ reperimus: atꝙ aliã ſimul mortuorũ turbã in gẽtes/tribuſꝙ diſpoſitam:alios ꝙdem vetulos: quoſdã ac marcidos:atꝙ (vt Homerus ait) cuanidos:alios vero iuueniles et integros:et hos potiſſimũ ob illam cõdiendi efficaciã Aegyptios. Verũ digno ſcere quẽlibet haud ꝓcliue fuit: adeo nudatis oſſibus omnes erãt inuicẽ ſimillimi:niſi ꝙ vix tandẽ eos diu intendentes agnouimus. Quippe cõferti conſidebãt obſcuri atꝙ ignobiles:nullũꝙ ſcruãtes amplius priſtinæ formę veſtigiũ.Cũ igit multi ſimul oſſei cõſiſterẽt:inuicẽ omnino ſimiles:ꝙ terrificũ ꝙddã ꝓ cauos oculorũ orbes tranſpicerent/ denteſꝙ nudos oſtenderẽt: hæſitabã certe mecũ:quonã ſigno Therſitẽ a Nireo illo formoſo diſcernerẽ aut mendicũ Irũ a Pheacũ rege:aut Pyrriã coquũ ab Agamẽnone.Quippe ꝙbus iam nihil veteris ꝓmanſit indicii:ſed oſſa fuerũt inter ſe ſimilia:incognibilia:nullis inſcripta titulis:nulliꝙ vnꝙ dinoſcenda. Hæc igit ſpectanti mihi,ꝓſimilis hoim vita pompæ cuipiã longæ videbat:cui præſit ac diſponat quæꝙ fortuna:ex his ꝙ pompã agunt diuerſos/varioſꝙ cuiꝙ habit⁹ accõmodans.Aliũ ſiquidẽ fortuna deligens regiis ornat inſignibus: et tyarã ꝓponens:et ſatellites addens:et caput diademate coronans. Alium ſerui

rursus ornatum induit: hunc formosum effigiat: hunc deformem atq; deri
diculum fingit. Nam omnigenum, vt opinor, debet esse spectaculũ. Quin
habitus quorundã plærũq; in media quoq; pompa demutat: neq; perpetuo
eodem finit ordine/cultuq; progredi, quo ꝓdierãt. Sed ornatu commutato
Crœsum qdem coegit seruí/captiuiq; vestes induere. Meandriũ autẽ olim
inter seruos incidentẽ/Polycratis vicissim ornat tyrannide. Et aliquãtisp
quidem eo cultu pmittit vti: verũ vbi iã pompæ tempus præteriit: appara
tũ quisq; restituens/et cũ corpore simul exutus amictu/ qualis ante fuit effi
citur: nihilo a vicino differens. Quidã tamẽ ob inscitiam, quũ suos fortuna
cultus exigit, ægre ferũt atq; indignant: tanq; propriis quibusdã bonis pri
uatí: ac nõ potius alienis/ quibus paulisp vtebantur / exuti. Quin in scæna
quoq; vidisse te plærunq; puto histriones istos tragicos: q (vt fabulæ ratio
poscit) modo Creontes: modo Priami fiũt: aut Agamẽnones. Idẽq; (si sors
tulerit) pauloante tam grauiter Cecropis/ aut Erechthei formam imita
tus, paulo postea seruus, poeta iubente, progreditur. At quum fabulæ iam
finis affuerit: quisq; auratas illas vestes exutus, personam deponẽs, et ab al
tis illis crepidis descendens, pauper atq; humilis obambulat: haud ampli?
Agamennon ille Atreo prognatus: aut Creon Menecæi filius: sed Polus fi
lius Charicleí Sunienſis: aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius. Sic
se mortalium res habent: quemadmodum mihi tum spectanti videbatur.
PHILO. Dic mihi Menippe: isti qui magnificos/altosq; tumulos habent su
per terram/et columnas/imagines/titulos/nihilo ne sunt apud inferos ple
beis quibuslibet vmbris honoratiores! MENIP. Nugaris tu quidem. nam
si vidisses Mausolum: Carem illum dico pyramide celebrem: sat scio, nunq;
ridere desiisses: ita in antrũ quoddã abstrusum despectim abiectus est: in re
liqua mortuorũ turba delitescens. Hoc tantũ cõmodi mihi videt ex monu
mento referre: q; impositio tãto pondere laborat magis et premitur. Nã cũ
Aeacus o amice locũ cuiq; metitur: dat aũt cui plurimũ haud ampli? pedẽ
necesse est eo iacere contentũ: sesq; ad loci modũ cõtrahere. At vehemẽti?
multo risisses, opinor, si reges hosce nros/satrapasq; vidisses apud eos men
dicãtes: et aut salsamenta vẽdentes: aut primas ipas literas/vrgente inopia
profitentes: et quemad modum contumeliis a quouis afficiantur: atq; in fa
ciem cædantur: perinde atq; vilissima mancipia. Itaq; Philippũ Macedonẽ
cõspicatus, cõtinere me certe non potui. Ostensus est mihi in angulo quo
dã detritos calceos mercede resarciẽs. Quin alios ꝑterea multos erat vide
re mẽdicãtes ĩ triuiis: Xerxes videlicet: Darios: ac Polycrates. PHI. Admi
randa narras ista de regib? / peneq; incredibilia. Socrates aũt quid facit! ac

Diogenes: et ſi quis eſt ſapientũ alius! ME. Socrates profecto etiam ibi obuerſatur/omneſq; redarguit. Verſantur aũt cum illo Palamedes/ Vlyſſes/ et Neſtor:et quiſqs eſt alius inter defunctos garrulus. Inflantur autem illi etiammũ/atq; intumeſcunt exhauſto veneno crura. At optimus Diogenes Sardanapalo vicinus Aſſyrio/Midæq; Phrygio/atq; aliis item pluribus ex iſtorũ ſumptuoſorũ numero/manet: quos quũ eiulantes audit:veteris fortunæ magnitudinẽ recogitantes:et ridet/et delectať:ac ſupinus cubans vt plurimũ cantat:aſpera nimis atq; iniucũda voce illorũ eiulatus obſcurans: adeo/vt id ægreferentes nec Diogenẽ ferre valentes/ de mutanda ſede deliberent.PHI.De his iam ſatis quidẽ:cæterũ quodnã illud decretũ eſt: quod initio dixeras aduerſ9 diuites eſſe ſancitũ!ME. Bene admones. Neſcio em quo pacto quũ hac de re dicere propoſuiſſem, ab inſtituto ſermone procul aberraui.Dum igiť ibi verſabar,magiſtratus cõcionẽ aduocauerũt:his videlicet de rebus:quæ in cõmune cõducerẽt. Cõſpiciens ergo multos cõcurrere:me quoq; cum illis ſimul immiſcens/vnus de numero eorũ qui in concione aderãt/efficior.Agitata ſunt igitur et alia multa. Poſtremo vero de diuitibus negotiũ:in quos poſteaq̃ plurima fuiſſent obiecta/ violentia/ ſuppbia/faſtus/iniuriæ:aſſurgens tandẽ ex populo primas qdam hmõi decretũ legit.Q m̃,inqt,multa diuites ppetrant in vita rapientes/ac vim inferentes inopeſq; omni modo deſpectui habentes,Curię/Populoq; viſum eſt:vt quũ functi vita fuerint,corpora qdem eorũ pœnas cũ aliis ſceleratorũ corporibus luant:animæ vero ſurſum remiſſæ in vitã/in aſinos demigrent: donec in tali rerũ ſtatu quinquies ac vicies decem annorũ milia tranſegerint:aſini ſemp ex aſinis renati:onera ferentes:atq; a paupibus agitati. Deinvt liceat illis e vita excedere.Hanc ſentẽtiã dixit Caluarius: patre Aridello:patria Manicenſis:tribu Stygiana. Hac igitur lege recitata,approbauerunt principes:ſciuit plebs:adfremuit Proſerpina:allatrauit Cerberus.ſic enim rata quæ inferi ſtatuũt/authenticaq; fiunt. Quæ igiť in concione agebanť erãt hmõi.Tum ego ſtatim,cuius gratia venerã,Tyreſiam adeo:atq; illi reuti erat/ordine narrata, ſupplicaui: vt mihi diceret/ quodnã optimũ vitæ genus putaret.Hic vero ſubridẽs (eſt autem ſeniculus quiſpiam cęcus/pallidus/voce gracili) o fili inqt cãm tuæ pplexitatis ſcio a ſapiẽtibus iſtis pfectam/haud quaq̃ idem inuicem iiſdem de rebus ſentientibus : verũ haud fas eſt id tibi proloqui: ſiqdem quod Rhadamãthus interdixit. Nequaq̃ inquã o patercule:ſed dic amabo/neq; me cõtemnas:q in vita te etiã ipſo cæcior oberro.Abducẽs ergo me,pculab aliis auferẽs,ad aures mihi inclinãs, Optima eſt,inqt,idiotarũ/priuatorũq; vita/ ac prudẽtiſſima. Quãobrẽ ab

hac vaniſſima ſublimiũ conſyderatione deſiſtẽs. Mitte principia ſemper ac fines inquirere: & vafros hoſce ſyllogiſmos deſpuens, atq; id genus omnia nugas æſtimans, hoc ſolũ in tota vita perſequere: vt p̃ſentibus bene cõpoſitis minime curioſus, nulla re ſollicitus, q̃ plurimũ potes hilaris vitã ridẽſq; traducas. Hæc quũ dixiſſet: rurſus Aſphodelorum in pratũ ſeſe corripuit. Ego igitur (nam & nunc veſper erat) age inquã o Mithrobarzane quid cũctamur! ac non hinc rurſus abimus in vitam! Ad hæc ille: confide inquit o Menippe: breuem quippe facilẽq; tibi monſtrabo ſemitam: & me protinus abducens in regionem quandam magis priore tenebricoſam: manu procul oſtendens ſubobſcurum tenueq; ac veluti per rimam influens lumen, Illud inquit Torphoni templum eſt: atq; illac ad inferos e Bœotia deſcenditur. hac aſcendas, atq; ilico fueris in Græcia. Ego igitur hoc ſermone gauiſus, ſalutato mago difficile admodũ per anguſtas antri faces ſubrepens, neſcio quo pacto, in Lebadiam perueni.

Necromantiæ ſeu Menippi Luciani Finis.

SEQVITVR
LVCIANI PHILOPSEVDES ſiue INCREDVLVS
ab eodẽ THOMA MORO in latinã linguã traductus.

Perſonæ: TYCHIADES & PHILOCLES

TYCHIADES.

DOtes mihi Philocles dicere: quidnã id tandẽ ſit: qd multos in mẽtiendi cupiditatẽ adducit: vt pariter gaudeant quũ & ipſi nihil ſani loquũtur: & his qui talia narrãt maxime animũ ĩtẽdãt! PHILOCLES. Multa Tychiade ſunt quæ nõnullos mortales mẽtiri cõpellũt: quia in rẽ vidẽt conducere. TYCHIADES. Nihil ad rẽ hæc (vt aiunt) neq; enĩ de his rogabam qui quũ vſus poſtulat mẽtiũtur: venia nimirum hi imo laude plærisq; eorũ digni ſunt: quicunq; vel hoſtes fefellerunt, vel ad ſalutem tali quopiam pharmaco vſi ſunt in neceſſitatibus. Cuiuſmodi multa Vlyſſes etiã fecit: vt & vitã ſuam & ſociorum reditum redimeret. Sed de illis vir optime dico: qui nulla neceſſitate mẽdaciũ ipſum veritati lõge ante ponunt: ipſa re videlicet delectati atq; in ea ſine vlla idonea occaſione verſati. Iſti ergo ſcire cupio cuĩ⁹ cõmodi gratia iſtud agũt. PHILO. An alicubi tales aliquos iam deprehendiſti, quibus hæc inſita ſit mẽtiẽdi libido! TYC. Et quidem admodum multi ſunt huiuſmodi. PHILO. Quid aliud ergo in cauſa ſit, q̃ mẽtiuntur, niſi demẽtia! Siquidẽ rem peſſimã, optimi loco præoptant. TYCHIA. Hoc nihil eſt. Nam ego tibi multos oſtenderim ad cæte

ra prudentes ac ſapientia mirabili: neſcio tamẽ quo pacto captos hoc malo mendaciiq; ſtudioſos: adeo vt ego certe moleſte ferã,q; viri tales, omnibus cæteris in rebus optimi,gaudẽt tamẽ & ſe & eos in quos inciderint,fallere. Nam veteres illi,id qđ tibi notiꝰ eſt q̃ mihi,Herodotus, Cteſiaſq; Cnidius atq; his ſuperiores,deniq; Homerus ipſe viri celebres, mendaciis etiã ſcriptis vtebãtur:vt non ſolũ eos fallerẽt,a quibus tunc audiebãtur: verũ vſq; ad nos etiã mẽdacium per manus traditũ perueniret in pulcherrimis verſibus metriſq; ſeruatum.Me ergo ſæpe illorũ verſuũ nomine ſubiit pudor, ſi quãdo cœli ſectionẽ ac Promethei vincula recenſent:gigantũq; rebellionem:atq; omnẽ illam de inferis tragœdiã. Et quo pacto ob amorẽ Iuppiter in taurũ & cygnũ verſus ſit : & quẽadmodũ ex muliere quiſpiam in auiculam vrſamve mutatus ſit.Pegaſos præterea Chimæraſq;, & Gorgonas, ac Cyclopas, atq; id genus omnia, admodum abſurdas monſtroſaſq; fabulas: et quæ mentes afficere puerorum queant:qui laruam adhuc lamiamq; metuunt.Q̃q̃ poetica/ſint fortaſſe tolerabilia.At vrbes iam gẽteſq; totas vna voce ac publicitus mentiri:an nõ hoc ridiculum ! Veluti quũ Cretenſes ſe pulchrũ Iouis oſtẽdere nõ pudet. Atheniẽſes Erichthoniũ editum e terra ferunt,primoſq; illos homines in Attica olerum more ex terra emerſiſſe. Hi tamen multo verecundiores q̃ Thebani : qui ex ſerpentis dentibus ſatiuos quoſdam progerminaſſe narrant, q; ſi quis hæc quũ ſint ridicula, vera eſſe non credat:ſed ea prudẽter examinans Chorebi cuiuſpiã aut Margitæ exiſtimet eẽ:ſi qs aut Triptolemũ credat in alatis draconibus per aerẽ vectum eſſe : aut Pana quendam ex Arcadia in Marathonem veniſſe auxilio : vel Orithyiam a Borea raptam eſſe: impius nimirũ hic atq; inſanus videatur eis: quippe q tam manifeſta veraq; nõ credat. vſqadeo obtinet mẽdacium. PHILOCLES. At poetis Tychiade vrbibuſq; fuerit fortaſſis ignoſcendũ. Nã illi delectationẽ illã quę ex fabula proficiſcitur,vt quæ maxima ſit illecebra,poematibus ſuis immiſcẽt: qua potiſſimũ erga auditores opus habẽt. Athenienſes vero Thebaniq;,& ſi q ſunt alii, patriæ ſuæ plus maieſtatis ex huiuſmodi figmẽtis cõciliant,q; ſi quis fabulas auferat e Gręcia:nihil obſtiterit quo minus earũ narratores fame intereãt:quãdo iam nemo futurꝰ ſit hoſpitũ,qui verũ vel gratis audire velit.At ſi q nulla tali cauſa/gaudẽt tamẽ mẽdacio:hi oĩno ridiculi merito videãtur. TYCHIADES. Recte dicis. Nã ego protinus ab Eucrate illo celebri venio:vbi multa incredibilia ac fabuloſa quũ audiſſem,ĩmo vero medio in ſermone,diſceſſi: non ferẽs narrationẽ tã ſupra fidẽ:ſed me velut furiæ quędã abegerunt: dũ mõſtroſa multa atq; abſurda referrẽt. PHILO. Atqui Tychiade/vir grauis Eucrates eſt:

et nemo certe crediderit illũ tam promissa barba virum sexagenariũ: & qui præterea sit plurimũ in philosophia versatus: sustinuisse vt aliũ quẽq̃ audiret se p̃sente mẽtientẽ: nedũ vt ipse tale quicq̃ audeat. TYCHIA. At nescis amice qualia referebat. Tum ea q̃ cõstanter asserebat. Præterea q̃ sancte in plærisq; iurabat: admotis etiã filiis: adeo vt ego quũ eũ respicerẽ, varia mecũ cogitarẽ: interdũ qdẽ illũ insanire neq; animo constare: interdũ vero ita cogitabã, fugisse me, q; impostor esset, ac tantũ tẽporis sub leonis pelle ridiculam quandã simiam circũtulisset, adeo absurda narrabat. PHILOCLES. Quænam illa (per lares) sunt Tychiade! Nã cupio cognoscere quamnã p̃stigiaturam sub tam longa barba occuluerit. TYCHIA. Solebã quidẽ etiã alias Philocles aliquoties eũ interuisere: si quãdo videlicet multo otio abũdarem. Hodie vero quũ opus esset mihi conuẽto Leonthico (Est autem, vt scis, amicus mihi) edoctus a puero/eum se ad Eucratẽ mane contulisse: vt eum morbi inspiciendi causa viseret: amborum nomine, nempe vt & Leõthicum conuenirẽ, & Eucratẽ viderem: ignoraueram aũt q; ægrotaret: ad eum prouenio. At Leonthicum ibi iam non inuenio. Nam paulo ante vt dicebant exiuerat: alios vero confertos reperio: in quibus erat & Cleodemus Peripateticus, & Dinomachus Stoicus, & Ion: nosti virũ: illũ dico q ex Platonica doctrina magnam sui admirationẽ expectat: vt qui solus mentẽ viri dep̃henderit: quiq; eius oracula aliis quoq; possit enarrare. vides quos tibi viros noio, nimirũ omni sapiẽtia atq; oĩ virtute p̃ditos, vtpote ip̃m ex qua q; secta caput: reuerendos hercle oẽs, atq; aspectu ꝑpemodũ terribiles. Aderat p̃terea medicus Antigonus: vt vsui in morbo esset aduocatus opinor. Et melius iam habere se videbat Eucrates. Ac morbus quidã ex familiaribus erat. Humor enim rursus i pedes ei descẽderat. Sedere me ergo Eucrates in lecto iuxta se iussit voce languidule remissa paululũ: quũ me conspiceret: q̃q̃ interim dum ingrederer, vociferantẽ eum ac vocem intendẽtem audieram. Tamẽ ego admodum curiose cauens ne pedes eius tãgerem: vbi me vulgaribus istis verbis purgaueram: q; eum ęgrotare nesciuerim: q; vbi resciissem, curriculo venerim: adsedi prope. & illis quidẽ sermo iam de morbo erat: & quædam iam ante dixerant, quædam vero etiam tunc narrabãt. Præterea medicamẽta quędam quisq; proferebat. Cleodemus igitur, Si qs ergo (inquit) sinistra manu tollens humo mustelæ dentem, sic interfectæ, vt ante dixi, in leonis pellem illigauerit, nuper excoriati: ac deinde circum crura posuerit: ilico sedatur dolor. Non in leonis pellẽ (inquit) Dinomachus, vt ego audiui, sed in ceruæ potius fœmellæ virginis adhuc & nondũ initæ. & res quidem magis est hoc pacto credibilis: velox enim cerua est:

maximeq; valet pedib⁹. Et leo quidē fortis est: pinguedoq; eius ac manus dextra pilíq; qui recti e barba prominent magnā vim obtinent: si quis vti nouerit: cum ꝓprio cuiq; carmine: at pedū curam minime pollicent. Et ipe quoq;, inquit Cleodemus, olim sic putabam ceruina pelle vtendū: propterea q; cerua velox esset. At nup vir quidā Libycus peritus ꝓfecto in reb⁹ huiusmodi contra me docuit/ceruis ostendens velociores esse leones: quippe q; eas, inqt, etiam persequendo capiūt. Laudabāt qui aderāt: tāq; recte dixisset Libycus ille. Tum ego putatis, inquā, incantamētis qbusdā sedari talia: aut foris admotis appendiculis quū intus malum grassetur? Riserunt hūc sermonē meum: et palam in me magnā damnabāt amentiam: q; apertissimas res ignorarem: et quibus nemo qui sapiat/contradicat: quin sic se habeant. At medicus certe Antigonus delectari mihi visus est hac rogatione mea. Iamdudū autem neglectui habitus fuerat, opinor, quū opē Eucrati ferre ex arte vellet: denuntians videlicet vino vt abstineret: atq; oleribus vescerē: et vigorem animo omnino minueret. Cleodemus ergo subridens interim Quid ais, inquit, Tychiade? incredibile tibi videtur esse: vt ex rebus huiuscemodi parentur quædam apud morbos remedia? Mihi certe videt inquā ego: nisi naribus adeo muccosis sim: vt credam ea quæ foris applicantur/nihilq; cum his quæ morbos excitant/intus cōmunicant: ꝑ verbula tamē, vt dicitis, ac præstigiaturam operari: et quū appenduntur sanitates immittere. id ꝓfecto nunq; fieri possit: nec siqs vel in Nemei leonis pellē sedecim mustelas integras insuerit. Ego profecto leonē ipm e doloribus sæpe claudicantem vidi in vniuersa suiipsius pelle. Nimium idiota es inquit Dinomach⁹ neq; vnq; tibi curæ fuit: vt discerēs quonam modo res istiusmodi aduersus morbos quū adhibentur conferunt: ac mihi videris ne notissima quidē ista recepturus: febriū videlicet istarū profligationes/quæ certo quodam ambitu recurrunt/tum serpentū demulsiones: ac bubonū sanationes: et cætera: quæcunq; anus etiam iam faciunt. ꝓ si illa fiunt omnia: quur tandē nō putabis hæc etiam similibus rebus fieri? Infinita congeris, inquā, Dinomache clauumq;, vt aiunt, clauo extrudis. Neq; enim constat ea quæ cōmemoras/eiusmodi vi fieri. Quamobrē nisi reddita ratione ꝑsuaseris primū natura fieri posse: vt febris/tumorq; vereatur aut nomē aliquod diuinū/aut dictionem aliquā barbaricam: ob idq; ex inguine fugiat: aniles adhuc fabulæ sunt quæcunq; retulisti. Tu mihi videris inquit Dinomachus quū ista dicas, ne deos quidem esse credere. Si quidem putes fieri nō posse: vt per sacra nomina remedia morbis adferantur. Hoc, inquā ego, vir optime ne dixeris: nihil enim ꝓhibet quo minus, etiam si maxime dii sint, ista tamen sint vana. Ego

vero & deos colo & medelas eorum video & leuamẽta quæ laborãtibus cõferũt Pharmacis videlicet atq; arte medica restituentes. Itaq; Aesculapius ipse eiusq; posteri salutaria pharmaca admouẽtes medebãtur ægrotis: non leones aut mustelas circũligãtes. Mitte hunc (inqt) Ion. At ego vobis mirabile quiddã narrabo. Erã adhuc adolescẽtulus: annos natus ferme quatuordecĩ: quum qdam ad patrẽ meum venit nũciãs ei Midã vitis cultorẽ seruũ / etiã aliis ĩ rebus robustũ atq; industriũ, circa plenum iã fortũ a vipera morsum iacere iã putrefacto crure. Etenĩ dum ligaret palmites ac vallis circũplicaret: adrepentẽ bestiolã maximũ ei pedis momordisse digitum. Tum illam qdem ilico aufugisse, & sese rursus ĩ latebrã condidisse. Illũ vero eiulare perditum e doloribus. Hæc ergo quum nunciarẽtur iã Midam ipsum videbamus ĩ lectica domũ a conseruis adportari: inflatũ totum: liuidũ ac superficie tabefactum, vix iã spirantẽ. Pater ergo quum id moleste ferret: inquit. Ego enĩ virum quendã babylonium ex chaldęis quos vocant protinus huc adducã: qui sanabit hominẽ. & ne diem narrãdo conterã: venit babylonius ac Midã restituit: effugato ex corpore veneno quadã incãtatione, & ad pedẽ eius appẽso virginis defunctæ lapillo: quẽ e colũna exciderat. Atq; istud quidẽ hactenus forsan mediocre fuerit. Tum Midas iã ipse sublato ĩ quo allatus erat scabello, discessĩt ĩ agrum. tantum potuit ĩcantatio: & colũnaris ille lapis. At idem iste babylonius alia præterea diuina plane fecit. Nempe ĩ agrum profectus mane, quum pnunciasset sacra quædã ex vetusto codice: septẽ nomina: sulphure ac face lustrato loco in orbẽ ter obambulans, serpẽtes omneis inuitos exciuit: quicunq; itra eã regionẽ erant. Veniebant ergo tanq; ad ĩcantationẽ tracti: serpẽtes multi: aeq; aspides, & viperæ & ceraſtæ & iaculi, phryniq; ac physali: relinquebatur autẽ vnus draco: annosus / prorepere (vt opinor) ob senectam non valẽs: q non fuerat audiẽs dicto. At magus. Non adsunt oẽs inqt. Tum vnum quẽdam ex serpẽtibus eum videlicet qui natu minimus erat, selectum legatũ mittebat ad draconẽ. ac paulopost venit etiam ille. At postq; iam collecti constitissent Babyloniis ĩ eas insibulauit. Atq; illi repẽte admodum omnes ab eius flatu ĩcensi sunt: nobis iterim admirantibus. Tum ego dic mihi iquã Ion. Serpẽs ille legatus, iuuenẽ illum co, vtrum manu perduxit draconẽ q iam (vt ais) senuerat: an ille baculum gestans initebatur? Ludis tu qdem inqt Cleodemus. At ego, q & ipse quoq; olim minus talia credebam q nunc tu: putabam enĩ nulla ratione fieri posse vt ea crederẽ: tamẽ quum volantẽ primum conspicerẽ: peregrinum illum barbarum (erat autẽ vt ferebant ex Hyperboreis) credidi: ac victus sum: quum tamen multum diuq; repugnassem. nam quid facerem quum eũ cer-

nerem in aere volantem:atq; id interdiu:ac supɛr aquam ingredientẽ:atq; pɛr medium ignem incedẽtem:idq; lente ac sensim! Tu ne inquam ego ista videbas:virum Hyperboreum volantem:aut supɛr aquas ambulantem: & maxime(inquit ille)carbatiuis indutum:quo calceamenti genere illi potissimum vtuntur. Nam minutula ista/quid attinet referre: quæcunq; fecit: quo pacto amores immiserit:ac dæmones exegerit:mortuosq; marcidos in vitam reuocauerit:atq; Hecaten ipsam palam conspectibus exhibuerit: lunamq; e cœlo detraxerit! Quin ego vobis referam quæ ab eo fieri conspexi in Glaucia Alexidis filio.Glaucias hic quum patris nupɛr defuncti substantiam suscepisset:Chrysidem amabat Demeneti filiam: ac me quidem præceptore in disciplinas vtebatur:ac nisi amor ille a studio deduxisset eũ,vniuersam peripateticorum doctrinam perdidicisset: vt qui octo & decẽ quũ esset annorum iam absoluerat analytica:tum physicam auscultationem in finem vsq; percurrerat. Amore tamen victus,mihi rem omnem significat. Ego vero quemadmodum par erat,quippe qui præceptor eram,Hyperboreum illum magum ad eum duco: conductum quatuor ilico minis in manum datis: oportebat enim prɛparari quiddam ad sacrificia:tum sedecim prɛterea:si Chryside potiretur.Ille vero crescentem obseruans lunã(Nam tunc vt plurimum huiusmodi sacra peraguntur)fossam quum effodisset: in aperto quodam loco domus:sub dio circa mediam noctem,euocauit nobis primum quidem Anaxiclem Glauciæ patrem:ante septem menses vita defunctum.Succensebat autem ob amorem senex,atq; indignabatur. Tandẽ tamen ei permisit:vt amaret.Postea vero Hecaten quoq; eduxit:adferẽtẽ vna cerberum:tum lunam detraxit multiforme quoddam spectaculum, & qđ alias aliud apparebat. Primum quidem muliebrẽ formam referebat: deinde in vaccam formosam vertebatur. Postremo vero catula videbatur. Hyperboreus ille tãdem,quum finxisset quendam e luto Cupidinem, Abi inquit atq; huc perducas Chrysidem:ac lutum quidem protinus euolabat: paulopost autẽ affuit illa pulsans ostium.Tum ingressa Glauciam complectitur:eum q̃ insanissime deperiens:& cum eo versata est:quoad gallos canentes audiuimus.Tum vero luna subuolabat ĩ cœlum: atq; Hecate subiit terram: cæteraq; spectra disparuerunt:& Chrysidem tãdem emisimus circa ipsum ferme diluculum.Hæc Tychiades si conspexisses,haudquaq̃ amplius dubitasses esse multa in carminibus istis commoda.Bene dicis inquã: ego credidissem equidẽ si vidissem ea:nunc vero ignoscẽdum mihi puto: si qualia vos videtis,acute perspicere non possum.verũtamen Chrysidem illam quam dicis noui:mulierẽ plane meretricẽ ac facilem:nec video sane cu

ſus gratia ad illam egueritis luteo illo legato magoq; ex Hyperboreis vſq; atq; ipſa inſuper luna. Quippe quã viginti drachmis ducere in Hyperboreos vſq; potuiſſes. Mirifice enim ſeſe offert ad hanc icantationem mulier. Et contrarium quiddã ſpectris iſtis habet. Nam ea quidẽ æris ferrive ſonũ ſi audierint fugiunt(nam id vos prædicatis)illa vero ſi argentũ vſpiam ſonuerit accurrit ad tinnitũ. Preterea ipſum etiã magum admiror: q; cũ ditiſſimas mulieres in amorẽ ſui poſſit elicere, atq; ab eis ſolida talenta ſuſcipere, is tamẽ ob quatuor minas admodum tantilli lucelli auidus Glauciam amoris compotẽ fecerit. Ridicule facis inquit Ion: qui nihil credis. Ego te libenter ergo rogauerim quid de his reſpondeas: qui dęmoniacos liberãt erroribus: adeo manifeſte ſpectra illa carminibus eiicientes! Atq; hęc me dicere non opus eſt: verum omnes nouerunt: Syrus ille ex Paleſtina, qui harum rerum artifex eſt, q̃ multos mortales ſuſcipiat: qui ad lunam concidãt: oculoſq; diſtorqueant: ſpumaq; os oppleant: quos tamen erigit ac ſanos remittit: magna accepta mercede: diris eos malis liberans. Etenim quum iacentibus inſtet, rogauerit q;, vnde ſint in corpus ingreſſi: ægrotus quidẽ ipſe tacet, at dęmon vero reſpondet(aut lingua greca loquens: aut barbarica: aut vndecũq; fuerit ipẽ)& quomodo & vnde intrauit in hominẽ. Ille vero adiurans eum ac ni paruerit minitans etiam, expellit abigitq; dęmonem. Quin ego quoq; dæmonem quendam exeuntem vidi nigrum certe & colore fumidum. Non magnum erat inquam ego talia te Ion cernere: cui ipſę etiam apparent Ideæ quas veſtræ familiæ parens oſtendit Plato: rem videlicet ſpectatu tenuem atq; euanidam: quantum ad nos homines luſcioſos. Ita ne ſolus Ion inquit Eucrates iſtiuſmodi vidit: ac non alii etiam multi inciderunt in dæmones: alii noctu alii etiam interdiu! Ego profecto non ſemel ſed millies iam talia conſpexi: ac primum quidem turbabar ad ea: iam vero ob conſuetudinem nihil nouum aut prodigioſum mihi videre videor maximeq; nunc ex quo anulum mihi Arabs dedit ex ferro de cruce quapiã ſumpto / factum: carmenq; docuit nominibus multis plenum. niſi forte ne mihi quidem fidem ſis habiturus Tychiade. At qui fieri poſſit inquam: vt Eucrati non credam Diuonis filio: viro in primis ſapienti ac libere quæ ſibi videntur domi in priuato ſuo cum authoritate narranti! Illud ergo de ſtatua inquit Eucrates: quæ omnibus qui in domo ſunt ſingulis noctibus apparet: tum pueris: tum adoleſcentibus: tum ſenibus. hoc inquam non a me dumtaxat audieris: verumetiam a noſtris omnibus! De qua ſtatua inquã ego! Non vidiſti(inquit)quum ingredereris ſtatuam quãdã in atrio collocatã: ſane q̃pulchrã: opus Demetrii: q ſtatuas humana

ſpecie fingere cõſueuit? Nonne illam dicis inquã quæ diſcũ iacit: quæ inclinata eſt ad emiſſuri geſtũ reflexa in eam quæ diſcũ fert: altero pede modice inflexo: queq; ſe erectura videtur vna cũ iactu? Non ingt: nã vnũ eſt ex Myronis operibus ille diſci iactator: quẽ dicis. Sed nec eã quę eſt ei proxima: eũ loquor cui teniis caput vinctũ eſt: formoſam illã. Nam id Policleti opus eſt: verũ eas quæ a dextra ſunt egredientibus omitte inter quas & Tyrannicidę illi ſtant: Critiæ Neſiotæ plaſmata. tu vero an non ad aquam illam quę influit quãpiam vidiſti ventre prominulo: caluam: ſeminudatam: vulſis quibuſdam barbæ pilis: inſignibus venis: vero homini ſimillimã? Pelichus dux Corinthius eſſe videtur. Per Iouẽ inquã vidi quãdam a dextra Saturni quę tenias coronaſq; aridas habebat: pectoreq; folia quædam inaurata. Ego inquit Eucrates ea inauraui: quum me ſanaſſet triduo febre pereuntem. Erat ne igitur etiam medicus inquã ego optimus iſte Pelichus? Eſt: neq; ridẽ inquit Eucrates: alioqui homo te haud multo poſt inuadet. Noui ego certe quantum valeat hæc quam tu rides ſtatua. An non eiuſdẽ putas eſſe immittere febres in quos voluerit quãdoquidẽ potis eſt eiicere? Propitia inquam placataq; ſit hæc ſtatua mihi: quæ tantum valeat. Quidnam ergo aliud facientem eam viderunt omnes qui in domo ſunt? Quum primũ nox eſt inquit: hæc e baſe deſcẽdens in qua ſteterat, in orbẽ totam domũ circuit: omnes occurrunt ei interdum etiam canẽti: nec quiſq; eſt quem vnq; leſerit: diuertere tantum oportet. Illa vero præterit nihil intuentes infeſtans: quum & lauat ſæpe: & tota nocte ludit: vt ex ipſo aquæ ſtrepitu licet audire. Vide ergo inquã ego: ne forte non Pelichus hæc ſtatua ſit: ſed Talus potius Cretenſis: qui apud Minoem fuiſſe dicitur. Nã & ille æreus quidã cretæ cuſtos erat: q; niſi ex ære non autẽ ex ligno facta eſſet: nihil eã prohiberet: quũ non opus Demetrii ſed vna potius ex Dædali machinis eſſe videat. E baſe nãq; (vt ais) etiã iſta fugit. Vide inquit o Tychiade: ne te poſthac ſcõmatis huius pœniteat. Noui equidem ego quid illi euenerit: qui obolos ſurripuit: quos ei quoq; nouilunio ſuſpendimus. Prorſus atrocia inquit Ion oportebat accidere: quippe qui ſacrilegus erat. quomodo ergo illũ vltus eſt o Eucrates? Nam audire cupio: etiam ſi q̃ maxime Tychiades iſte diffiſurus eſt. Multi inquit ille ad pedes eius oboli iacebant: aliaq; item numiſmata: quædam argentea ad crus eius affixa cæra: ac lamínæ quoq; argenteæ: vota cuiuſq; aut merces ob ſanationem eius qui ab eo liberatus eſſet quũ febre detineretur. At erat nobis ſeruus quidam libycus ſceleratus, equorum curator. Hic noctu aggreſſus eſt ea auferre omnia: abſtulitq; digreſſam iã quũ obſeruaſſet ſtatuam. At quum primũ reuerſus intellexit ſacrilegio ſe cõpi-

latũ Pelichus:vide quo pacto sese vltus é,atq; furti pdidit Libycũ. Tota no cte atriũ obambulabat ĩ orbẽ miser:exire nõ valẽs,tanq̃ ín Labyrínthũ ínci disset:quoad orta die iã deprẽhẽsus est:ea tenẽs q̃ furto abstulerat.ac tũ q= dẽ cõpręhẽsus plagas non paucas recepit:nec tẽporis multũ supstes malus male periit,vapulãs/vt dicebat/singulis noctibus:adeo vt vibices postridie apparerẽt ĩ corpore.I nunc & post ísta quoq; Tychiades Pelichũ ride,ac me tanq̃ coætaneũ Minoi iã delyrare puta.At o Eucrates,inquã ego , q̃diu æs erit æs operisq; plastes Demetrius Alopecẽsis fuerit:q nõ deos sed hoĩes fin gere cõsueuit:Pelichí nunq̃ statuã verebor:quippe q nec ípsum etiã viuen= tẽ si míhí mínaretur admodum tímuíssem.Ad hęc medícus Antíochus.Et mihí o Eucrates(ínquit)Hippocrates æreus est magnitudíne ferme cubí= talí:q tũc dũtaxat quũ lucerna extíncta sit,totã ĩ orbẽ domũ ambit:perstre pẽs ac Pyxídes euertẽs,Pharmacaq; cõmíscẽs,atq; ostía circũuertẽs: maxi= meq; si quãdo sacrificia ptermittimus:qbus ĩ síngulos annos ei sacrificam⁹ Postulat ergo inquã ego etiã Hippocrates medicus iã:vt sibi sacrificet:ín= dignaturq; nísi ĩ tẽpore iustorũ sacrificiorũ epulis accipiat:quẽ nimirũ de= cebat boni cõsulere:si quis ei líbauerit:aut mulsũ ínsperserit:aut caput co= ronauerit.Audi ergo ĩquit Eucrates:ístud certe etiã testíbus pbauero : qđ ante annos quíq; vidi.Erat ferme vindemię tẽpus. Ego vero ĩ agrum circa meridiẽ vindemiatũ dimíssis operaríis/ĩ syluã solus abíbã:cogitans ĩterím quiddã atq; cõsyderãs.At postq̃ ín saltũ peruení: canũ prímo latratus ĩso= nuit.Ego vero Mnasona filiũ meũ cũ æqualíbus veniẽtem ludere venariq; (quẽadmodum solebat)coníiciebã.At res haudquaq̃ sic se habebat:verum paulopost facto terræ motu, sonoq; velut e tonitru , mulierẽ aduenientem vídeo terríbilẽ:proceritate ferme semístadiali.habebat autẽ ín sinístra facẽ: ín dextra vero gladiũ víginti circiter cubitorũ.Et ĩferne q̃dẽ pedibus erat serpẽtínis,supne vero Gorgonẽ referẽs vultu videlícet atq; aspectus horro re:pro coma quidẽ draconibus tanq̃ cæsarie circũcincta:aliís collũ ample= ctẽtibus,aliís etiã per humeros sparsis. Vídete/ínquit/amící quo pacto etiam ínter narrãdũ exhorrui.& simul hæc dicẽs Eucrates,ostẽdit omnibus bra= chií sui setas erectas metu.Ion ergo ac Dínomachus & Cleodemusvehemẽ ter ínhiantes auscultabãt eũ víri senes,tanq̃ naríbus traherẽtur: adorãtes apud sese tam ícredibilẽ Colossum:mulíerẽ semístadialẽ:gíganteũ quoddã Mormolocíũ.Ego vero cõsyderabã interím:cuiusmodi erãt hi q cũ iuueni bus sapientíæ noĩe versent:vulgoq; ĩ admiratíone habeant:quũ sola nímí= rũ canície barbaq; ab ípsis differant ínfantíbus.Cæterum etiã íllís ípsis faci lius ductiles ad credẽda mẽdacia,Dínomachus ergo,díc mihí ĩquit Eucra=

tes:illi canes deæ,quãta magnitudine erant?Elephantis iquit ille procerioresidicis,nigri & ipsi hirsutiq; sordido squallidoq; villo.Ego igit quum viderẽ restiti,inuerso protenus i interiorẽ digiti partẽ(qđ Arabs mihi dederat)sigillo. Hecate ergo percusso draconicis illis pedibus solo/hiatũ effecit maximum:& qui imani magnitudine penitus æquaret tartarũ. Deinde paulopost abiit i eum desiliens.Ego vero prẽsente animo / porrecta ceruice inclinatus/inspexi apprẽsa arbore quapiã:quæ vicina stabat:ne obortis mihi tenebris ac vertigine/i caput præceps icidere:deinde conspexi ea quæ in inferno sunt omnia:pyriphlegethontẽ lacũ:Cerberũ:manes:adeo vt quosdam etiã eorum agnoscerẽ.Patrẽ ergo meum manifeste cernebã adhuc his ipsis amictum:qbus eum sepeliuimus.Quid agebãt(inquit Ion)o Eucrates animę?Quid aliud,iquit ille,q̃ per tribus familiasq; cum amicis cognatisq; versantur:i Asphodelo collocati?Contradicant ergo etiã nunc(iquit Ion) Epicurei sacro Platoni eiusq; de anima rationibus. At tu nonne Socratem etiã ipsum Platonẽq; videbas iter manes?Socratẽ(inqt)vidi:neq; illũ tamẽ euidẽter:nisi q; inde conieci:qm̃ caluus ac vẽtricosus erat.Platonẽ vero nõ cognoui. Nã apud amicos nimirũ vera fateri oportet. Simul ergo atq; ego omnia conspexi:& hiatus coiit:& ex famulis meis qdam quærẽtes me,atq; in his Pyrrhias hic,supuenere hiatu nondum plane obducto. dic Pyrrhia: an non vera narro?Per Iouẽ inquit Pyrrhias:& latratum audiui per hiatũ: & ignis qdem a face mihi suffulgere videbatur.Tum risi ego profecto:teste latratum ignẽq; i cumulum addẽte.Tum Cleodemus:haudquaq̃ noua ista inqt,neq; aliis inusa vidisti.Nã & ipse haud ita pridẽ quum ægrotarẽ tale quiddam conspexi.Prospiciebat mihi curabatq; Antigonus hic:ac septima dies erat.Febrisq; o qualis?incẽdio certe vehemẽtior.Omnes ergo me relinquẽtes solum/clausis foribus foris manebant. Sic enĩ iusseras Antigone: si quo pacto possem obdormiscere. Tunc igitur astitit mihi iuuenis qdam vigilanti:pulcher admodum:veste circũamictus candida.Ac me quum excitasset,per hiatum quẽdam ducit ad iferos:sicuti ilico cognoui: Tantalum quum videre ac Tityum Sisyphũq;.At cęteravobis quid cõmemorẽ?Postq̃ vero ad tribunal pueni(Aderat autem & Aeacus:& Charon:parcæq; atq; Erinnes)quidã velut rex(Pluto certe mihi videbat)assedit singulorũ nomina percensens:q morituri erant:quos diem iam vitæ præscriptum præteriisse contigerat.Iuuenis ergo me adducẽs illi exhibuit. At Pluto tunc increpuit:& ad eum q me ducebat,nondum illi completum est stamẽ inquit. Abeat ergo. Tu vero fabrũ Demylũ adduc:iã siquidẽ vltra colũ viuit. Tũ ego lętus recurrẽs,ipse qdem iam febre liber eram:denunciabã vero omni-

bus q; Demylus eẽt moritur⁹.Manebat aũt nobis ĩ vicinia ęgrotãs etiã ipse nõnihil vt renũciatũ est.Ac paulopost audim⁹ eiulatũ eorũ q; lugebant eũ. Quid miri est iquit Antigon⁹?Ego eteni quẽdã noui post vigesimũ diem q; sepultus ẽ resurrexisse.nã hoiem & anteq; moreret,& postq; resurrexit,ipse curauí.Et quo pacto(iquã ego)ĩ dieb⁹ vigíti neq; tabuit corp⁹:neq; pterea fame corruptũ est:nisi fortassis Epimenidẽ quẽpiã tu curasti? Hęc quũ dicerem protinus ingrediebantur Eucratis filii e palęstra redeũtes. Alter qdẽ iã ex ephebis excesserat:alter vero ãnos nat⁹ erat circiter quidecí. Tũ salutatis nobis iuxta patrẽ adsidebãt ĩ lecto:ac mihi qdẽ sella illata est. Tũ Eucrates tanq; e cõspectu filiorũ admonit⁹:sic his frui mihi cõtigat iquit:simulq; manũ eis iiecit:vt apd te Tychiades vera narrabo. Felicis memorię vxorẽ meã horũ matrẽ nouerũt oẽs,quo pacto dilexerĩ. Nã declaraui his reb⁹ qs ĩ eã feci:nõ mõ dũ viueret:verũetiã postq; vita functa est.Quippe q; mundũ ei⁹ vniuersum vestẽq; qua dũ viueret oblectabat,ĩ rogũ illi⁹ iniecerĩ.Septima vero post mortẽ die,ego qdẽ hic ĩ eũdẽ lectũ incũbebã:quẽadmodũ nũc: lucubrãs ĩ eũ mihi cõmitigãs:quẽ de illa cõceperã.Legebã enĩ tacit⁹ Platonis illũ de aĩa libellũ.Ingredit iterĩ demenete ea ipa atq; adsidet iuxta:quẽadmodũ nũc Eucratides hic : minorẽ designãs filiũ.Hic vero ilico tremuit admodũ pueriliter.ac dudũ ad narrationẽ pallebat. Ego vero(inqt Eucrates)vt cõ spexi,amplexus eã singultĩ lachrymabã.Illa vero me vociferari nõ patiebat verũ icusabat me:q; quũ ei fuissem ĩ reliqs gratificatus oĩbus,e sandaliis aureis alterũ nõ cremauerã.supesse aũt id dicebat : q; sub arca cecíderat:atq; ob id nos quũ nõ iuenirem⁹ alterũ tm̃ cremaueram⁹.Nobis aũt adhuc dissẽtib⁹ scelestissimus qdã caniculus q; mihi ĩ delíciis erat,ĩ lecto cubãs alla trabat:eavero ad latratũ euanuit.At sandaliũ sub arca reptũ est:posteaq; a nobis icẽsum.An hęc etiã Tychiades recusabis credere:quũ tã sint euidẽtia quotidieq; seruant?Per louẽ inquã ego dignú fuerĩt:qbus aureo sandalio nates puerorũ more feriant:si q; ista nõ credãt:atq; vsq; adeo ipudẽter vero resistãt.Interea Pythagoricus itrabat Arignotus:comatus ille,ab aspectu venerabilis.Nosti illũ doctrinę noie celebrẽ:q; cognominat sacer.Atq; ego quidẽ,vt eũ cõspexi,respiraui:hoc ipsum qd puerbio dici solet,aduenisse mihi ratus:nẽpe securĩ quãpiam aduersus mẽdacia:Occludet iquã eis ora vir sapiẽs:adeo monstrosa narrãtibus:atq; prorsus iuxta vulgatũ illud adagiũ repẽte deum immissum esse mihi hunc a fortuna putabam.Hic vero postq; adsedit:assurgẽte ei ac cedẽte Cleodemo:primũ de morbo percõtatus est: seq; audisse dicebat,Eucratem iam se melius habere.At quidnam inquit inter vos philosophamini? Nam interim dum ingrediebar subauscultaui:

ac mihi certe videmini ĩ re quapiã pulchra cõuersari. Quid aliud ingt Eucrates: q̃ vt huic adamãtino p̃suadeamus (me demõstrãs) vt dæmones credat aliquos esse phãtasmataq; : ac mortuorũ animas sup terrã obambulare: & sese quibus libitũ fuerit ostẽdere! Ego igitur erubui: vultumq; deieci reueritus Arignotũ. At ille vide (inquit) Eucrates num hoc dicat Tychiades. Eorum tantum, qui violenter interierint, animas errare: veluti si quis suffocatus aut capite truncatus crucive suffixus fuerit: aut alio quopiam istiusmodi modo e vita discesserit: eas vero quæ fatali morte naturaliq; discesserint, haud quaq̃ amplius oberrare. Nam si hoc dicat non vsq; adeo absurda dixerit. Per Iouem inquit Dinomachus: ne esse quidẽ istiusmodi: nec præsentia cerni putat. Quid ais inquit Arignotus! in me torue aspiciens: nihil horum tibi videtur fieri! p̃sertim quũ omnes (vt ita dicã) videant! Ignosces inquã ego mihi si nõ credo: nam solus omniũ non video. Q̃ si vidissem: profecto & credidissem quẽadmodũ & vos. Atqui inquit ille si quando Corinthum veneris: roga vbi sit Eubatidæ domus. Atq; vbi tibi fuerit indicata: nẽpe circa Craneũ: in eã ingressus, dic ianitori Tibio: velle te videre: vnde dæmonẽ Pythagoricus Arignotus quũ adduxisset, abegerit: ac deinceps habitabilẽ domũ reddiderit. Quidnã hoc erat Arignote! rogobat Eucrates. Inhabitabilis erat/inquit ille/diu ꝓpter terricula: ꝙ si quis inhabitasset/expauefact⁹ ilico fugiebat exactus a quodã horrendo ac terribili spectro. Deciderat ergo iã: tectũq; rũpebatur: neq; quisq̃ erat omnino qui in eã ingredi fuerit ausus. Ego vero vbi hęc audiui: libellos sumens (Sunt autem ęgyptii mihi de talibus rebus admodũ multi) veni in domũ circa primã vigiliã: dehortãte hospite ac ferme detinẽte: postq̃ didicerat quo itur⁹ essem: in certũ, vt putabat, exitiũ. At ego sumpta lucerna solus ingredior: atq; in vastissimo atrio collocato lumine/humi sedẽs tacite legebã. Adest vero dæmon ille: cũ quopiã e vulgo se cõgressurũ ratus: ac me quoq; quẽadmodum alios ꝓterriturũ: squallidus: hirsutus: ac tenebris nigrior. Atq; hic quũ adstaret: vndiq; me adsultim petens tẽtauit si qua posset expugnare: ac mõ in canẽ: modo in taurũ: modo in leonẽ vertebat. At ego correpto ĩ manũ q̃ maxime horrẽdo carmine, simulq; vocẽ imitatus ęgyptiã & incantãs eũ in domicilii tenebrosi angulũ quẽdã cõpuli. At quũ aĩaduertissem: vbi se ĩ terrã cõdidit: tũ destiti. Mane aũt desperãtib⁹ vniuersis: ac me quẽadmodũ alios mortuũ sese reperturos putãtibus: ꝓter oĩm spem progrediens Eubatidẽ adeo: feliciter illi adnũcians: ꝙ puram sibi ac spectris liberã domũ iã liceret incolere. Atq; illũ assumens aliosq; multos (sequebant aũt huius inopinatæ rei gratia) quũ ad locũ duxissem: vbi condentẽ se dæmona conspexerã: iussi

vt sumptis ligonib⁹ matulisq; suffoderẽt. Atq; vbi id fecerãt, inuentũ est re ad passum defossum cadauer quoddã marcidũ: ossib⁹ tantũ humana spe cie cohærẽtibus. Illud igit effossum sepeliuimus: domus vero postea turbari ꝓdigiis desiit. Hæc vbi narrauit Arignot⁹: vir prodigiosa sapiẽtia: ac re uerẽdus oĩbus: nemo erat ex his qui aderant, qui non multã mihi imputaret insaniã: qui talia non credã: narrante prẽsertim Arignoto. Ego tamẽ nihil veritus neq; comã / neq; illã quã de eo habebant opinionẽ, Quid hoc inquã Arignote! Etiã tu talis eras, in quo mihi sola spes fuit, fumo plen⁹ ac simulachris! Illud ergo nobis in te qđ dici solet / euenit: vt thesaurũ quũ sperauerimus carbones offenderim⁹. At tu inquit Arignotus si neq; mihi credis narrãti: neq; Dinomacho: aut huic Cleodemo: neq; ipsi Eucrati: dic age quẽnam dignioré / cui his de reb⁹ fides habeatur / existimas: qui nobis dicat cõtraria! Per Iouem inquã ego virũ apprime mirabilẽ Abdera oriundũ illum Democritũ: cui tam firmiter erat persuasum eiusmodi nihil esse in rerum natura posse: vt quũ se in monimẽto extra portas clausisset: ibiq; degeret dies noctesq; scribẽs atq; cõponens: iuuenesq; eũ quidã illudere cupientes ac perterrefacere / nigra veste in modũ cadaueris ornati / ac personis in capita adfictis circũsistentes illũ circunsilirent: crebro subsilientes: hic neq; eorũ cõmenta pertimuerit: neq; eos omnino respexerit: sed inter scribendũ / desistite inqt ineptire. Adeo firmiter credidit animas nihil esse postq̃ e corporibus exierint. Hoccine ais, inquit Eucrates, dementẽ quẽpiam virũ esse Democritũ! si quidẽ sic existimauit. Ego vero vobis etiã aliud referã qđ mihi ipsi contigit: nõ qđ ab alio acceperim: fortassis etiã tu Tychiades quũ audieris cõpelleris accedere: ipsa narratiõis veritate coact⁹. Quũ in ægypto versarer adhuc adolescẽs: a patre videlicet doctrinæ gratia trãsmissus: cupiebã nauigio ꝓfectus in Coptũ illinc adiens Memnonẽ / miraculũ illud audire: eum videlicet sonũ reddentẽ ad orientẽ solem. Illum igitur audiui nõ hoc vulgari modo: quo audiunt alii: sonum quẽpiam inanem: sed mihi oracula etiã edidit Memnon ipẽ aperto ore septẽ versibus: qđ nisi esset supervacaneũ ipsos vobis versus recenserẽ. Inter nauigãdũ vero incidit in nos vna nauigans vir Memphiticus quidã: ex sacris illis scribis: mirabili sapiẽtia: & qui vniuersam ægyptiorum doctrinã callebat. Dicebat autẽ tres ac viginti annos in adytis subterraneis mãsisse: Magiam interea doctus ab Iside. Pãcratem dicis (inquit Arignotus) præceptorẽ meũ: virum sacrũ: rasum: lineis indutũ: doctũ: pureq; lingua greca loquentẽ: procerũ: simũ: labiis promissis: cruribusq; gracilibus. Illũ ipsum inqt ille, Pãcratem: ac primũ quidẽ quis esset ignorabã. At postq̃ vidi eũ: si quãdo in portũ appulissem⁹: cũ alia

multa miracula facientẽ: tum crocodilis insidentẽ agitasse:& cũ feris versantem:illas vero reuerentes eũ:caudisq; adulantes:agnoui sacrũ quẽpiam virũ esse:paulatimq; comitate mea me in eius amicitiã ac familiaritatẽ insinuaui:adeo vt omnia arcana cõmunicaret. Ac tãdem mihi persuadet vt famulis omnibus in Memphide relictis / se solus cõsequerer:neq; eñ defuturos nobis ministros. Atq; ex eo tẽpore sic vitã duximus. Quũ in diuersoriũ quodpiã venirem⁹:homo accepto pistillo scobinave aut pessulo/vestib⁹ implicãs,quũ in id carmẽ quoddã dixisset,effecit vt ambularet:vtq; aliis oĩb⁹ homo videret. Illud ergo abiẽs,& aquã hauriebat:& cœnã parabat:instruebatq;:atq; in oĩbus cõmode subseruiebat ministrabatq; nobis. Deinde postq̃ iam satis huius ministerii fuit:scobinã rursus scobinã,ac pessulũ pessulum, aliud recitans carmen reddebat. Hoc ego vehemẽter conatus nõ reperiebã quo pacto ab illo expiscarer. Nam id mihi inuidebat:q̃q̃ in aliis esset facillimus. At quadã die in angulo quodã tenebricoso clam illo delitescẽs subauscultaui propius incantationẽ illam . Erat autẽ trisyllaba. Tum ille quũ pistillo mãdasset quæ curãda erãt,abiit in forũ. At ego postridie illo apud forum occupato,acceptũ pistillum quum ornassem,syllabas illas simili modo pronũcians/ aquã iussi vt hauriret. Tum impletam amphorã quũ tulisset: desiste inquã:neq; aquã amplí⁹ haurito:sed rursus esto pistillũ. At illud mihi haud amplius iã obtẽperare volebat: sed aquã hauriebat cõtinue:quoad hauriẽdo totã domũ nobis impleret. At ego quũ resistere huic rei nõ valerem:timebã autẽ ne Pancrates reuersus(id qđ etiã euenit)irascereť: correpta secure pistillũ in duas partes disseco . At vtraq; pars amphorã sumens hauriebat aquã:iamq; vnius loco duo mihi ministri esse cœperunt. Interea Pancrates supcruenit:ac re intellecta illas quidẽ in ligna rursus, quẽadmodũ ante carmen erãt,mutauit. At ipse me clanculũ relicto,nescio quo clanculũ se subducens abiit. At possis istud etiã nũc inquit Dinomachus hominem ex pistillo facere! Per louem inquit ille dimidia ex parte scio:nã in priorem formã nũq̃ a me restitui potest:postq̃ semel aquarius esse cœperit. Sed deserẽda nobis dom⁹ esset aquæ iã impleta. Non desistitis inquã ego huiusmodi mõstrosa narrare viri senes! Alioqui horũ saltẽ adolescẽtium gratia incredibiles istas ac terribiles fabulas aliud in tẽpus omittite : ne clãculum terroribus ac pdigiosis fabulamẽtis impleantur. Parcere ergo eis oportet: ne talia cõsuescant audire:quę eos per totã vitã comitata perturbabũt:atq; ad oẽm strepitũ meticulosos reddẽt : posteaq̃ eos omnigena superstitiõe ipleuerint. Recte admonuisti me inquit Eucrates: quũ superstitionẽ dixisti. Nã quid tibi Tychiade de rebus huiusmodi videť: de oraculis loquor ac vatici

niis: & quæcũq; quidã numine afflati proclamãt: quæve ex adytis audiunt? aut quæ virgo numeris eloquẽs futura prædicit? an videlicet nec talia credis? At ego q; anulũ quẽdã factũ habeo, Pythii Apollinis imaginẽ exprimẽte sigillo: q;q; hic Apollo mecũ loquitur: nõ dico: ne tibi videar ad gloriam meã res incredibiles narrare. Cæterũ quę apud Amphilochũ audiui in Mallo heroe mecũ diu differẽte: deũq; meis de rebus cõsulente: tũ quę ipse vidi: volo vobis narrare. Deinde ex ordine & quę vidi in Pergamo: & quæ audiui in Pataris. Itaq; quũ ex ægypto redirem domũ, audiremq; illud in Mallo vaticiniũ apertissimũ simul ac verissimũ esse: tamen sic oracula dare: vt ad rem respõdeat his quæcũq; prophetæ quispiã in schedulam inscripta tradiderit: recte me facturũ putaui: si dũ præternauigarem, experirer oraculũ: deũq; de futuris quidpiam consulerẽ. Hęc adhuc Eucrate dicẽte, quũ viderem q̃ longe res esset pcessura: q;q; non breuẽ incepisset de oraculo tragœdiam: ratus nõ expedire, vti solus cõtradicerẽ oĩbus: relinquens eũ ex ægypto adhuc in Mallũ nauigãtem. Nam & intelligebã molestã illis esse pręsentiam meã: vtpote qui dissentirem refellerẽq; eorũ mẽdacia. Atqui ego abeo inquã: quæsiturus Leonticũ: nam opus habeo cũ eo congredi. At vos quandoquidẽ parum sufficere vobis res humanas putatis: ipsos etiã deos deniq; in fabularũ vobis partẽ vocate. Atq; hæc simul ac dixi discessi. Illi vero alacres iã libertatẽ nacti, vt est verisimile, mutuo sese epulis accipiebãt: ac mẽdaciis ingurgitabãt. Talibus o Philocles apud Eucratem auditis/venio per Iouem inflato ventre: non aliter q̃ hi qui musto poti sunt: opus habẽs vomitu. Tũ libenter alicũde magno emerim pharmacũ aliquod: quod mihi oblíuionem induceret eorum quæ audiui: ne me nõnihil earum rerũ lædat inhærens memoria. Nempe monstra: dæmones: atq; Hecates mihi videre videor. PHI. Quin mihi quoq; o Tychiade tale quiddã hic sermo tu⁹ attulit. Aiunt etenim non solum in rabiem verti atq; aquã formidare: quoscũq; rabidi canes mordeant: verũetiam si quem mordicus homo morsus momorderit, illum morsum quoq;, nõ minus canino valiturũ: atq; eum etiam eodem modo formidaturũ. Quin tu ergo videris: quum sis ipse apud Eucratem a multis mendaciis morsus: mihi quoq; morsum illum communicasse: adeo mihi mentem dæmonibus impleuisti. TYCHI. At bono animo simus amice: quum magnũ aduersus huiusmodi res remediũ habeamus, veritatem: rectãq; omnibus in rebus rationẽ: quo si vtamur, nullis huiusmodi vanis stultisq; mendaciis turbabimur.

Luciani Philopseudis seu incredulí finis.

Luciani declamatio.

EIVSDEM LVCIANI DECLAMATIO PRO TYRANNICIDA EODEM MORO INTERPRETE.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS.

Ascendit quidam in arcem: vt Tyrannum occideret. at ip ſum quidem non inuenit: filium autem eius cum peremiſ ſet, gladium reliquit in corpore. Tyrannus ingreſſus, ac filium iam conſpicatus mortuum, eodem gladio ſe trāſ fixit. is qui aſcenderat, ac Tyranni filiū interemerat, tan q̄ Tyrannicida pręmium petit.

DECLAMATIO.

Vum duos Tyrannos iudices vno die peremerim: alterū quidē iam ętate defectum, alterū vero florentē, eoq; ad ſcelerum ſucceſſionē idoneū: adſum tamen vnicū ob vtrūq; præmiū petiturus: idq; quum ſolus oim qui vnq̄ fuere Tyrānicidæ: ſceleratos duos/vno ictu ſuſtulerī atq; mactauerim. filiū quidē gladio, patrē vero nimio illo quo in filiū ferebatur affectu. Tyrānus igitur ob ea quæ geſſit, ſatis nobis ſupplicii dedit: quippe qui & viuens filiū ſpectauit occiſum: & tandē (qđ maxime præter omnem ſpem fuit) ipſe ſui coactus eſt Tyrānicida fieri. Filius igiť a me pereptus eſt. īſeruiuit autē mihi, etiā mortuus/ad aliā mortē: nā q̄ viuēs iniurias vna cū patre fecit, mortuus patrē vt potuit īterfecit. Qui Tyrānidē ergo ſuſtuli ego ſum, enſiſq; qui peregit oīa meus eſt: ordinē tātum īmutaui cædiū ac perimēdi ſceleratos nouaui modū: illū q̄ fortior erat & q̄ vlciſci poterat, amolitus ipſe: ſenē vero ſoli relīquēs gladio. Ego igiť ob iſta etiā amplius aliquid a vobis expectabā ſperabāq; me p̄mia pro peremptorū numero ſuſcepturū: vt q̄ vos nō preſentib⁹ tantū malis eripuerī: ſed futurorū quoq; metu liberaueri, ac certā vobis libertatē pręſtiterim: nullo hęrede ſcelerū relicto. At iterim tot rebus a me pręclare editis ī periculū venio: ne a vobis nullo præmio donatus abeam: ſoluſq; mercede frauder: quā leges a me ſeruatę ſtatuerūt. Hic itaq; meus aduerſarius, nullo reipublicę ſtudio iſtud agere videť: ſed eorū cæde cōmotus: vt ī eū q̄ mortis eis cauſa fuit vlciſcať. Sed vos iudices auſcultate paulīſper: dū Tyrānidis mala(q̄q̄ ipſi probe ſciatis) expono. Nā & hoc pa-

cto melius beneficii mei magnitudinẽ cognoueritis: & magis idẽ gaudebitis: reputantes quibus estis malis liberati. Neq; enim, quẽadmodũ aliis plęrisq; iam sæpe accidit, ita nos quoq; simplicẽ Tyrannidẽ & vnicam seruitutem sustinuimus: neq; vnius domini libidinẽ ptulimus: sed soli omniũ quos vnq; similis pressit infelicitas, duos vnius loco tyrannos habuimus: & in duplices miseri iniurias distracti sumus. At moderatior admodũ senex erat: & in ira mitior: & ad supplicia segnior: & ad libidines tardior: vtpote ætate iam impetus eius vehemẽtiam cohibẽte: & voluptatum appetitiones refrenante. Et ad causas quidem facinorum inuitus a filio dicebatur impelli: quum ipse nõ admodum tyrannicus esset: nisi q; illi parebat. nam in filium (vt iam ostẽdit) propensus supra modum fuit. Omnia illi filius erat: illi obtẽperabat: & iniuste fecit, quicquid ille iubebat: & puniebat, quos ille volebat: in omnibus illi morem gerebat: ac deniq; sub illius tyrannide viuebat & vltroneus filii cupiditatum satelles erat. At iuuenis vero honore ætatis gratia patri cessit: & solo imperii nomine abstinuit: cæterum re ipsa tyrannidis caput ipse fuit. Firmitas quoq; ac tutamẽtum principatus ab illo pendebat. quoniã & quod ex iniuriis prouenit solus ipse fruebatur. Ille erat qui satellites ducebat: qui custodias regebat: qui subditos feriebat: qui insidiatores terrebat. Ille erat qui ephebos rapuit: qui nuptias temerauit: cui virgines adductæ sunt: & si quæ cædes erant: si qua exilia: pecuniarum expilationes: tormenta: contumeliæ: hæc omnia iuuenis fiebant audacia. Nam senex ipse obsequebatur & comes in malis erat: & tantum filii scelera comprobabat. Et res quidem nobis intolerabilis facta est. nam quum animi libidines ab imperio sumunt licentiam: nullum iniuriarũ finem faciunt. At illud tamen nos vrebat maxime: diuturnam immo æternam potius futurã hanc seruitutem sciebamus: & tradẽdam per successionem esse rempublicã populũq; alii post alium domino ac scelerato hæreditatẽ cessurã. Aliis profecto nõ paruam spem hæc res facit: q; perpendere possunt ac secum dicere. At iam cohibebitur: at iã morietur: ac paulopost erimus liberi. De illis vero nihil tale sperabatur. Sed iam nunc paratum imperii cernebamus hęredem. Quãobrem nec suscipere negotiũ audebat fortium quisq; qui tamen eadẽ mecum cupiebant. Sed desperabatur omnino libertas: & inexpugnabilis videbatur tyrannis: cũ necesse esset tã multos aggredi. At me nihil ista deterruerunt. Neq; perpensa negotii difficultate detractaui. Neq; periculũ expaui. Solus quidem solus, aduersus tam fortem ac multiplicem tyrannidem: immo vero non solus, sed cũ gladio auxiliari conscendi: fortem etiam tyrannicidæ mortẽ præ oculis habens: sed propriam tamen cædem cõmu-

ni libertate cõpenſans.Cum in primã ergo cuſtodiã incidiſſem:ac ſatellites haud facile amouiſſem:obuium quẽq; perimẽs:& quicquid obſiſteret conficiens:in ipſum negotii caput ferebar: in ipſum vnicũ tyrannidis robur: in ipſam noſtrarum calamitatũ materiam:& in ſumma arcis cuſtodia ſiſtens, quum illũ conſpexiſſem ſeſe generoſe defendentẽ,atq; reſiſtentẽ:vulneribus multis tamen interfeci,ac iã quidẽ ſublata tyrannis erat: facinus cõfectum erat:atq; exinde protin⁹ omnes liberi. Senex relictus eſt ille:ſolus:inermis: cuſtodibus exutus:magno illo ſatellite ſuo adẽpto: nec ampli⁹ vlla generoſa manu dignus. Ibi ego mecũ iudices talia cogitabã. Totũ negotiũ meum bene ſe habet.Oĩa peracta ſunt:oĩa ſtrenue perfecta ſunt.Quonam ergo iſte qui ſupereſt plectetur modo! Me ſiquidẽ ac dextera mea indignus eſt: præcipue vero facinore tam ſplẽdido ac iuuenili & generoſo cõfecto.Cuius gloriam addita hac tam inerte cæde minuerẽ.Dignũ autem quẽrere carnificẽ quẽpiam oportet:verũ poſt ẽrumnã tũ,ne & hãc lucrifaciat,videat:puniatur:appoſitũ tãtum enſem habeat: huic ego reliqua cõmitto. Hæc vbi ſtatuiſſem:illinc amolior.Ille vero ſicuti ego ante diuinauerã fecit:ac tyrannũ interfecit: fabulæq; meæ ſupremũ actum addidit.Adſum ergo popularem vobis gubernationẽ afferens:& omnibus ſecuritatem denuncians:ac libertatẽ feliciter annuncians.Nunc igitur factis meis fruimini.Sceleratis enim (vti videtis)arx vacat:imperat autem nemo:ſed & honores tribuere licet: & iudicare:& ex legibus contradicere.atq; hęc nobis ex me atq; hoc facinore meo profecta ſunt:atq; ex illa vna cæde: poſtq̃ pater haud amplius viuere potuit. Dignum igitur ob iſta cenſeo debitum a vobis mihi præmium dari:non q̃ ſtudioſus lucri ſim:aut qui parua magnipẽdam:neq; q̃ ob mercedem de patria bene mereri in animum induxerim: ſed q̃ mea officia cupiam veſtro præmio eſſe comprobata: ne deſpectus ſit neue inglorius fiat meus conatus:tanq̃ a vobis mancus & præmio iudicetur indignus. At iſte cõtradicit: & me præter æquum ait facere: qui honorari velim ac præmiũ referre. Non enim eſſe me tyrannicidam neq; factum a me quicq̃ ſecũdum legem eſſe:ſed facto meo quiddam ad præmium petendum deeſſe. Rogo igitur eum:quid reliquum a me deſideras!non volui! non aſcẽdi! non peremi! non liberaui! non imperat quiſq̃! non iubet quiſq̃! non dominus minatur quiſq̃!non me maleficorum effugit quiſq̃!non dixeris.Sed omnia pacis plena: & leges omnes reddítæ: & manifeſta libertas: & popularis gubernatio firma:& coniugia inuiolata: & pueri extra periculum: & virgines tutæ: & feſtas agens ferias ob communem felicitatem ciuitas. Quis eſt igitur horum omnium cauſa! quis illa ſuſtulit! iſta præbuit! Etenim ſi me quiſq̃ eſt

hoc honore dignior, illi hac mercede cedo: ac præmio iſtoc abſtineo. Sin vero ſolus ego cuncta peregi: audens: periclitans: adoriens: puniens alterum in altero: vlciſcens: quid mea calumniaris officia? quid ingratum erga me populum facis? At ipſum non occidiſti tyrannum: lex autem tyrannicidæ præmium ſtatuit. Intereſt ergo quicq̃, dic mihi, an ipſum perimas: an mortis ei cauſam præbeas? Ego certe nihil puto. nempe hoc ſolum legis lator ſpectauit: libertatem & popularem ſtatum: ac ſceleratorum amolitionem. iſtud honorauit: iſtud gratia dignum cenſuit: quod factũ a me non eſſe non queas dicere. Si enim illum occidi: quo occiſo iſte non potuit viuere: ipſe nimirum mactaui. Cędes mea manus illius erat. Ne nimium ergo curioſe de mortis modo diſputes: neq; examines quomodo interiit. Sed an amplius non ſit, an per me eſt: q; amplius ille non eſt. Quandoquidem hoc quoq; mihi videris excuſſurus & ſycophantam in bene merentes acturus: ſi quis nõ enſe: ſed lapide lignove aut alio quopiam modo peremiſſet. Quid vero ſi tyrannum fame obſeſſum ad mortis neceſſitatem adegiſſem? etiam ne tum requireres meamet manu peractam cædem? alioqui deeſſe adhuc aliquid mihi ad legem implendam diceres? atq; id grauiore ſupplicio interfecto maleficio? Vnũ ſolum examina: iſtud interroga: in hoc curioſus inquire: quis facinoroſorũ ſupereſt? quis iniuriæ metus imminet? quæ veſtigia calamitatũ? ſin vero purgata ſunt ac pacata omnia: ſycophãtæ eſt, modum rerum calũniantem, velle præmio ipſis factis debito fraudare. Ego ſiquidem hoc quoq; in legibus declaratum memini (niſi forſan ob longam ſeruitutem ſim quæ in illis dicũtur oblitus) cauſas mortis duas eſſe: ſiue quis ipſe occiderit: ſeu ſi quis ipſe quidem non occiderit: neq; manu rem geſſerit: coegit tamen atq; occaſionem necis dedit. æqualiter hunc etiam lex plectendum cenſet. atq; admodum quidem iuſte: nam præbitam interitus cauſam nihilo iudicauit ipſo facto minorem: ac reliqua iam de modo necis quæſtio ſuperuacua eſt. Illum ergo qui ſic occiderit puniendum tanq̃ homicidam æquũ cenſeas: abſoluiq; nullo pacto velis: qui vero eodem quo ille modo, ciuitati benefecerit, indignũ bene meritis præmio duces? Neq; enim iſtud poſſis dicere me videlicet id feciſſe tantum: bonum autem exitum quẽdam temere non: me id deſtinante conſecutum. Quid ergo pertimuiſſem amplius: eo qui fortior erat interempto? Quid in vulnere gladium reliquiſſem: niſi idipſum omnino qd erat futurũ, prędiuinaſſem? Niſi hoc fortaſſe dixeris: q; qui peremptus eſt tyrannus nõ erat: neq; hoc nomen obtinebat: neq; multa vos ob id libẽter ſi necaretur præmia dediſſetis, ſed hoc nunq̃ dices. Ergo interẽpto

tyrãno illi qui necis cauſam prębuit,non reddes pręmium?o curioſitatem quomodo necatus eſt curas:cũ libertate fruaris. Atqui lex(vt dicis)ipſum rerũ caput examinat:media autẽ omnia valere ſinit:neq; vltra curioſius inquirit.Quid enĩ,quĩ exilium tyrannũ cõpuliſſet,nõ honorẽ iam tyrannicidę tuliſſet?Imo ac valde qdem iuſte.Nam & ille libertatẽ pro ſeruitute prę ſtitit.At qđ a me factũ eſt nõ exilium,nec redintegrãdę rebellionis metus, ſed omnino pfecta ſublatio eſt:& generis illius vniuerſi internicio ac totius mali radicitus excifio.Ac nunc per deos omnia mihi ab initio in finem vſq; (ſi videtur)excutite:an p̃termiſſum quicq̃ ad implendam legem fuerit: & an quicq̃ mihi defuit:qđ adeſſe tyrannicidæ debuit.Ante omnia igitur animum adeſſe generoſum decet,atq; reipub.ſtudioſum : paratumq; pericula pro communi commodo ſubire,ac propria morte multorum ſalutem redimere.Ergo ad id mihi quicq̃ defuit.An animo fractus ſum?An pericula p̃ſpiciens per quæ mihi vadendum erat detractaui?Non id dixeris.Mane ergo in hoc ſolo:ac me finge ex eo ſolo q; volui:atq; iſto conſilio fui:etiam ſi nihil inde boni proueniſſet:tamen ob mentem ipſam aſſurgentem præmium tanq̃ bene merentem petere:quum tamen ego non potuerim : ſed alius me ſecutus tyrannum occiderit:abſonum(dic mihi)aut abſurdum eſſet : tribuere:maximeq; ſi dicerem.Oviri:volui:cupiui:aggreſſus ſum:atq; animi mei ſigna dedi.Solus honore dignus ſum.quid tum?Nunc vero nõ id dico: ſed & aſcendi:& periclitatus ſum:atq; innumerabilia priuſq̃ adoleſcentem peremeram feci.neq; enim rem vſq; adeo facilem eſſe ſuſpicemini: cuſtodiam ſuperare:ac ſatellites opprimere:vnumq; totviros auertere.Sed ferme maximum in tyrannicidio atq; ipſum rei caput iſtud eſt.Nam ipſe quidem tyrannus/non magnum opus eſt neq; magno negotio conficiendũ:neq; expugnatu difficile:ſed ea potius quæ muniunt ac tuentur tyrannidem: quę qui vicerit:is omnia peregerit.nam reliquum quidem parum eſt.Siquidem iſtud ad tyrannumvſq; penetrare:nequaq̃ licuiſſet mihi:niſi cuſtodum qui eos cingunt ac ſatellitum omnium victori,ac niſi eos omnes prius deuiciſſem.Nihil amplius adiicio.Sed iis rurſus immoror.Cuſtodias ſuperaui:ſatellites inquam:tyrannum incuſtoditum:inermẽ:nudum reddidi. ob hæc ne honore tibi dignus videor?An adhuc a me cædem poſtulas?Atqui ſi cædem etiam quæris:nec iſtud quidem deeſt.Neq; enim incruentus ſum : ſed perpetraui magnam ac nobilem necem iuuenis florentis atq; omnibus metuendi:per quem etiam ille tutus ab inſidiis erat : quo ſolo confidebat: qui multorũ loco ſatellitũ ſuffecit. Quid tum ergo,num præmio dignus ſum? num tantarum rerum honore fraudabor? Quid enim ſi ſatellitem vnum,

si ministrũ quẽpiã tyranni pemissem? qd si seruum honoratiorẽ? an nõ magnũ etiã hoc tibi videretur/ascendere/ atq; in media arce/ in mediis armis/ aliquem ex amicis tyranni cõficere? Nunc aũt etiam illũ qui peremptus est consydera: filius erat tyranni: imo tyrannus grauior: ac dominus inclemẽtior: ac tortor crudelior: extortor violentior. Tũ, quod maximũ fuit, hęres omniũ atq; successor. Postremo q in longũ poterat nostras calamitates extẽdere. Vis ne hoc me solum fecisse: tyrannũ aũt ipm adhuc ereptũ fuga viuere? Munus ob ista peto: quid dicitis? nõ dabitis? Nõ illum quoq; suspexistis? nõ dominus? non grauis? non intolerandus erat? Nunc vero etiã caput ipm intelligite. Qd em iste a me flagitat: id q̃optime fieri potuit, peregi: ac tyrannũ alterius nece necaui: non vulgariter: neq; vno ictu: quod illi post tot scelera maxime fuit optandum. Sed dolore multo prius exagitans/et in oculis ostendens misere prostrata, quæ illi fuerant charissima, filiũ q̃q̃ malum/tamen ætate florentem/ac patri simílem/ sanguine ac tabo plenũ. Hæc sunt patrũ vulnera: hi legitimorũ tyrannicidarũ gladii. Hæc tyrãnis crudelibus digna mors. Hoc supplíciũ sceleribus tantis debitũ. Nam ilico mori: ilico nescire: nullum tale spectaculum cernere: nihil habet tyrannica pœna dignũ. Non em ignorabã (te appello) non inquã ignorabã: imo nec alius quisq̃/quantũ ille erga filiũ gerebat affectũ: et q̃ post illum viuere ne paulum quidẽ dignaretur. Atq; omnes fortasse patres sunt in filios eiusmodi. At hic certe aliquid supra cæteros habebat: idq; merito: q̃ppe qui illum solum videbat ducẽ/seruatorẽq; tyrannidis: solũq; pericula patris præoccupantem: ac firmitatẽ imperio præstantẽ. Vnde etiã q̃q̃ non ob amorẽ, at ob desperationẽ saltem statim illum sciebam moriturũ: quũ cogitaret/ inutilẽ sibi vitã futurã, securitate quam illi filius præbebat ablata. Omnibus igit illum simul circũsepsi/ natura/ dolore/ desperatione/ terrore/ ac tpm etiã futurorũ metu. His in illum cõmilitonibus vsus sum: et ad vltimũ illud cõsilium coegi. Interiit nobis orbus/ afflictus/ dolens/ lachrymans/ luctũ lugens/ breuem quidẽ: sed q̃ patri sufficiat: et quod grauissimũ est, ipẽ a seipo: quod mortis genus omniũ est miserrimũ: multoq; acerbius, q̃ si inferatur ab alio Vbi mihi gladius est? nũ quis illũ agnoscat alius? nũ cuiusq̃ alterius telum est? Quis illũ in arcẽ duxit? ante tyrannũ qs vsus est? qs illũ tyrãno misit? O ensis mecũ cõmunicãs: rerũ a me bene gestarũ successor: post tot discrimina, post tot mortes despicimur/ et indigni præmio videmur. Si em ob istud solum hunc a vobis honorem peterem: si dicerem: O viri tyranno mortem cupienti, ac tum inermi forte deprehẽso, meus iste subseruiuit gladius atq; opam suã ad cõsequẽdam libertatẽ cõmodauit omnib9: honore ac p̃mio in-

dignũ putaſſetis? dñm tã popularis rei nõ retaliaſſetis? nõ inter benefactores inſcripſiſſetis? nõ inter ſacra gladiũ ipm repoſuiſſetis? non ſecundũ deũ illum coluiſſetis? Nũc mecũ cogitate: qualia tyrannũ ipm ante mortẽ et feciſſe/et dixiſſe ſit veriſimile: quũ filiũ pimerẽ/ac vulneribus multis in parte corpis conſpicua pfoderẽ: quo videlicet genitor vreret/ atq; aſpectu primo ſtupeſceret: miſerabiliter exclamauit atq; iclamauit pfem: nõ vt auxiliator eſſet/aut cõmilito, qppe q iã ſenex erat atq; inualidus: ſed domeſticorũ malorũ ſpectator. Ego illinc digredior: totiꝰ quidẽ tragœdiæ auctor. Reliqui vero hiſtrioni cadauer/et ſcænã/et enſem: ac cætera quæ fabulæ ſuperant. At ille quũ adeſſet/ac videret filiũ quẽ habebat vnicũ/vix reſpirantẽ/ lacerũ ac morte plenũ: vulnera quoq; illa denſa ac multa et letalia gerentẽ: ſic exclamauit, O nate, ſublati ſumus: interempti ſumus: tyranni cęſi ſumus: vbi iſte interfector eſt? ad qd mihi pcit? cui me reſeruat malo p te iam fili præmortuũ? niſi me forte vtpote ſenẽ cõtemnit/ et lente me perimere decreuit ac mortẽ mihi pducat: vt necem mihi faciat longiorẽ. Et ſimul iſta dicens/ enſem quærebat: ipſe autem erat inermis: vt q omnẽ in filio ſpem repoſuerat. At ne is quidẽ defuit: iamdudũ enim a me ante præparatꝰ erat: atq; ad facinus futurũ relictus. Ergo ex corpore euellens/et ex vulnere gladium ex imens, iamdudũ me occidiſti: pemiſti: nunc vero mihi finem facito: O enſis inqt: patri lugenti cõſolator veni: atq; infelicem ſenis manũ adiuua: iugula tyrannũ: perime: ac luctu ſolue. Vtinã in te prior incidiſſem: vtinã ordinem cædis incœpiſſem: cecidiſſem qdem: at vt tyrãnus tantũ: at vltorẽ ſperans: nũc vero vt orbus: nunc vero vt etiã carnificis egens, et hæc ſimul dicens, vulnus intulit tremulus: impotens: cupiẽs quidẽ: inualidus tamen ad facinoris miniſteriũ. Quot ſunt iſta ſupplicia? quot vulnera? quot mortes? quot tyrannicidia? quot pręmia? Et tandẽ vidiſtis omnes iacentem iuuenẽ: opus neq; paruũ/neq; facile: ſenẽ vero illi circũfuſum: cruorem vtriuſq; inhærentem: atq; illam libertatis et victorię parentem libitinã et noſtri enſis operam. Enſem vero ipm inter vtrũq; monſtratum: declarantẽ q nõ indignus domino ſit: teſtantemq; q mihi ſit fideliter obſequutus. Hoc ſi ergo feciſſem, obſcurius fuiſſet: nũc vero redditur ipſa nouitate ſplendidius. Qui tyrannidem ergo omnem ſuſtuli, ego ſum: opus autem in multos diſtributum eſt: quemadmodũ in fabula. Atq; egi primas quidem partes ego: ſecũdas vero filius: tertias tyrannus ipſe: enſis autem ſubſeruiuit omnibus.

Finis Tyrannicidæ Thoma Moro interprete.

DECLAMATIO THOMAE MORI: QVA SVPERIORI DECLAMATIONI RESPONDET.

NOn putauerã iudices ei qui (id q̃d ego nũc facio) publicã causam suscepissẽt agendã, cpus fore, vt cur id facere instituerit / rationẽ reddat. neq; enim vllũ fore periculũ ne id malitia potius aggressus, q̃ pietate videatur: quũ hoc certissimũ p̃beat magnę int egritatis argumẽtũ: q̃ aliorũ omniũ cõmodis elegerit suo priuato labore cõsulere. Q d q̃q̃ oẽs istiusmodi causarũ patronos merito posse existimẽ ab omni calũnię suspitione defendere: me tñ oĩm meritissime: q vt oĩbus prosim, non solũ hũc mihi laborẽ desumpsi: sed inimicitias etiã cũ eo viro cõtraxi: q se Tyrãnos quoq; iactat occidisse. Sed quoniã nihil tã recte cœptum esse video, q̃d nõ improborũ vellicet ac deprauet iniquitas: & quosdã iam nũc mussitãtes audio q istius oratiõe persuasi, hoc meũ officiũ in peiorẽ partẽ rapiũt: statui iudices vobis huius actionis meę causas exponere: ne qs industrię meę malignus interpres, eã dolori, odio, vel inuidię conetur ascribere. Ac primũ, qd est cur Tyrãni mortẽ dolere puter? nã id iste mihi nuper obiecit: p̃bationẽ vero nullã attulit dixisse tm̃ cõtẽtus: & credi sibi sine argumẽto, sine teste postulat. Imo (inqt) nisi doleres, nisi Tyranni mortẽ vlcisci cuperes, mecũ nõ cõtẽderes. Ergo eo solo lugere me Tyranni mortẽ probas: q̃ tibi ob eius necẽ p̃miũ iniuste petẽti ego me iuste opposui? Vis videre q̃ nihil dicis? Si te tyrãnũ occidisse probes, ego tecum litigare nec si velim possem, nec si possem velim. Nũc vero qd aliud cõtra te dicturus sum: q̃ q̃ illũ nõ occidisti? Si tu interfecisses nihil q̃rerer: ĩmo laudarẽ: admirarer, ac p̃miũ primus decernerẽ: nũc vero ideo tibi contradico: ideo tibi honorem denego: ideo aduersor: ideo queror: quia Tyrannũ non occidisti. Num igitur occisum protinus dolere videor? Ostendisse potius iudices debuit me Tyrãno fuisse vel sanguine coniunctũ, vel affinitate propinquũ, vel beneficiis deuinctũ, vel scelerũ cõmunione fœderatũ. At istorum quicq̃ ne fingere quidem potuit. Ergo si neq; cognatus illi, neq; affinis fui: si mea opera nũq̃ in cuiusq̃ iniuriã vlus est: si me ab illo beneficii nihil in me collatũ est: si me acerba seruitute cum cęteris simul oppressit: si me illius interitus libertati vobiscum vna restituit: quid causæ est vt illius mortẽ meę salutis ac libertatis auspicium doleam? At odii certe tantũdem causæ est. Nam quid egit: q̃d odiũ in illũ prouocaret meũ? Primo Tyranni filiũ interfecit. Postea vero Tyrãno sibi manus inferẽte iste p̃miũ tanq̃ Tyrannicida petiit. Quorũ alterũ puta q̃ iuuenẽ peremit: q̃q̃ idipsum parũ cõsulte, pa-

rũqꝫ ex cõmuni cõmodo fecerat: niſi dii nobis fuiſſent propitii: fecit ille tamẽ animo (quãtũ ego certe ſuſpicor) non male. Alterũ vero: nẽpe qꝺ pmiũ poſtulat: quũ nõ meruerit: vt nũc ſunt hominũ ingenia, nõ miror: & ignoſco certe: modo poſſit auferre. Neutrũ iſtorũ odiũ in illũ meũ concitat. Extra hæc nihil vnq̃ fecit: qđ ad me vllo modo pertineat. Ergo tã iniquus ſim vt hominẽ vix tandẽ ſatis aut de facie, aut fama notũ qui me nec re offenderat, nec verbo leſerat, gratis odio pærſequerer! Reſtat inuidiæ diluẽda ſuſpitio: quæ talis eſt, vt nullo malo carere velim libẽtius. Nã quũ oĩa vitia ſint ſuapte natura pernitioſa: nullũ tamẽ eſt liuore peſtilentius: qđqꝫ pectus cui ſemel inſederit grauioribus tormentis exagitet. Nẽpe alterius fortunã ſuũ infortuniũ ducere, ſecũdis aliorũ rebus æſtuare, alienis laudibus vri, aliena felicitate torqueri, an nõ ſumma miſeria, nõ extrema demẽtia eſt! Itaqꝫ ſi a quoq̃ alio vitio iudices abſum, ab hoc certe lõgiſſime abſum. Cuiꝰ vnq̃ fortunas impætii! Cuius res bene geſtas eleuaui! Cuius laudibus vnq̃ detraxi! Cuius famam labe reſperſi! Certe ab huius vitii ſuſpitione ſi me mediocris iſta fortuna mea non aſſerit, quæ nõ tã inops eſt vt aliorũ opibus ac pmiis inuideam: ſi me anteacta vita nõ vindicat: quæ non vſqꝫadeo eſt rerũ bene geſtarũ indiga: vt aliena debeã laude tabeſcere. At ipſa me hercle cauſa prſus abſoluit: quæ talis eſt, vt potius omniũ veniã / q̃ cuiuſq̃ mereatur inuidiam. Quæſo iudices: qđ tandẽ odii ſignũ, qđ inuidiæ documẽtum, prę me fero! Non prouoco, non iraſcor, non accuſo: vrbẽ tantũ in ius vocatam ab illo defendo. Sed cur ſedentibus ergo cæteris ac tacentibus vniuerſis, atqꝫ in his multis & clariſſimis viris, & auctoritate pręſtãtibus / & multo ad dicendum inſtructioribus, ego potiſſimũ ſurgo & petenti pręmia cõtradico! Illi ipſi profecto quin mecum ſentiant nõ dubito: & quin ex his plęriqꝫ ſint: qui hoc ipſum officium niſi ego iam ſuſcepiſſem libenter fuerint obituri. Neqꝫ tamẽ ideo culpandus ſum, qꝺ me pro patria primus obtulerim. Quicquid eſt, alieni ſilentii cauſas non debeo. Me certe ad dicendum cum reipu. cauſa, tum deorum immortalium reſpectus incitabat. Nempe quũ videre ſatis tenues ærarii noſtri prouẽtus: & pſentẽ pecuniã nimis exiguam: tum inſtare multas neceſſarii ſumptus occaſiones: non ferebã vti ciuitas hoc inſuper non neceſſario ſumptu mulctaretur. Tyrannicidii præmiũ quãtum ſit non ignoratis, ac merito quidẽ. Qđ enim pretium ſatis grande ſit: quo agri / foci / fortunæ / liberi / coniuges / ſalus / ac libertas omniũ, poſtremo ipſæ deorum aræ, atqꝫ tẽpla redimũtur! Qđ quo maius atqꝫ vrbi oneroſius eſt: eo magis a nobis proſpiciendũ eſt, ne temere collocetur. Satis iudices ſatis impenſæ ac ſumptus imminet: ſatis effundẽdum eſt: vt ærarium noſtrum

tam profunde, non iſte etiã cui nihil debemus, exhauriat. Præterea quum hoc tyrannicidiũ ſola deorũ clemẽtia prouenerit: qui toties inclamati calamitatum tandẽ noſtrarũ miſerti/crudeliſſimi nos iugo tyranni ſoluere, ac libertati reddere voluerunt: non ferẽdũ putaui: vt ciuitas honorẽ gratiãq; diis merentibus ablatam homini non merẽti tribueret. Totum autẽ hoc negotii fortunæ deorũq; benignitati deberi: huic nihil gratiæ: apertiſſimis argumẽtis docebo: qđ dũ facio, quęſo iudices diligẽter attendite. Tria ſunt quorum iſte quodlibet ſufficere ſibi ad hunc honorẽ conſequẽdum putat: vel q̃ tyranni peremit filium, vel q̃ tyrannũ tentauit occidere, vel q̃ pater filii nece commotus enſe quem iſte reliquerat mortẽ ſibi conſciuit. Ergo illius adoleſcẽtis cædes tyrannicidium videtur! Quid ni! nempe & ille (inquit) tyrannus erat. Quis id credat iudices: vrbẽ vnam duobus ſuffeciſſe tyrannis! duos tyrannos inuicem concordes eadem incoluiſſe mœnia! vni us vrbis ambitu potuiſſe contineri, quorum alterutri vix vel orbis vniuerſus ſuffecerit! Quiſquis id credẽdum duxerit: is mihi parum videtur tyrãnicam conſyderare naturam. Nam legitimæ quoq; poteſtates, ac nõ ſolum legibus gubernantes, ſed etiam legibus obtẽperantes, & tyrannide tãto interuallo mitiores, ambitione tamen ita vincuntur vt nec vel intimorũ amicorum vitæ parcant, potiuſq̃ eos habeant imperii ſui conſortes. Quis tyrãnũ credat natura ferum ac violẽtum, cum imperii ſui ciuis ardore hominũ leges protriuerit, deorum contẽpſerit, vitam neglexerit, ſocium quẽq̃ admittere! Quin brutorum quoq; plærũq; formæ quæ (qđ tyrannorum proprium eſt) rapto viuet, quibus ſolius pabuli cura impreſſit aliqua tyrannicæ naturæ veſtigia, in proprios fœtus ſęuiunt: potiuſq̃ ſocios illos venationis accipiant. Et hominẽ tyrannũ putamus: quẽ faſtus inflat, ambitio ſtimulat, cupiditas vrget, gloria ſollicitat, ſuam cum quoq̃ poſſe cõmunicare tyrannidẽ! At iſte non ſolum duos tyrannos facit: verũetiã adoleſcentẽ pluſq̃ tyrannũ vult videri. Nam ciuibus atroces (inquit) iniurias fecit: cęde/rapina/ſtupro/omnibus deniq; ſcelerũ formis inſignis. Nomine quidem abſtinuit: cæterũ re ipſa tyrannidis caput erat: ac parẽte plus potuit: eũ vt volebat rexit. At longe contra ſe res habet iudices. Nimirum impotẽs ſemper ac formidoloſa res tyrannis eſt. Neq; filius profecto patrem tuliſſet, ſi poſſet: neq; filio tantum permiſiſſet pater, vt poſſet. Nemo tyrannis eſt hærede ſuſpectior: qui eo maiorẽ parenti metum incutit quo magis ferocem eius indolem ac tyrannicos mores expreſſerit. Continebat ergo filii ſui cupiditates, atq; adoleſcẽti ſtringebat potiusq̃ laxabat habenas: ne viribus nimiũ inualeſcens iuuenis, imperii auidus, atq; opibus inſolens, nec ſibi iam

imperãs:tandẽ ne parẽti quidẽ pceret:quin iã Saturno superi louẽ pferrẽt. Nã si iniurias iterdũ fecit:qd aliud q̃ se parẽti satellitẽ pbuit! ex qbus quotus quisq; est:q nõ grassetur,nuptias violet,domos cõpilet, phana dispolíet,obuios cędat,atq; optimũ quẽq; trucidet! Sed qm̃ vnus est cuius potẽtia atq; vmbra frẽti/tã scelerata grassant audacia,pœnas alioquí facinorũ suorũ,vel illi,vel publicis legibus daturi, ipsi qdẽ latrones/ homicidæ/fures/ adulteri. Solus aũt vnus ille scelerũ princeps,sub cuius noíe oẽs ípune delítescũt,tyrãnus est. At ille adolescẽs si quãdo patrabat aliqd atrocius: patrẽ semp sic impasse dicebat:neq; ego qn imparit,dubito. Nã filius q̃q̃ ea indole fuit:vt parentẽ aliquãdo videret (si ad tantã puenísset ætatẽ) flagitiis ac sceleribus æquaturus:tñ in hac adolescẽtia p̃ illius crudelitate ac sæuitia q̃ bus iã a puero semp assuetus insenuerat,rudis adhuc miles,ac vix tyro fuit neq; fere magnũ qcq̃ nisi a patre iussus atq; edoctus agebat. Sed siue nõ nisi iussus illa faciebat:siue ipse etiã iniussus audebat: tñ quũ tãq̃ iussus egerit, quũ neq; Tyrãní nomẽ vsurparit:neq; se p̃ tyrãno gesserit: sed patrí se parere significarit & ausorũ suorũ causas in illũ retulerit: quũ aliũ se potentiorẽ eẽ cõfessus sit,cuius viríb⁹ fideret:a quo oís eius pẽderet ípunitas: furẽ si velis aut sacrilegũ,vel si qd̃ aliud nomẽ mauis,appelles:at ís pfecto nõ est, in quo fieri tyrãnicidiũ põt. Q̃z si illũ oía solũ potuisse,ac reipsa tyrãnũ fuisse cõtẽdas & (qd̃ paulo ante iactabas) ilico eius morte liberã fuísse rẽpublicã: fingamus obsecro adhuc parentẽ viuere:sed nõ fugatum tñ:qd nescio cur ipse finxisti:quippe quẽ nec ipse fugaueras, neq; cur ei fugiendũ esset effeceras. Filio em̃ tantũ p̃ insidias adẽpto,reliqs viribus integris,non video cur patri magis despandũ, aut fugiẽdũ fuerit, q̃ si aut filius ei natus nõ fuisset,aut peste correptus obiisset. Patrẽ ergo fingam⁹ (vt dixi) viuẽtẽ: ac filio qdẽ vnico orbatũ:sed satellitum tñ caterua cinctũ:cędẽ filii lachrymantẽ:sed interfectori minantẽ: atq; oía supplíciorũ genera destinantẽ: in forũ vultu trísti qdẽ,sed tñ truci p̃currere:& p̃lato quẽ tu reliquísti gladio ingẽtia polliceri p̃mia:si qs eius cnsis dim̃ p̃diderit:hic tũ foro iã ab illo atq; eius satellitibus occupato,& in caput tuũ q̃stione iã haberi cœpta,in publicũ fortis tyrãnicida p̃curre: & in medios globos irruẽs tyrãnũ te occidisse p̃clamita:libertatẽ oíbus denũtia:ac tyrãnicidii p̃miũ postula. Quid fugis! Quid latebras q̃ris! Quid tyramnicida metuis! An nõ libera est respublica! An nõ Tyrãnus occisus est! Neq; ergo ís quẽ peremísti tyrannus erat. Sed quidã potius tyrãni satelles:neq; eius morte ciuitas libertatí restituta est:qd̃ solũ paulo ante dicebas huius legís spectasse latorẽ. At hæredẽ (inquit) occidi. Quid mihi hæredes nominat! Quid in tyrãnide leges me

morat! Legũ iſta nomina ſunt. Iuris eſt iſta ſucceſſio. An pyratæ filiũ ſi demortui patris locũ ipleuerit, hęredẽ quiſq̃ dixerit! Inteſtatus ſemp tyrãn⁹ moritur: qppe legibus ab illo captiuis: q̃ ſolę ratũ facere teſtamẽtũ poſſunt. Proinde q̃ defuncti locũ tyrãni ſubit: hæres nõ eſt ſed nouus tyrãnus. Non em̃ ſuccedit, ſed inuadit. At illi nũc paruiſſemus. Iſtud q̃ cõſtat! Ego contra tyrãno mortuo populũ ilico liberũ eẽ dico. Alioqui fruſtra lex tyrãnicidę p̃miũ ſtatuit: ſi alterius morte in alterius poteſtatẽ recidim⁹. Sed lõge ſecus iudices: defuncto em̃ quolibet caſu tyrãno populus iã tũ liber dũ amici luctu occupant, dũ ſtupẽt ei⁹ morte ſatellites, ilico ſeſe in libertatẽ aſſeruiſſet: neq; plus filius aduerſus populi vires tũ valuiſſet: q̃ nunc poteſt q̃ſq̃, vel ex amicis tyrãni potẽtiſſim⁹, aut genere q̃ſqs ei fuit poſt filiũ p̃xim⁹: ad quẽ, ſi ſucceſſionis nomẽ atq; hæreditatis audiẽdũ eſt: tã nũc tyrãnis p̃tinet, q̃ ad filiũ p̃tinuiſſet. Qui ſatellitẽ igit, qui amicũ, q̃ cognatũ, q̃ filiũ tyranni peremerit: fruſtra tyrãnicidiũ iactauerit. Tyrãnus ipſe ſolus eſt cui⁹ necẽ tãto p̃mio reſpublica mercat. Sed volui (inqt) pertẽtaui: periclitatus ſum. qđ negari ne poſſit, filio tyrãni perẽpto, ſpe futurę tyrannidis extincta, p̃clarũ animi mei documẽtũ reliq̃. vel hoc ſolũ ſufficere mihi ad hũc honorẽ puto. Hic vide obſecro q̃ nihil maliuole, q̃ ſimpliciter agã tecũ oĩa: q̃ ex re tua totũ hoc negotiũ minime ſuſpitioſus interp̃ter. Nã ſi alius hãc ageret cãm, nec tñ ex inimicis tuis: ſed ex acrioribus iſtis actorib⁹ q̃ſpiã, q̃ locos oẽs excutiũt, & ſuſpitionibus vrgẽt, ac moleſte nimiũ p̃mũt: ſic Hercules hunc tractaret locũ: vt te nec id tẽtaſſe vnq̃ nec deſtinaſſe cõtẽderet. Q2 ſi tu vociferareris mirari te quẽq̃ tã inſigni eſſe impudentia, vt talia dicere occiſo in ipſo conatu tyrãni filio audeat: hic ille p̃tinus quaſi fieri nõ potuerit (inquiet) vt nõ patriã liberaturus, qđ nõ p̃ſtitiſti, nõ tyrãnũ occiſurus, quem nõ attigiſti: ſed ip̃m potius iuuenẽ quẽ trucidaſti p̃empturus aſcẽderis, illa tam tibi priuatim, aliquã vlturus ac retaliaturus iniuriã. Hic ſi inſtaret/vrgeret/p̃meret/ac certas aliquas p̃bationes illius animi tui ac p̃poſiti flagitaret, vides (vt opinor) in quantas trahereris anguſtias. Sed ego tecũ hoc pacto nõ agã: qppe q̃ ĩ rebus (cuiuſmodi iſta eſt) veheměter obſcuris/aſſueui ſemp in meliorẽ p̃tẽ eſſe p̃cliuior. Permitto itaq; tibi vt iſta feciſſe aĩo in rẽpu. p̃pẽſo videaris. Voluiſti ergo ac tẽtaſti p̃rſus auferre tyrãnidẽ. Hocine tibi videt iſto p̃mio cõpẽſandũ! Primũ q̃ voluiſti: q̃s nõ videt q̃ ſit exiguũ! Nã hac rõne oẽs tyrãnicidii p̃miũ peteremus. Quis em̃ tã frigido in rẽpu. aĩo fuerit vt tyrãnũ crudeliſſimũ nõ libẽter auferre voluerit! Tẽtãdo vero q̃d aliud declaraſti: q̃ q̃ eẽ tyrãnicida voluiſti! Q2 te p̃terea periculis expoſuiſti, an id præmiũ meruerit vllum, poſtea videbimus: q̃ autem iſtud

non meruit:spero vobis iudices esse vel sola legis recitatione pspicuũ.Quę quũ pręmiũ nisi tyrãnicidę nõ statuat:q vero tyrannũ nõ ceciderit,esse tyrannicida nõ possit:quãtũlibet qspiã tentauerit:quãtiscunqꝫ sese piculis exposuerit:frustra tyrãnicidii præmiũ,nisi cæso tyrãno,petierit. Nã ei q dũ conaꝫ occidere/in exiliũ cõpulerit,pmiũ qdẽ:sed neqꝫ tantũ/ neqꝫ tanq̃ tyrãnicidę decernã.Etem̃ si morbo quopiã laborãs denũtiẽ:qcũqꝫ me sanauerit ei recupata valitudine tria me talẽta daturũ: veniat aliqs spe mercedis inductus:q mei curã suscipiat:deide medicamẽtis qbusdã adhibitis,vbi frustra se conari senserit:artẽ suã morbo victã cõfessus, me iã deploratũ relinquat:aliqua tñ molestiæ pte leuatũ:sanitatis illi mercedẽ, quia nõ sanauit, nõ debeo:rursus quia ꝑfuit/inanẽ ꝑrsus a me dimittere haud æquũ est. At si post mille pharmaca/nihilo tamẽ melius habẽtẽ destituat,pmii nihil meretur:q nihil iuuit:gr̃æ vero tãtũdem fere:q qꝫ mederi tẽtauit/sui gr̃a,non mei fecit. Q2 si insigniter medicæ artis ignarus/ rẽ tñ aggredi fuerit ausus atqꝫ aliquãtisp misere venenis adfectũ postea dimittat: quũ iã nõ modo nihil opis tulit:sed plurimũ doloris addidit:etiã si sese gratis obtulerit: vtrũ amore dignus est;qꝫ me suo labore tã diu nulla præmii spe tã officiose vexauit:an summo potius odio:qꝫ temere sese meo piculo ei negotio/ cuius erat impitus/immiscuit?Huic rei iudices haud multũ mihi videt̃ præsens causa dissimilis.Lex em̃ tyrannicidã conducere veheméter alicũde studet: eiqꝫ præmiũ certũ,tyranno cæso,pollicetur. Sed tyrannicidã quũ dicit iudices hoiem quærit artificẽ:nõ manu tantũ fortem:sed pectore quoqꝫ multo magis valentẽ:cõsilio potius q̃ viribus præstantẽ : q insidias tendere; laqueos abscõdere;occasiones captare nouerit.Ergo hanc ꝑuinciã siqs hmõi susceperit:q tyrannũ ipm arte ex insidiis adoriaꝫ; adorsum opprimat: oppressũ interimat;nec re cœpta semel,nisi pfecta desistat;hic tyrãnicidii præmium audacter postulet.Sin id quidẽ nõ potuerit: qđ aũt ꝑximũ est et cõfine/fecerit;tyrannũ videlicet vel in exiliũ abegerit;vel ad deditionẽ cõdonata vita coegerit;vel ad deponendã tyrannidẽ certa cõditione cõpulerit:hunc ego præmio dignũ neqꝫ nullo quidẽ:neqꝫ tamẽ tyrãnicidæ iudico. At siqs manu potens/mẽtis inops/illarũ penitus ignarus artiũ/qbus instructũ esse tyrannicidã oportet:q rem viribus egere tantũ:ac non cõsilio putet:q deniqꝫ Aiaci multo sit,q̃ Vlyssi similior.Sed Aiaci tamẽ iã abiudicatis armis insanienti/armenta hoim loco trucidanti. Si hmõi inquã quispiã rem tantã cõficiendã sibi desumpserit:tũ nec insidias collocans,nec tps eligens,nec occasionem expectans,impetu quodã ꝑuat:nec ab ipo tamen tyranno incipiat sed in satellites eius insiliat,dato interim illi sibi cauendi loco. Tum subdu-

cto tyranno:re temere cœpta:ſtulte geſta:per ignauiã relicta:ac penitus in fecta:ſola ſibi fuga abiecto etiã gladio/cõſulat. Poſtea vero vel defuncto/ vel interfecto tyranno,in publicũ prodeat:præmiũ tanq̃ tyrannicida poſtulet: atq; huiuſmodi vtatur oratione. Volui iudices: auſus ſum:tẽtaui:periclitatus ſum. Vtrũ iudices illi tyrãnicidii p̃miũ decerneretis: quia Tyrannũ tentauit occidere:an malam potius gratiã haberetis:ac dignũ etiã ſupplicio ducceretis:q; ſua temeritate non ſe ſolum fruſtra periculis obiecerat:ſed vrbem etiã vniuerſam in ſummũ diſcrimẽ vna præcipitauerat: vtpote qui tyrannum ſtulte irritando fecerit et ciuibus infeſtiorẽ/et aduerſus inſidias cautiorem! Videtis ergo iudices quemadmodũ id quod iſte vel ſolum ſatis eſſe confidebat,vſq; adeo nihil adiuuat:vt etiã nonnihil officiat. Quamobrem ſi neq; is,quẽ peremit,tyrannus fuit: nec ſatis tyranni filium occidiſſe fuit:tẽtaſſe vero temere/plus q̃ fruſtra fuit:reliquũ eſt:vt vltimũ illud/Tyrãni videlicet ipſius mortẽ/excutiamus:quam iſte ſibi nos debere diſputat Hoc totius negotii caput eſt:hoc ſi vobis iſte pſuaſerit,cauſę nihil eſt quin vicerit.Contraq;/ſi ego hanc partẽ euicero: atq; ſacram hanc, quod aiunt, anchorã illi pręcidero, nonne ilico neceſſe eſt fluctuet ac naufragio pereat! Iccirco iudices hic etiam atq; etiã obſecro : vt q̃maxime ſitis attenti: dum tyranni cædem doceo, ex qua tota iſta pendet controuerſia, nihil ad iſtum quicq̃ pertinere. Totũ ergo hunc locum iudices ſic ab iſto tractatũ eſſe me miniſtis:vt qui vobis perſuadere cuperet:vti credereris eum iam tum quũ filium perimeret:parentẽ quod poſtea fecit/præſciſſe facturũ. Sciebã,inqt, ſatis eſſe filiũ occidere:ſciebam patrẽ ilico ſeſe poſt mortem filii pempturũ. Imo ſciebas certe,quũ ſic hanc cãm ageres,opus eſſe tibi vt illa præſciſſe videreris. Alioqui fruſtra te præmiũ tyrãnicidii petiturũ:ſi neq; ipſe tyrãnũ peremiſſes:neq; id ſaltem feciſſes/vnde illi ſcires exitiũ imminere. Eam ob rem iudices exitũ eius facti tam certum videri voluit:vt vobis etiã audientibus dixerit:ob idip̃m ſeſe a tyranno manũ abſtinuiſſe:eumq; ſibiipſi pariter et iſtius gladio reliquiſſe:quem alioqui,vt ait,facile potuiſſet occidere: feciſſetq;:niſi de exitu ſecurus ſcilicet/tunc de induſtria pepciſſet: vt paulo poſt miſerius interiret. Hic igitur quid faciam! quo me potiſſimũ vertam! vnde argumẽta cõquirã : q̃bus hunc p̃bem nõ eſſe rerũ futurarũ præſciũ! Quin illum p̃contemur potius/ac rõnes aliquas exigamus : q̃bus ille nobis fidem rei tam longe ſupra fidẽ faciat : vnde tam hanc mirabilem diuinandi peritiã nactus ſit:vtrũ ne hoĩe quopiã docẽte didicerit:an numine poti? inſpirãte cõcepit. Dic igit̃ nobis Tireſia:quonã p̃bamento facies:vti cõſtet cõprehẽſam eſſe tibi rerũ futurarũ ſcientiã ! defoſſum alicubi theſaurũ ef-

fode:cogitatiões noſtras euolue:abſtruſum aliquid atq; occultatũ erue:qđ miremur omnes:nempe eiuſdẽ artis eſſe puto,et quæ præſentia latent edi-cere:et quæ ſunt futura prædicere. Aut ſi tu futuris duntaxat vales,aliqua nunc ediſſere aliquot poſt hoc annis,aut , ſi libet, ſæculis potius euentura: quæ quũ ex tuo præſcripto ceciderint omnia,tũ demũ redito : et futura te præſciſſe dicito. Interim ꝑfecto ęgre,q̃tum ſuſpicor,obtinebis:vt qđ te ne-ſciẽte fiebat/id præſciſſe credaris anteq̃ fieret. Q2 ſi tum quũ filium interi-meres/ignorabas patrẽ ſeſe, qđ poſtea fecit, occiſurũ: quur tu nũc eius cæ-dis præmiũ poſtulas:quã,niſi velis impudẽter eſſe mendax, fateare neceſſe eſt te ignorante atq; adeo ne cogitante quidẽ ꝑpetratã eſſe! Sed ideo ſe for-taſſe putat huius etiã necis authorem : quoniã illa cædes quam fecit ,iſtius quoq;,tametſi præter ſpem,cauſa tamen aliquo modo fuit. Qua in re vos longe alia iudices opinor eſſe ſententia. Neq; enim ſi tyrannum caſu quiſq̃ aut mente captus occidiſſet,ei tyrannicidii pręmium decerneretis. qd ita! Nempe q̃ inſcius vterq; atq; imprudens occidiſſet . q̃q̃ iſtius cauſa eſt ali-quãto,vt mihi videtur,inferior. Nam ſi alteruter illorũ præmium peteret tametſi peteret qui peremiſſet ignarus:atq; ideo fruſtra peteret:peteret ta men qui peremiſſet:nunc vero et iſto neſciente,et nõ ab ipſo peremptus eſt At nihil ego,inquit,neq; caſu /neq; imprudens feci: ſed filium conſulto tru cidaui:atq; ita patri volens ac prudens mortis cauſam præbui : qui,ni ego filium occidiſſem,adhuc tyrannus viueret. Age accedã etiã propius. Si tu tyrannũ aggreſſus vt perimeres: deinde victus ab eo,ꝑiecto etiã gladio,fu geres:atq; is equo te ꝑſequutus,equo collapſo,pręceps in gladiũ tuum tam opportune caderet:vt eodem trãſfigeretur: an nõ hic poſſes eadem omnia dicere: voluiſſe te videlicet/ac volentem aggreſſum eſſe:volentem igit̃ pru dentemq; cauſas ei mortis attuliſſe!nam niſi tu illum fuiſſes adort9,ille nõ fuiſſet occiſus. Sed nonne vides:vt eadẽ opera/ vel magis fuga tua gloriari liceat:et ignauiæ tuæ præmiũ petere!nã niſi tu fugiſſes/ille non cecidiſſet: niſi tu gladiũ turpiter abieciſſes/nec tranſfixus ille fuiſſet. Poſtremo hac ra tione ignauos etiã tyrannicidas eſſe liceat. Quemadmodũ licet volens ad-ortus eſſes vt interimeres,tamen poſtq̃ re infecta fugiſſes,qđ poſtea factum eſſet,tuũ nõ iudicaretur:licet id factũ nõ fuiſſet:niſi tu aliquid ante feciſſes Ita etiãſi tyrãnũ pempturus aſcendiſti:filiũq;,dum patrẽ quæris, occidiſti: tamẽ cũ ꝑgere ac perficere quod incœperas/vel timore nõ auſus ſis/ vel ne gligẽtia nolueris/vel caſu nõ potueris:ſed re ꝑrſus infecta redieris:quicqd inde poſtea te inſcio atq; inſperante ꝓuenerit: id a te ꝑfectũ eſſe ne dixeris. Siquidẽ quicqd tuũ dici poteſt,ibi deſiit: vbi tu deſtitiſti. At nec iſtud for-

taſſis ei quod ipſe fecit ſimile eſſe cõgedet. Sed mihi hoc pacto rurſus oppo-
net. Is quẽ tu ꝓponis non ea mente tyrannũ aggreſſus eſt: vt ſe poſtea victo
ac fugiente/ille victor dũ perſequeretur/occumberet. Ideoq; qđ nõ propo-
ſuit: merito ſuum vocare non poteſt. At ego eo propoſito peremi filium: vt
pater ſeſe dolore cõmotus occideret: atq; id facturum animo meo præcepi.
Videtis iudices: vt nobis illa diuinatione ſua rurſus occurrit! Quæremus
igitur ab eo quonã pacto ꝑſenſerit! ꝑſciuerit ne! an cõiecerit! ſi ſe ꝓſciuiſſe
reſpõdeat, neminẽ credo ei crediturũ: ſin cõieciſſe, interim neſciſſe ſe fatet:
ſed opinatũ eſſe tãtũ: hoc eſt dubitaſſe: incertũ fuiſſe: poſtremo qd aliud q̃
ignoraſſe! Sed videamus tamẽ qbus ſignis/q̃ ꝑſpicuis argumẽtis/ rem tam
inopinabilẽ ita collegerit euẽturã: vt qđ alius nemo ſperare potuiſſet, id il-
le ſibi tanq̃ certũ atq; inopinabile ꝓpoſuerit. Nouerã, inqt, q̃ miſere deperi
bat filiũ. Ita ne id tandẽ adeo te certũ ac ſecurũ reddidit: vt necẽ ei⁹ nõ tãq̃
forte ſecuturã: ſed neceſſario futurã deſtinares! Scio iudices haud medio-
cres illos affectus eſſe: quos erga liberos parentũ pectoribus inſeuit natura
neq; tamen aut tantos/aut cuiq̃ tã exploratos crediderim: vt ꝓmittere ſibi
ac ſpondere audeat, id qđ iſte ſe feciſſe narrat, interempto filio patrẽ vltro-
neũ ei comitẽ futurũ. Nam quotuſq̃ſq; ex his: quorũ filii et vnici/et chariſſi
mi quotidie vel morbo cadunt: vel dolo pereũt: vel bello occumbunt: vel ca
ſu intereunt: vſq; adeo mœrore conſternatur: vt ſibi mortẽ ſua ſponte con-
ſciſcat! Sed amori, inqt, etiã deſperatio nõ minor occaſio deſyderandę mor
tis acceſſit. Quãobrem obſecro: an tu quũ filiũ ꝑimeres, reliquos vna ſatel-
lites omnes occidiſti! non dices, opinor, ſtragẽ te tantã feciſſe. Cæteros igit
adhuc retinebat: optũ ſatis, viriũ ſatis habebat. Quapropter vno adempto,
quũ tot adhuc eſſent incolumes: quorũ omniũ intererat maxime hũc inco-
lumem eſſe: quur ei vſq; adeo deſperandũ fuit: vt non ab vrbe/ſed ex orbe fe
ſtinandũ fuit! An vſq̃ gentiũ viuere quenq̃ hodie ſuſpicemur: q̃ id feciſſet:
quod tyrãnus iſte fecit! Quid de aliis quærimus! quin te potius interroge-
mus: quẽ veriſimile eſt de te cõiecturã hãc feciſſe: et tyrãnũ ex aĩo tuo ſpecta-
ſſe. Si tibi ergo filiꝰ ꝑimeret/ atq; inſup iminere videret nõnullũ et fortunæ
ſil' et vitę piculũ: nũ potiꝰ eligeres te comitẽ filio dare, q̃ mortẽ illiꝰ vlciſci?
An temet ipſe ne ab aliis occidereris occideres! Certe, vt ꝑ te quoq; rñdea-
mꝰ, nõ faceres. Quõ ergo ĩ mẽtẽ tibi veĩre potuit: vt qđ nec alii fecerũt: nec
q̃ſq̃ feciſſet: nec tute facturꝰ eẽs: id tyrãnũ cogitares facturũ! At plane, ĩqt,
cogitabã: alioq; cur ibi gladiũ meũ reliquiſſẽ! Recte nimirũ ignauię tuæ nos
admones. Nã cũ hoc dicit iudices: nõne id vobis videt dicere: ꝑſenſi certe:
alioq; cur inde fugiſſẽ! qd eñ aliud eſt: alioq; cur gladiũ ibi reliqſſem, q̃ alioq

cur inde abiecto gladio turpiter me in pedes dediſſem! Nam qd opus fuit gladiū Tyrāno relinquere! Ne deeſſet ei ſcilicet, quo periret! Ita ne q oīm gladios timet, ipſe gladio caret! Qui qcqd habet gladio peperit, gladio poſſidet, gladio tuet, ei gladius vnq abfuerit! O nouū ꝓdigiū iudices. Tyrān⁹ ſine gladio. Neq illi gladi⁹ defuit, nec iſte gladiū ei reliquit, ſed abiecit: nec futurꝫ qd euenit, vel leuiſſima cōiectura ꝑuidit. Sed poſtea q in arcē temere (neſcio qūo) perrepſiſſet, atq ibi adoleſcētē (vt eſt iuuēta ſemp incautior) ſolū, ſecurū, ac nihil minus expectantē, de improuiſo adortus oppreſſiſſet: ac potuiſſet fortaſſe progreſſus vlterius eadē opera Tyrānū ſuſtuliſſe: ilico hominē timor inuaſit, intuentē ne voce vel gemitu moriētis audito/iam tū proditus cōcurrētibus Tyrāni ſatellitibus, caperetur. Iam ante oculos eius obuerſabātur vicula/carcer/tormēta/ac mortes mille/mille ſupplicia: quorum imaginatione vana perterritus: iā ſtrepitū omnē, omnē ſonitū, ac poſtremo ſuā ipſius vmbrā expaueſcēs: tam nūc repēte timidus, q ante temerarius, ex arce ſe proripuit: nec ſecū gladiū ſaltē tollere auſus eſt: ſeu ne eēt fuga tardior, ſeu ne cū enſe deꝑhēſus inſidiatus fuiſſe Tyrāno diceret. quo nūc perempto recurrit inſolēs, & tāq ipſe occiderit Tyrānicidii ꝑmiū poſtulat. Age ergo Tyrānū ipm non q̄ro an peremeris: hoc tantū q̄ro, an peremiſſe potueris! Si non potueris, ergo occaſionē nō expectaſti: locū idoneū non elegiſti: tēpus opportunū non captaſti: ſed temere ſine conſilio, ſine ratione, præceps icœpiſti, qd perficere nō valuiſti. Nec illū ergo te iactes occidiſſe, quē te fateris nec potuiſſe. Sin potueris: magnę profecto vel inertiæ vel ignauiæ fuit: ꝙ non feceris. Imo (inquit) potui ſed de induſtria ſuper ſedi. Satis iam fecerā: filiū occiderā: patrē dolori ſuo, & gladio meo reliqui: quo eū ſeſe perempturū ꝑuidi. O inuerecūdum: ſi iſta mentiris. O inſanū: ſi non mētiris. ſi tā incredibilia finxiſti, miramur impudentiā: ſi tam abſurda cogitaſti, miramur amētiam. Tu ne adeo eras inſanus: vt quū vno ictu poſſueris, & vitā tuam, & reip. ſalutē in tuto collocare: malueris omnia dubiis fortunæ caſibus exponere: & tibi futurū promittere: qd ſanus auderet nemo ſperare! Q̄ ſi Tyrānus id voluiſſet qd tute haud dubie feciſſes: & qd illū quoq facturū longe veriſimilius q qd fecit fuit: conclamaſſet ſatellites, coegiſſet ſicarios, armaſſet carnifices: ac ꝓlato filii cadauere, & natura crudelis, & tā atroci ſpectaculo irritatus, iram ac furorē illū effudiſſet: primū in te, per quē filius occiſus: deinde in vrbē vniuerſam, propter quā occiſus eſt: quæ ſi cōtigiſſent (vt tua demētia propemodū cōtigerāt) neq tu miſer hodie viueres: qui hoc ꝑmiū peteres: neq nos rēp. vllā a qua peti poſſet haberem⁹. Sed dii īmortales, iudices, vota preceſq noſtras recordati ſunt:

dii ſeruitutis noſtræ mala miſerati ſunt:dii nobis in ſummis atq; extremis periculis auxiliati ſunt. Qui quũ ſemp huic vrbi ſuccurrere ſtatuiſſent:id potiſſimũ tempus elegerũt:quo maxime nobis beneficiũ ſuum cõmendare poſſent.Nã tyrannus q̃q̃ ſemp erat moleſtus viuente filio:tamen eo nomine minus grauis incũbebat ciuibus:ne miſeram penitus atq; exhauſtã vrbẽ filio relinqueret.At eo trucidato ꝓpter quod ante pepercerat, cui dubium eſſe poteſt,quin fundit⁹ omnia direpturus fuerit! Poſtq̃ ergo Reſpub.iſti⁹ primũ temeritate,deinde ignauia in extremũ illud periculũ corruiſſet:ſuperi tempus iã veniſſe rati, quo ꝓpetuã nobis inſculperent fauoris ſui memoriã:omnia mala quæ tam ꝓpe ceruicibus noſtris imminebant,ſubito in ipm tyrãni caput auerterũt:idq; tã celeriter: vt citius nos piculo liberatos eſſe,q̃ in piculo fuiſſe cognouerim⁹: ne nos interim ſaltem potuiſſet diſcriminis tanti metus vrgere. Quis tyrannũ putaſſet iudices reperto filii ſui cadauere/in ſeſe potius,q̃ in hanc vrbẽ gladiũ fuiſſe verſurũ:niſi noſtri ſtudio ſuperi in ꝓpriã illũ pernicieẽ immiſſis ei furiis/agitaſſent! Itaq; iam nũc videre mihi videor micantes latronis oculos: obducta ſupcilia: cõtractam frontẽ:genas pallentes:dentes ſtridẽtes:labra tumentia.Deniq; qualẽ Pentheũ deſcribũt poetæ/toto ore/toto vultu/ſuę ꝓdentẽ mentis inſaniã.Quũ primũ ingreſſus filiũ repiret occiſum,q̃d illum feciſſe,q̃d clamaſſe ſuſpicemur!q̃d aliud q̃ vt impiũ atq; dementẽ ſpurciſſimo rictu inſana in ſuperos euomuiſſe conuitia! O deorũ iram:o numinũ inuidiã. Video cœlites odii veſtri ſigna:video liuoris atri veſtigia.Nihil vobis viuit iniqui⁹:nihil ambitioſius:nihil inuidentius.Soli impare:ſoli regnare vultis: nec ſatis ꝓpria felicitate contenti/ſemp aliena tabeſcitis. Quur nõ mecũ in certamẽ deſcẽditis!Quur ignauũ inſidiatorẽ filio ſummiſiſtis!Ille q̃ſq̃s erat/cũ tyrãno in certamẽ etiã ingredi non auſus eſt.hoc certe ſaltem gaudeo:q; nemo ſe poterit tyrãnicidã dicere:nemo tyrannicidii præmiũ petere. Nemo eñ tyrãnũ occidet hodie:niſi tyrãnus. Tyrãnus ego hodie vel diis inuitis moriar. Hmõi ergo deliria quũ blateraſſet,in gladiũ tandẽ amens ac furioſus incubuit. Tyrãnus igiť iudices iſtius gladio, imo nec iſti⁹ quippe quẽ ante abierat/manu q̃dem ſuapte,ſed ſola deorũ opera ꝓſoſſus iacet. At nunc iſte ſibi cuius ibi nullæ partes erant,primas vẽdicat.Itaq; q me ſycophantã vocabas:vide obſecro/vter noſtrũ huic vitio propior eſt: ego ne: q tecũ hodie ꝓ Repub.ſuperiſq; dimicans præmiũ tamẽ nec victor poſtulo:an tu potius:q deſertor ac fugitiuus contendis tamẽ aliis/atq; his quidem diis vincentib⁹ ipſe triumphare!Deſine/deſine aliena virtute partam tibi arrogare victoriam. Deſine deorũ in hanc vrbem tam clarum obſcurare beneficiũ. Deſi-

ne deorũ laudibus obſiſtere:& ab hac temeraria petitione deſiſte.q; ſi iſte iudices moleſtus eſſe perrexerit : vos tamẽ ipſam rẽ æquis lancibus expẽdite. Nã iſte quid aliud,q̃ Tyrannũ vt ſibi caueret admonuit! Dii ne cauere ſibi poſſet,ne inſidiis amplius opus eſſet,effecerũt.Iſte qd aliud q̃ gladio ſuo tyrãnũ in nos oẽs armauit ! Dii gladiũ illũ a nobis in Tyrãni iugulũ retorſerunt:iſte quid aliud deniq;, q̃ vniuerſam vrbẽ in ſummũ periculũ demẽtia ſua cõiecit! Dii corrigẽtes iſti⁹ inſaniã,diſcrimẽ illud ſubito ĩ proſperrimã ſecuritatẽ cõuerterũt. Vos ergo iudices p deos ĩmortales obteſtor: p deos huius clariſſimę libertatis/huius inſperatæ felicitatis authores: ne qđ nobis deorũ oĩm cõſilio ac virtute ſucceſſit , id vos vnius hois amẽtię referri ſinatis acceptũ:neue hãc vrbẽ vnq̃ in deos liberatores tã ingratã eſſe: neue patiamini vt ſalutẽ ſuã debere ſe potius humanæ temeritati q̃ deorũ benignitati fateatur:quos ita demũ ſperare licet futuros ſemp huic vrbi propitios:ſi nos eorũ quę cõtulere memores,eos (vtí æquũ eſt) beneficiorũ ſuorũ recognoſcamus authores.Alioqui ſi nos (qđ abſit) ingrati/quę ab illis p fecta ſunt,in alios referamus, gratiáq; ſuperis debitã impendamus hoſtibus: viciſſim hercle metuẽdũ eſt: ne dii quoq; ſuũ erga nos fauorẽ imminuãt:ac reipub.noſtrę curã, vt indignę quæ ab illis curetur,abiiciant.Quãobrẽ vt aliquãdo finẽ dicendi faciã:quãdoquidẽ iſte peccauit officio:& bono animo male fecit:dii vero eius peccatũ in cõmoda noſtra verterũt:ac dii quidẽ coegerunt:ſed ſe tamẽ tyrãnus interfecit:tum p̃miũ qui coegere non petunt: petere autem qui peremit non poteſt:vos ſententiis veſtris iudices & huic veniam,& ſuperis gratiam decernite: & vrbẽ ab huius præmii debito quo eam liberam eſſe dii voluerunt,abſoluite. Dixi.

Declamationis Thomæ Mori aduerſus Tyrannicidam. FINIS.

ASCENSIVS MORO SVO.S.D.

Laudabunt alii clarum vi laudis Eraſmum:
Dulciſonaq; lyra grandiſonaq; tuba.
At te ſi merita celebrarent More/camœna:
Multum ſudarent Flaccus & ipſe Maro.
Tu ſiquidem illuſtreis olim iam Marte Britannos,
Ditaſti Latio protinus eloquio.

Parrhiſiis,ex officina Aſcenſiana rurſus.
Tertio Caleñ.Iunias.Anno.M.D.XIIII.

LVCIANVS DE ASTROLOGIA ERASMO INTERPRETE.

DE cœlo,deq; astris est nobis ĩstitutus sermo. Non de ipsis quidem astris,neq; ipō de cœlo:verum de diuinatione ac veritate/quę ab illis in hominum vitā proficiscitur.Neq; rursum mihi libellus hic se traditurum aut docturū profitetur,quo pacto diuinationem hanc assequi liceat.Sed illud queror,doctos omneis cum in cæteris omnibus exerceant sese,suisq; oībus tradant,solam astrologiam nec habere in precio,nec exercere. Atqui hoc doctrinę genus vetustū est:neq; nuper ad nos peruenit : sed inuentum est priscorum regum,quos dii amabāt. At huius ætatis mortales non solum insciția socordiaq;,verum etiam odio laboris/diuersa ab illis sentiunt.Cūq; forte inciderint in eos qui falsa prędicunt:tum & astra culpant,& ipsam astrologiam habent exosam,neq; salutarem eam,neq; veridicam arbitrātes.Sed artem magis falsam atq; inanem: haud recte/sicuti mihi quidem videtur/sentientes.Neq; enim ob imperitiā fabri ars ipsa culpatur:neq; ob cantoris insciția,ipsa musica parum est erudita.Quin illi potius artium sunt ignari.Cęterum ars vnaquęq; suapte natura scita est.Primum igitur Aethiopes hanc rationem mortalibus tradiderunt.In causa fuit partim gentis eius sapientia. Nam cęteris quoq; in rebus Aethiopes reliquos homines anteceſſunt sapiētia.Partim regionis quā incolunt opportunitas : propterea q; apud eos perpetua sit cœli serenitas tranquillitasq;:neq; patiuntur anni mutationes,sed eadem tēperie viuunt. Itaq; cum primum viderent lunam non semper eodem vultu apparentem: sed varia subinde specie:& in aliam atq; aliam verti formam:visa est illis ea res admiratione atq; disquisitione digna.Deinde cum īquisissent/reppererunt hanc esse earum rerū causam,q; lunæ non esset lumen proprium , sed a sole mutuatum.Inuenerunt autem & reliquarum stellarum motus,harū quas nos erroues appellamus : nam stellarum hæ solę mouētur:naturamq; earum ac potestatem,& effectus,quos vnaquæq; pstet,nominibus quoq; inditis,non illis quidē vtcūq; visum est;confictis:sed quæ notæ rerum essent. Hæc igitur in cœlo perspexerunt Aethiopes mox Aegyptiis finitimis artem imperfectam tradiderunt.Porro Aegyptii diuinādi rationem,quā ab illis dimidiatam acceperant,in maius prouexerunt:quippè qui mensuram etiā ad quā vnaquęq; stella moueretur,indicarint.Ad hęc annorum,mensium,horarumq; numerum instituerunt.Ac mēses quidē illi luna metiun-

tur atq; eius recursu finiunt. Annũ vero sole & huius circuitu metiuntur. Quin his etiã maiora ostenderũt. Nam ex vniuerso cœlo reliquisq; stellis, & errantibus & fixis, neq; simul cum cęteris sese mouẽtibus, duodecim partes effecerunt, ĩ his quæ mouentur: & vnãquãq; suis animãtibus repręsentarunt, partim marinis, partim homine, partim feris, partim volatilibus, partim pecudibus. Vnde & sacra Aegyptiorum varie fiunt. Neq; enĩ omnes Aegyptii/ex omnibus duodecim partibus diuinabãt. Sed alii aliis vtebantur partibus. Itaq; arietem colunt, qui ad arietem spectabant, piscibus non verscũtur, q̃ pisces annotarant. Nec hircum mactant, q̃ Capricornum viderant. atq; alii item alia venerabãtur, quæ quisq; inuenerat. Quin taurum etiam ob honorem cœlestis tauri colunt. Nam Apis apud illos, res in primis sacra, regionem sortitus est. & qui eam incolunt partem, oraculum quoq; dicarunt signum videlicet diuinationis / quam a cæleste tauro petunt. Ac non multo post Libyes quoq; artem hanc sunt aggressi. Siquidem & oraculũ qđ est apud illos Ammonis, ad cœlũ & huius scientiã refert: iuxta Ammonem quẽ illi Arietis specie fingunt. Calluerunt autem hæc omnia & Babylonii: atq; hi qdem affirmant se primos omnium fuisse. verum vt ego existimo, multo posterius ad hos scientia peruenit. At vero greci nec ab Aethiopibus nec Aegyptiis de astrologia quicq̃ audierunt. Verum illis Orpheus Oeagro Calliopeq; prognatus, primus ista mõstrauit: nõ ille quidem admodum dilucide, neq; rem clare docuit: sed põstigiis ac mysticis suo lucris obtexit. Sic enĩ illi visum est. Nam concinnata lyra/orgia instituit, sacrasq; cantiones decãtabat. Porro lyra cum septem haberet chordas concẽtum mobilium stellarum repræsentabat. Hæc conquirens atq; hęc agitans Orpheus, omnia deliniebat, omniaq; vincebat. Neq; enĩ illam hominis lyrã spectabãt: neq; illi alterius musices studiũ erat: verum hęc magna illa Orphei lyra. Hisce rebus cum greci honorẽ habere vellẽt, Locum illi ĩ ipso cœlo designarũt, & cõplusculę stellę vocant Orphei lyra. Q2 si quãdo Orpheũ videris, vel saxo expressum, vel coloribus effictum, sedet ĩ medio, canenti similis, manibus tenẽs Lyrã. Circũ hunc animãtium inumera multitudo: inter quæ & homo & taurus & leo. Cũq; horum singula videris, fac horũ mihi memineris, cuiusmodi sit illius cantus, cuiusmodi lyra. Cuiusmodi taurus & cuiusmodi leo Orpheum audiãt. Q2 si eorum quæ dico causas ĩtelligas, tum & ĩ cœlo harũ vnũquodq; contẽplator. Fertur autẽ & Tyresia genere Bœotius/diuinã di gloria multũ celebris fuisse. Hunc Tyresiã ex grecis aiunt dixisse, stellarum erraticarũ alias esse fœminas, alias mares, nõ tamẽ eadem efficere. Vnde eundẽ ancipiti quoq; sexu fuisse fabulãtur: aliquã

do fœminã aliquãdo marem. Porro Atreo & Thyeste de regno paterno de certãtibus, iã tum maximã astrologiæ/cœlestisq; doctrinæ curã fuisse grę-cis, palã est. Ac publico cõsensu statuerunt Argiui: vt vter scientia præcel-leret, is ipsrio potiretur. Ibi Thyestes arietẽ illis in cœlo demonstrauit, atq; hinc aureum arietẽ Thyestæ fuisse proditum est fabulis. At Atreus de sole deq; vario illius exortu locutus est: ostendens non eodem modo ferri solem & mundum: sed contrario inter se cursu rapi. Et qui nunc videtur occasus cum sit occasus mundi, solis exortum esse. Hęc locutum, Argiui regẽ crea-runt: magnãq; doctrinæ laudem est assecutus. Equidem & de Bellorophon te similia sentio. Nã alatum equum illi fuisse, nõ admodũ credo. Verũ ar-bitror illũ hãc disciplinã sectãtem, sublimiaq; cogitãtem, & inter astra ver-santẽ, in cœlum nõ equo ascendisse, sed animo. Eadẽ de Phryxo Athaman-tis filio dixerim: quem aureo ariete per aerem vectum fabulantur. Quin & ipsum sane Dędalum Athenienscm, etiã si res est noua auditu, tamẽ haud existimo eũ ab Astrologia fuisse alienũ. Sed cũ ipse ea maxime est vsus, tũ fi liũ suũ eandẽ perdocuit. Ast Icarus cũ iuuẽtutis calore & inscitia, nõ ea dis-quireret, quę conueniebãt: sed ad ipsum vsq; polũ aĩo tolleretẽ, delapsus est a vero, totaq; aberrauit arte: & ĩ mare p̃ceps decidit rerũ ĩmẽsę ꝑfunditatis. De quo greci sec⁹ fabulant: q ex hui⁹ noĩe sinũ ei⁹ maris Icariũ vocãt. Fieri põt: vt Pasiphae quoq; cũ ex Dędalo de Tauro audisset ĩter stellas apparẽte deq; ipsa astrologia, ĩ artis amorẽ ĩciderit. ob id existimãt factũ: vt Dędalus illã tauro copularit. Sũt autẽ q scientiã in portiones partiti i singulis ꝑtib⁹ singuli elaborarint: alii ĩ iis q̃ ad lunã: alii q̃ ad louẽ, alii q̃ ad solẽ pertinẽt cõ gerẽtes, neq; nõ cursum, ac motũ & vim illorũ. Atq; Endymion lunę ratio nẽ tradidit. Phaetõ solis cursum deꝑhẽdit: nõ ille qdẽ vere: sed moriẽs ĩper fectã artẽ reliquit. Hęc q ignorãt, Phaetõtẽ solis filiũ credũt: fabulãq; de illo haudquaq̃ verã narrant, adiisse solẽ patrẽ: ac postulasse ab eo: vt sibi liceret lucis currũ moderari: illũ id cõcessisse, monuisseq; qua rõne foret aurigãdũ Phaetontẽ vero cõscẽso curru, ꝑtĩ ob ętatẽ, ꝑtĩ ob ĩperitiã ita egisse, vt aliq̃ esset vicinus terræ, aliq̃ longo semotus spatio a terra. ĩteri mortales fri-gus atq; ęstus ĩtolerabilis cõficiebat. Ob hęc idignatũ louẽ ĩgẽti fulminis te lo ꝑcussisse Phaetontẽ. Eum deiectũ sorores circũstãtes magno luctu prose-quebãtur: donec ĩmutarẽt formas: q nũc sunt populi: ac lachryma rũ vice qb⁹ fratrẽ deplorabãt, electrũ destillãt. Haudquaq̃ hęc ita gesta sũt neq; pium est his habere fidem: neq; soli fuit filius: neq; illi filius ĩteriit. Sed narrãt græci & alia permulta fabulosa, quibus ego non admodũ credo. Nã qui consentaneum est credere Aeneam Veneris fuisse filium, aut Minoa lo uis, aut Ascalaphum Martis, aut Autolycum Mercurii? Verum hi ho-

mines pii diiſq; grati fuerunt:eoſq; naſcentes,hunc Venus,illum Iuppiter, alium reſpiciebat Mars. Etenim qui patresfamilias ſunt mortalibus,in hoc progignendi genere,ii veluti parentes ſibi ſimilia producunt omnia,& colorem,& formã,& facta,& animum. At rex quidem Minos Iouis auſpiciis, Aeneas formoſus Veneris fauore nat⁹ eſt. Fur Autolycus. At ea furacitas illi ex Mercurio contigit. Iam vero nec Saturnum Iuppiter coniecit in vincula,nec in tartara præcipitem dedit:neq; cætera machinatus eſt,quæ putant homines. Verum Saturnus extrem⁹ mouetur,procul q; a nobis ſemotus eſt. Segnis illi motus/neq; facilis animaduerſa mortalibus,atq; hanc ob cauſam illum ſtare dicunt,ceu vinculis alligatum. Cæterum ingẽs aeris altitudo tartarus appellatur. Sed potiſſimũ ex Homeri poetę Heſiodiq; carminibus liceat intelligere priſcorum fabulas cum Aſtrologia conſentire. Si quidem vbi Iouis catenam narrat ac ſolis iacula,quæ quidem ego radiorũ ictus eſſe coniicio,tum vrbes quas in clypeo finxerat Vulcanus, præterea choream,& vineam,ad hęc quęcunq; de Veneris ac Martis adulterio dixit deq; detectione,haud aliunde,q̃ ex hac ſcientia ſunt conficta. Quandoquidem Veneris & Martis cõcurſus,Homericę cantilenæ præbet argumẽtũ: in aliis autem verſib⁹ vtriuſq; diuerſum effectum deſcripſit: Veneris,cum ait illi.

Tute Venus iucunda magis connubia cura.
Porro de belli negotiis
Cuncta cito hæc curæ fuerint Marti atq; Mineruæ.

Hæc cum intelligerent veteres illi,maxime diuinationibus vtebantur:nec eam otioſam eſſe putabant,adeo vt nec vrbes conderẽt,neq; mœnia circũducerent, neq; quenq̃ occiderent,neq; ducerent vxores, priuſq̃ de ſingulis a vate reſponſum accepiſſent. Deniq; nec ipſa deorum oracula/ab arte aſtrologica erant aliena. Verum apud Delphos virgo prędicendi munus adminiſtrat:quæ cæleſtem illã virginem repræſentat:ac Draco ſub tripode vocem edit,quoniam & inter ſtellas Draco cõſpicitur. in Didymis vero templũ eſt Apollinis,& hoc,ſecuti mihi videt,ex his didymis.i.geminis,q̃ cœlo ſunt, appellatum. Vſq; adeo vero diuinatio viſa eſt illis res ſacra, vt Vlyſſes etiã cum errãdo feſſus vellet certo de rebus ſuis cognoſcere, ad inferos penetrarit,nõ quo videret vmbras & locum inamœnum ſed quod cuperet cum Tireſia colloqui. Qui ſimul atq; in locũ peruenerat,quẽ Circe mõſtrarat,foueam fodit:oues mactauit:cũq; cõplures eſſent vmbrę,atq; inter has matris,quoq; ſanguinẽ bibere cupiẽtes,nõ prius ille permiſit vlli, ne matri quidẽ,q̃ Tireſia guſtaſſet,coactuſq; eſſet ſibi vaticinium edere:potuitq; in-

terim matris vmbrã videre sitientẽ. Ad hęc Lycurgus Lacedæmoniis oẽm reip. administrationẽ e cælo temperabat: ac legem illis dedit, ne quando in bellum prodirent, ante plenilunium. Non enim existimabat eandẽ esse ciuitatis administrationem, crescente luna & euanescente: propterea ꝙ omnia ab illa regerẽtur. Porro Arcades soli hæc non receperunt, nec in precio habuerunt astrologiam: sed iidem ob imperitiã & stultitiam aiunt se luna antiquiores esse. Proinde cum nostri maiores vsq; adeo fuerint astrologię studiosi, huius ætatis homines partim aiunt fieri nõ posse, vt homines finẽ inueniant diuinandi sciẽtiæ: propterea ꝙ neq; certa sit, neq; vera, neq; Martem aut Iouem nostra causa moueri in cælo: verum illis humanarũ rerum nullam esse curam: neq; quicq̃ esse eis cum his negotiis cõmercii; verum secundum hos necessitate circũaguntur, partim dicunt astrologiam non esse quidem mendacẽ, at inutilem. Nõ enim mutari vaticinio quęcũq; fatis decreta instãt. At ego sane vtrisq; respõdere possum, stellas in cælo suo quidẽ motu volui: cæterũ obiter eius motus effectũ ad nos puenire An vis equo currẽtẽ/& gallinis aut hoĩb⁹ tumultuantib⁹, lapides subsilire: stipulasq; moueri ventis cursu cõcitatis: syderũ vero vertigine nihil p̃terea effici, tũ ab igni exiguo calor ad nos ꝓmanat, neq; nr̃a tñ causa q̃cq̃ erit ignis, neq; illi curę est ęstus noster: ab astris autẽ nihil ad nos defluit. At sane fieri nõ põt, vt ꝑ astrologiam ex malis bona faciamus, neq; mutare quicq̃ earũ rerũ quę ab illis ad nos demanant. Sed hanc vtilitatẽ ars adfert vtentibus. Bona multo ante delectant eos qui ventura præscierint, mala vero facile cũ venerint accipiũtur. Neq; enim in illos irruunt: sed quia meditata expectataq; sunt, leuia mitiaq; vidẽtur. Hęc mea est de astrologia sententia. τέλος.

Luciani de Astrologia FINIS.

In ædibus Ascẽsianis: vnde & superiora prodierũt: quibus hũc ipsum libellum libenter suo loco apposuissemus: sed sero recepimus. Errore enim nescio quo Basileam vsq; oberrauerat priusq̃ ad nos perferretur. Boni itaq; lector consule/idq; ignosce ꝙ quorundam consilio qui vt perpetua sit lectio epistolas nuncupatorias subtrahendas ducebãt auscultauerim. Index autem omnium quæ in hoc codice habentur a tergo huius ponetur.

Tabula.

Luciani dialogi & alia syntagmatica recẽtius ab D. Erasmo Roterodamo versa.

Saturnalia Luciani. Charta.ii.
Cronosolon.i.saturnalium legum lator. Char.iiii.
Epistolæ Saturnales. Char.v.
De luctu Char.viii.
Abdicatus. Char.x.
Icaromenippus seu hypenephelus. Char.xvii.
De Astrologia Charta.cxxxvii.

Antea tralata sed nuper recognita ab eodem.

Toxaris siue Amicitia. Char.xxiii.
Alexander qui & Pseudomantis. Char.xxxv.
Gallus seu somnium. Char.xlv.
Timon seu Misantropus. Char.lii.
Pro Tyrannicida declamatio. Char.lix.
Declamatio Erasmica superiori respondens Char.lxiii.
De iis qui mercede conducti degunt. Char.lxxxii.
Cnemonis ac Damippi dialogus. Char.xci.
Zenophantę & Callidemidę dial. Char.xcii.
Menippi & Tantali dialogus. Char.eadem.
Menippi ac Mercurii. Char.eadem.
Menippi, Amphilochi, Trophoniiq. Char.xciii.
Charontis ac Menippi Char.eadem.
Cratetis ac Diogenis Char.eadem.
Nirei & Thersitę. Char.xciiii.
Diogenis ac Mausoli. Char.eadem.
Simyli ac Polystrati. Char.xcv.
Veneris & Cupidinis. Char.eadem.
Martis ac Mercurii. Char.xcvi.

Tabula.

Mercurii & Maię Char. eadem.
Veneris & Cupidínis rurſum. Char. eadem.
Doridis & Galateæ. Char. xcvii.
Diogenis & Alexandri. Char. eadem.
Menippi & Chtonis Char. xcviii.
Menippi & Cerberi Char. xcix.
Hercules Gallicus Char. eadem.
Eunuchus ſeu Pamphílus Luciani Char. c.
De Sacrificiis. Char. cii.
Conuiuium ſeu Lapithę. Char. ciiii.

Finis opuſculorum Luciani Eraſmo interprete.

Ex Thoma Moro.

Thomę Mori epiſtola nuncupatoria. Char. cxi.
Cynicus Luciani. Char. cxii.
Necromantia ſeu Menippus. Char. cxv.
Philoſeudes ſiue incredulus. Char. cxix.
Declamatio eiuſdem pro tyrannicida. Char. cxxvi.
Declamatio ſuperiori reſpondens. Char. cxxx.

Finis rurſum in ædibus Aſcenſianis ad Kalendas Iunias Anni. MDXIIII.